XXII : XXIII θ *Huic canoni conferendus est can* xxvii *concilii Hipponensis* A.D. 393 (*Mansi* Concilia III [A. D. 1759] 923) : Vt episcopi non proficiscantur trans mare nisi consulto primae sedis episcopo suae cuiusque prouinciae, ut ab eo praecipue possint formatas sumere **Vt presbyteri** *usque ad l* 2 **subdiaconus** : ut pbbris diacc subdiacc non pergant ubique nisi consulto epo suo placuit sco et magno concilio ut pbr aut diac sibe subdiac *v* ; ut pbr diac subdiac *w* ut pbri diac et subdiac θ ut pbri diacones aut subdiacones *u reliquis per homoeotel ut uid omissis* 2. **quilibet** *scripsi* : quolibet *v* θ quodlibet *u w* ; *praem* aut *u* θ, uel *v* 3. **clericus** *w* : clōs *u* clerici θ de clero *v* **non pergat . . . suo** : nisi consulto episcopo suo non pergat *v* pergant θ 4. **cuiusque prouinciae** *u* : cuiuscumque prouinciae *v* cuique prouincia *w* ; *om* θ **sicut itaque et episcopus** : ut episcopus a propria ecclesia non discedat longe in peregrinatione θ *suo arbitrio* 5. **et** : *om v* episcopo *v* ad metropolitanum *u* 6. formatā supserit θ **episcopus** : eps *u w* θ eppos *v* 7. **suscipi** : suscipi oportet *v* suscipiatur θ 8. cyrografum *w* **sumpta** *scripsi* : sumptus *u w* suptus θ; *om v* : *fortasse legendum* susceptus 9. **sufficiat** : suscipiat *w* metropolitana *u* 10. **formata** : seruata *u*

XXIII De ordine clericorum et uita.

Lectores usque ad annos pubertatis legant et, nisi cum u*x*ori*bu*s, eruditi scripturis diuinis clerici iam examinati ordinentur. neque edendi uel bibendi causa tauernas clerici ingrediantur nisi peregrinationis necessitate, cautus a poculo inimicorum aecclesiae.

Et lectum placuit.

EXPLICIT DECRETA NICAENI CONCILII

XXIII : XXX (*sic*) θ *Hic canon e tribus cann* *u v w* θ *eiusdem concilii Hipponensis consartus esse uidetur, uidelicet can* xviii Vt lectores usque ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi uxores . . . duxerint, . . . legere non sinantur ; **can* i Vt lectores . . . ante XXV aetatis annos nec clerici ordinentur . . . : ut primum scripturis diuinis instructi uel ab infantia eruditi . . . clerici promoueantur ; *can* xxvi Vt clerici edendi uel bibendi causa tabernas non ingrediantur nisi perigrinationis necessitate 1. Lectore *v** puuertatis *u* puberitatis *w* 2. legat *w* **cum uxoribus** *scripsi e can* xviii *concilii Hipponensis supra citato* : cum usuris v ; *om* θ : *regula id uidetur spectare ut si lector* ad annos pubertatis *iam aduectus uxore careat et* scripturis diuinis *satis* eruditus *inueniatur, is in clerum examinatione habita* ordinetur : *contra si uxorem duxerit, lector necessario maneat, maiores ordines adipisci non possit* **eruditi** : *om v** 3. clericis *v** **examinati** : + non θ 5. *tr* clerici tabernas θ 6. cautis θ 7. **poculo v** : populo θ

EXPLICIT : EXPLICVERVNT *w*

# APPENDIX VII

**Nicaeni concilii canones sextus et septimus apud concilii Chalcedonensis actionem decimam sextam adlegati** (Labbe-Coleti IV 1747: Mansi VII 443: *uide supra p* 121, *infra pp* 197 199 201)

**secundum syllogen codicis nostrae Dominae Parisiensis siue antiquiorem**

*Maassen p* 739: *codices contuli* Paris. lat. 16832 (*olim ecclesiae N. Dominae Parisiensis: saec.* ix: *fol* 118 *a*) Vat. Reginae 1045 (*saec.* ix–x: *fol* 167 *a*) Vat. 1319 (*t*, *uide p* 103 *supra*: *saec.* xii: *fol* 232 *a*): *deficit cod.* Barberin. xiv 53

Pascasinus uir reuerentissimus episcopus uicarius sedis apostolicae dixit: Trecentorum decem et octo sanctorum patrum: Antiqua consuetudo seruetur per Egyptum ita ut

**secundum Rustici syllogen anno 550 euulgatam**

*Maassen p* 745: *codicem secutus sum* Vat. 1322 (N: *saec.* vi; *fol* 259 *b*) *qui a textibus adhuc impressis ualde discrepat*

Pascasinus reuerentissimus episcopus uicarius sedis apostolicae dixit: Trecentorum decem et octo sanctorum patrum canon sextus: Ecclesia Romana semper habuit primatum. t*eneat* autem et Aegyptus ut

episcopus Alexandriae omnium habeat potestatem, quoniam et Romano episcopo haec est consuetudo. similiter autem et qui in Antiochia constitutus est. et in ceteris prouinciis primatus habeant ecclesiae ciuitatum aliarum. per omnia autem manifestum sit ut si quis praeter uoluntatem metropolitani episcopi fuerit ordinatus quia hunc statuit haec sancta synodus non debere esse episcopum. sane si communionem consensu rationabiliter probato et secundum ecclesiasticam regulam statuta duo aliqui aut tres contentione sua contradicunt, illa opteneat sententia in qua plures fuerint numero sacerdotes. Quoniam mos antiquus optenuit et uetus[ta] traditio ut Heliae id est Hierosolymorum episcopo deferatur, habeat consequenter honorem suum, sed et metropolitano sua dignitas salua sit.

Constantinus uir deuotus secretarius diuini consistorii ex dato codice ab Aetio archidiacono Constantinopolitanorum sanctissimae ecclesiae recitauit: Regula sexta trecentorum decem et octo sanctorum patrum: Antiquae consuetudin*es* teneant in Aegypto, ut Alexandrinus episcopus omnium habeat potestatem quoniam et Romano episcopo haec consuetudo est. similiter autem et Antiocheno et in aliis prouinciis primatus habeant ecclesiae ciuitatum. uniuersaliter autem illum manifestum est quia si quis praeter uoluntatem metropolitani fiat episcopus hunc sancta synodus definiuit non esse episcopum. sane si communionem consensu rationabi*li*ter probato et secundum ecclesiasticam regulam statuto duo aliqui uel tres per contentionem suam contradicunt, definitio opteneat plurimorum.

1. Paschasinus *reg*     3. **Antiqua consuetudo seruetur per Egyptum ita ut**: *uoces has ex interpretatione Dionysii substituit non ipse sylloges huius redactor* (*e quo ut uidetur uera Paschasini uerba haurire potuit Rusticus, cf col b*) *sed posteriori tempore scriba aliquis*     12. deberet *reg*     **communionem** *utriusque sylloges coad omn*: *lege* communi omnium     13. concessu *paris*     14. **statuta** *utriusque sylloges codd omn*: *lege* statuto     **aut tres**: *bis ut uid reg**     17. **uetusta** *Rusticus cum Isid* (*p* 201 *infra*): uetus *sylloges antiquioris codd* (*cum* V Y *apud Isid*)     18. deferantur *reg*     20. **salua sit**: *altera eiusdem canonis interpretatione, cuius mentio fit apud Rusticum* (*uide col b ll* 21–36), *caret sylloge antiquior*

1. **reuerentissimus** *scripsi*: reũs N     3. ecclesiae *ut uid* N*     4. **teneat** *scripsi cum edd*: *post primam litteram* t *nihil amplius legi potest in* N     8. habent N     11. **hunc**: hanc N     14. ecclesiaticam N     15. contectione N     21. **uir deuotus**: ū d̄ N     25. consuetudinis N     28. simil̄ N     29. prima|matus N     33. rationabiter N

# ADDENDA

## siue adnotatiunculae apparatui critico minus propriae

P 104 col b l 3 POST CONSVLATVM GLORIOSISSIMORVM IMPERATORVM HONORII XII ET THEODOSII VIII AGVSTORVM. *apud concilia Africana computantur passim anni* (*pro* consulibus A et B) post consulatum A et B: *exempla habes* (1) *concilium Carthaginense* A.D. 399 Post consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IIII et Eutychiani uiri clarissimi quinto kalendas maias Carthagine in secretario basilicae restitutae, *Justel* I 154 = *Migne* Patr. Lat. lxvii 200, *Labbe-Coleti* III 502 *Mansi* IV 482; (2) *conc. Carth.* A.D. 401 Post consulatum Fl. Stiliconis u. c. xiiii kal. iulias Carthagine in secretario basilicae restitutae, *Justel* I 154 = *Migne* lxvii 200, *Labbe-Coleti* III 503 *Mansi* IV 482; (3) *conc. Carth.* A.D. 410 Post consulatum gloriosissimorum impp. Honorii VIII et Theodosii III Augg. xviii kal. iulias Carthagine in basilica regionis secundae, *Justel* I 166 = *Migne* lxvii 217, *Labbe-Coleti* III 522 *Mansi* IV 503; (4) *acta collationis Carthaginensis* A.D. 411 (*cuius notitiam mihi praebuit I. B. Bury, professor Dublinensis, rerum Romanarum si quis alius peritus*) Post consulatum Varanis u. c. kal. iunias Carthagine in secretario thermarum Gargilianarum, *Labbe-Coleti* III 149 *Mansi* IV 51; (5) *conc. Teleptense* A.D. 418 Post consulatum gloriosissimi Honorii XI et Constantii II vi kal. martias congregato in ecclesia apostolorum concilio plebis Teleptensis, *Labbe-Coleti* III 427 *Mansi* IV 379; (6) *conc. Carth.* A.D. 419 Post consulatum gloriosissimorum impp. Honorii XII et Theodosii VIII Augg. iii kal. iunias Carthagine in secretario basilicae restitutae, *Justel* I 169 = *Migne* lxvii 222, *Labbe-Coleti* III 526 *Mansi* IV 508. *de qua computandi forma egregie disseruerunt Io. Bapt. de Rossi* Inscriptiones Christianae urbis Romae saeculo septimo antiquiores I (*Romae* A.D. 1861) *pp* xxv–xl, *et Th. Mommsen* Ostgothische Studien (*Neues Archiv* A.D. 1889, xiv 225).

*eiusmodi computationis exemplum omnium ut uidetur antiquissimum* (*et ipsum Africanum*) *ad concilium pertinet Cirtae anno* 305 *habitum, cuius acta adlegauerunt in collatione Carthaginensi anni* 411 *catholici, respuerunt tamquam ficta Donatistae propterea quod exstarent eiusdem anni eiusdem fere mensis gesta quaedam martyrum neque potuisset in tempore persecutionis congregari concilium. fefellit Donatistas, fefellit ipsum qui collationi praeerat legatum, annus praeter morem post consulatum computatus; confer quae refert Augustinus* (Breuiculus collationis Carthaginensis iii, *ed. Bened.* IX 389; *Labbe-Coleti* III 217 *Mansi* IV 256) Officium autem in computando errans falsum renuntiauerat; quod postea conscripta et diligentius considerata gesta docuerunt, sicut potest probare quem libuerit legere et non piguerit computare. nam gesta martyrum quibus ostendebatur tempus persecutionis consulibus facta sunt Diocletiano nouies et Maximiano octies pridie idus februarias, gesta autem episcopalia decreti Cirtensis post eorundem consulatum tertio nonas martias, ac per hoc tredecim menses interesse . . . inueniuntur . . . sed Officium, ut falleretur et mensem interesse responderet, eundem consulatum supputauit, 'post consulatum' autem non aduertit ubi annus iam alius agebatur.

*formula ergo perturbato reipublicae statui apta primum anno* 305 *tempore Maxentii adhibebatur: item ad annum* 375 *Hieronymi* Chronicon *refert* Quia superiore anno Sarmatae Pannonias uastauerant iidem consules permansere: *item tempore Alarici, cum Italia primum septentrionalis deinde meridionalis cum Roma ipsa sub ditionem uenit barbarorum, anno* 409 *exeunte Mediolani* post consules [*anni* 408] *supputatum est, anno* 411 (*quo nullus omnino consul in occidente nominatus est*) *Carthagine* post consulem [*anni* 410], *eodem anno in Italia meridionali* post consules [*anni* 409].

*eiusdem formulae alia ratio, cum consulum nomina* (*id quod post medium saec.* iv *frequenter accidit*) *incipiente iam anno uel prorsus ignota erant uel nondum publici iuris facta: nempe duorum Augustorum exspectandus erat consensus* (*inde ab ineunte saec.* v *uterque consulem de sua imperii parte eligebat*) *et labentibus omnium fortunis dignitatem tam onerosam amplecti pauci uel uolebant uel poterant: crebrior ut par erat in prioribus anni mensibus hic usus. confer canonem siue Mileuitanum anni* 402 (*secundum syllogen Hispanam, Gonzalez p* 187) *siue potius Carthaginensem anni* 407 (*secundum Dionysii syllogen, Justel* I 165 = *Migne* lxvii 216: *uide Labbe-Coleti* II 1336 III 385 *Mansi* IV 503) Formatae autem quae a primatibus uel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur habeant diem paschae: quod si adhuc eiusdem anni paschae dies incertus est, ille praecedens adiungatur, quomodo solet 'post consulatum' in publicis gestis adscribi. *exempli gratia, anno* 418 *Theodosius Aug. sero occidentibus nuntiatus est consul, unde mense Februarii qui acta redigebant concilii Teleptensis, supra* (5), post consulatum *anni* 417 *computabant: simili modo mense iunio anno* 431 *acta concilii Ephesini habent* post consulatum Theodosii XIII et Valentiniani III, *consulibus anni* 431 *apud Ephesum nondum renuntiatis. similia inuenies apud celeberrimam uitae Athanasii Historiam* '*Acephalam*' (*uide fasciculum nostri libri tertium*), *ubi quater decies secundum proprios anni consules computatur, ter autem* post consulatum, *scilicet* (1) tybi x die post consolato Arbitionis et Loliani = *Ianuarii* vi A.D. 356; (2) die methir x post cons. Tauri et Florenti = *Februarii* iv A.D. 362; (3) vii die mechir mensis post cons. Valtiniani et Valentis [hoc est in cons. Gratiani et Dagalaifi], = *Febr.* i A.D. 366: *annorum* 356 *et* 362 *consules non ignorabat qui scribere potuit* mense pahyni xvi die cons. Constanti VIII et Iuliani Cessaris I (= *Iunii* x A.D. 356) *et* phaophi xxvi cons. Mamertini et Neueitae (= *Octobris* xxiii A.D. 362): *nonnisi primis anni septimanis pertinentia* post consulatum *supputat. progrediente mense Februario consules nouos Alexandriae iam notos fuisse e duobus exemplis colliges,* cons. Constanti VIIII et Iuliani Cessaris II methyr xxx die (= *Februarii* xxiv A.D. 357) *et* methyr xviiii die cons. Iouiani et Varroniani (= *Febr.* xiv A.D. 364).

*ut tamen unius consulis nomen iam notum esset, erant qui accuratius scribebant* consulibus A et qui [de oriente *uel* occidente] fuerit nuntiatus, *exempli gratia in anno* 451 consulatu domini Marciani perpetui Augusti et qui fuerit nuntiatus, *cf epistolam impp. Valentiniani et Marciani* Omnibus negotiis . . . data x kal. iunias (*uide sylloges Quesnelianae capitulum* xxv = *Migne* lvi 527 528) *et duas concilii Chalcedonensis in causa Domni Antiocheni actiones* vi kal. Nouemb. *et* kal. Nouemb. (*uide Ballerini* S. Leonis Magni Opera II 1226 1227 = *Migne* lv 732); *erant qui unius tantum nomen dabant, cf conc. Carth.* A.D. 418 (*eiusdem ac conc. Teleptense anni*) *apud Paschasii Quesnel syllogen ita inscriptum* Honorio Augusto duodecies consule kalendis maiis Carthagine in basilica Fausti (S. Leonis Magni Opera *ed Quesnel* II 75, *ed Ballerini* III 165),

*ubi ceterae syllogae nomen alterum de fastis consularibus mutuatae sunt ; erant etiam qui unius consulis formulam, rem per tot saecula inauditam, ita horrebant ut* post consulatum *anni praecedentis scribere mallent. anno* 399 *Eutropium consulem ab Arcadio designatum abnuebant occidentales, unde conc. Carth. istius anni, supra* (1), post consulatum *anni* 398 *habet. similia de Frauitta anno* 401 *et Plintha anno* 419, *quos occidentales aut ignorabant aut recusabant ; quidam enim unico consule contenti erant—Bonifacius papa mensibus aprili iunio septembri anni* 419 *litteras dedit* consule Monaxio—*quidam* post consulatum *scribebant, cf concilia Carthaginensia* (2) *et* (6) *supra.*

P 112 col a ; can I l 11, si quis . . . castrentur = *Ing* si quis . . . castrati sunt, = *Isid*(*p* 181) si quis . . . eunuchi facti sunt, = *Gall* (*p* 180) si quis . . . castrati sunt: *cf can* V *l* 6 *Isid* ne forte quis . . . abstenti sunt, *l* 15 *Prisc* (*p* 119) si quis . . . offenderint; *can* VIIII *l* 1 *Caec* (*p* 126) si quis . . . promoueantur, = *Att cod* E *Prisc codd* V si quis . . . promoti sunt, = *Ing* si quis . . . facti sunt, = *Isid codd* (*p* 209) si quis . . . prouecti sunt, = *Gall-Hisp Gall* (*pp* 166 208) si quis . . . constituti sunt; *can* X (*Ing* XVII *p* 127) *l* 1 *Ing* si quis ordinati sunt = *Gall-Hisp*, = *Gall* (*pp* 166 208) si quis constituti sunt (constituuntur); *can* XI *l* 8 (*p* 213) *Isid* si quis . . . paenitent; *can* XI *l* 15 (*p* 215) *Isid codd* si quis uero uocati; *can* XVI *l* 1 *Att* (*p* 134) *et Prisc codd* V si quis . . . ingerentes, = *Isid codd* (*p* 225) si quis . . . agentes; *can* XVIIII *l* 3 *Att* (*p* 140) *Prisc Ing Dion* I *Dion* II si quis . . . fuerunt : *contra can* VIII *l* 2 (*p* 203) *Isid* si qui . . . uoluerint, *can* XI *l* 36 (*p* 217) *Isid* si qui . . . habuerunt, *can* XVIIII *l* 1 *Caec* (*p* 140) si qui confugiunt = *Isid* (*p* 235) si qui confugerint, *l* 4 *Isid* si qui . . . erant. *manifestum est plurimis in locis ueram esse lectionem* si quis ; *perperam in* si qui *passim mutauerunt editores, diserte enim ait Charisius grammaticus* ii 7 Veteres nominatiuum pluralem q u i s dixerunt . . . unde etiam datiuus [*sc* q u i b u s] mansit in consuetudine : *uide Neue-Wagener* Formenlehre der lateinischen Sprache II (*ed* 3, *Berolini* 1892) 466.

P 113 col b: can III (1) tit. *Et numeri et tituli canonibus in codice Ingilrami* (I) *praefixi etiam in sylloge Paschasii Quesnel* (Q) *reperiuntur : ab utra sylloge in alteram translati fuerint nunc inuestigandum. equidem ideo eos in marginem apud* I *seposui, quia* (*etsi diuerse sentit Maassen p* 21) *de* Q *in* I, *non uice uersa, translatos esse iudicaui. quae me in hanc partem adduxerunt, haec sunt.* (1) *in indice titulorum mentio fit primo* fidei, *deinde* temporis quo conuentus sit habitus : *quod et in textu* Q *invenies, cum in textu* I *symbolo* (*p* 107) *praeponatur praefatio* (*p* 105) *ubi de tempore concilii refertur.* (2) *titulo* VIII (= VII Q) *in mediam clausulam codicis* I *inserto, canon* VIII habentem potestatem *etc omnino uerbo caret; contra in* Q (*p* 189) *nouum incipit comma* potestas sane . . . pertinebit : *similia apud cann* VIIII X *inuenies, uide pp* 119 193. (3) *collatis titulis cum ipsis canonibus, arcte uidentur inter se cohaerere titt cum* Q*-textu* (*sc Isid*), *nullo modo titt cum Ing-txt : e.g. tit* VI (V) de synesactis (Q *perperam* synodicis actis), *Isid-txt p* 187 de synesactis uero (*sed* quaecumque . . . commorantur I-*txt*) ; *titt* VIII (VII) de potestate metropolitani, XII (XI) sine metropolitani consensu, *Isid-txt p* 189 ad metropolitanum, *p* 197 praeter uoluntatem metropolitani (*sed* constitutus . . . in metropolim, qui est in metropolim I-*txt*); *tit* VIIII (VIII) ab episcopis suis = *Isid* (Q) *-txt p* 191 : *tit* X (VIIII) bis in anno = *Isid-txt p* 193 (*sed* per singulos annos . . . dua concilia I-*txt*) ; *tit* XI (X) de primatu, Q*-txt p* 121 primatum (*sed plurali numero* primatus I *cum actis Chalc gr*) ; *tit* XVI (XV) inexaminati, *Isid-txt p* 209 sine examinatione (*sed* sine inquisitione I-*txt*); *tit* XVIII (XVII) de praeuaricatis, *Isid-txt p* 211 qui praeuaricati sunt (*sed uoce actiua* qui praeuaricauerunt I-*txt*) : *tit* XVIIII (XVIII) ad saecularem militiam, *Isid-txt p* 215 ad militiam (*sed* ut rursum militarent I-*txt*).

*quas ob causas uidetur titulorum origo ad* Q *potius pertinere quam ad Ing* : *illud tamen haud dubium, eos cum numeris suis sexto iam saeculo interpretationi codicis Ingilrami fuisse adiunctos : qui enim interpretationem Priscam ex Att et Ing* (*uide Maassen p* 30) *coagmentauit, canones secundum Ing interdum distinxit* (*e.g. can* XVI = XXV *p* 137), *frequenter titulauit* (*cf can* I = III *p* 113, VI = XI *p* 121, VII = XIIII *p* 123, XII = XX *p* 131, XV = XXIIII *p* 135, XVI = XXV *p* 137, XVIII = XXI *p* 139, XVIIII = XXVII *p* 141).

Pp 114 115 (cf pp 184 185) : can II l 16. *Verba S. Pauli* (1 Tim iii 6) *mirum quam diuerse reddunt canonum interpretes. pro* νεόφυτον *habent* NEOPHYTVM *omnes praeter Gall* NVPER PLANTATVM. *pro* μὴ 2° *habent* NE *tantum Caec Gall Gall-Hisp Dion et* Q-F-*Isid*, NE FORTE *Ing Att Prisc Isid. pro* τυφωθεὶς *habent* (i) INFLATVS *Caec Ing* (*cum Hilario* in Ps cxviii 21 *ed Zingerle p* 387 *et Hieronymo* 3/3), (ii) INSOLISCENS *Gall*, (iii) STVPORE DVCTVS *Att Prisc*, (iv) IN SVPERBIAM ELATVS *Gall-Hisp Dion* (*e Vulg*), ELATVS *Isid. quibus perpensis, haec notatu sunt digna : lectionem quarto saeculo bene notam* INFLATVS *praebent Caec Ing ; interpretationes singulares et ut uidetur perantiquas* NVPER PLANTATVM, INSOLISCENS *praebet Gall ; contra Vulgato textui concordant Gall-Hisp Dion, quippe qui posteriores sint* (*hic certe, ille ut conici licet*) *interpretationi Hieronymi circa* A. D. 383 *publici iuris factae.*

P 120 col a : can VI l 6 ut in suburbicaria loca sollicitudinem gerat : *cf Rufinum infra* (*qui, ut symboli interpretationem, ita hoc canonis sexti additamentum de Caeciliano mutuatus est*) suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat. *quid sibi uelint* regiones urbicariae *uel* suburbicariae *post Iacobum Sirmondum* (Opera, *Venetiis* A. D. 1728, IV 1–159) *luculenter demonstrauit Th. Mommsen in libro cui titulus* Schriften der römischen Feldmesser : ed Blume Lachmann et Rudorff II (*Berolini* A.D. 1852) *pp* 200–211, *quem secutus est Ioachim Marquardt* Handbuch der römischen Alterthümer IV (*Lipsiae* A.D. 1873) *p* 80 *n* 6. *uide etiam P. E. Vigneaux* Essai sur l'Histoire de la Praefectura Urbis à Rome (*Parisiis* A.D. 1896) *pp* 159–164.

*Romani imperii partibus a Diocletiano et Constantino de nouo dispositis, paeninsulam Italicam sortiti sunt Vicarius Italiae septem prouinciarum in Italia septentrionali* (*scilicet Galliae fere cisalpinae*) *rector, et Vicarius Vrbis qui decem prouinciis praefuit, id est Italiae mediae* (*excepta ipsa Vrbe quam moderatus est Vrbis Praefectus*) *et meridionali cum insulis Sicilia et Sardinia : septem prouinciis nomen fuit* Italia, *decem prouinciis* urbicariae *uel* suburbicariae regiones. *nec nomine tantum tenus distinctum est ; cum enim tota terra Italica usque adhuc uectigalibus publicis libera fuisset*, Italia *iam hinc impendiis curiae Imperialis Mediolani constitutae exsequendis obnoxia facta est, unde etiam* regio annonaria *nuncupata est ; contra* regiones urbicariae *nonnisi leuiora quaedam subsidia* (*ligna calcem porcos boues uinum*) *Vrbi suppeditabant ;*

*ita ut prouinciae quae partim Italiae partim Vrbis Vicario contigerunt, uidelicet Tuscia et Picenum, in partes* annonariam *et* urbicariam *diuiderentur.*

*documento sunt leges codicis Theodosiani nonnullae*: XI xvi 9 Constantius Aug. et Iulianus Caes. ad Taurum Praefectum praetorio. [*quod in Africa fit id et in Italia fieri debet, et non*] 'per Italiam tantum sed etiam per urbicarias regiones et Siciliam' (A.D. 359): XI i 9 Impp. Valentinianus et Valens ad Mamertinum Pf. p. [*quod*] 'per suburbicarias regiones' [*obseruatum est, id*] 'per omnes Italiae regiones pari ratione seruetur' (A.D. 365): XI xiii 1 Impp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. ad Probum Pf. p. 'per omnem Italiam tum etiam per urbicarias Africanasque regiones ac per omne Illyricum' (A.D. 383): XI xxviii 12 'Picenum et Tusciam suburbicarias regiones' (A.D. 418); *cf Mansi* Concilia III 700: IX xxx 1, 2, 3 (A.D. 364) *ubi* Picenum Flaminia Apulia Calabria Bruttii Lucania Samnium *et* Campania *idem ualent atque* urbicariae regiones.

*simili modo patrum Nicaenorum mentem illustrauit qui interpretationem Gallo-Hispanam e Gallica et Rufino, multis suo Marte additis, nulla textus graeci ratione habita, composuit* (*Romanus fortasse Innocenti papae aequalis*) urbis Romae episcopus habet uicinas sibi prouincias et Anthiociae totam Coelem.

P 121 col b: can VI *Paschasinus* (*minus recte Paschasius*) *Lilybaei in Sicilia episcopus, a S. Leone papa missus ad concilium Chalcedonense legatus, in Actione* XVI *canonem de ecclesia Romana Nicaenum adlegauit, cuius prima pars* Ecclesia Romana . . . ciuitatum aliarum *interpretationi codicis Ingilrami adhaeret, altera* Per omnia autem manifestum sit . . . sua dignitas salua sit *Isidori formam* (*p* 197 *infra*) *sequitur. eadem ex Ing mutuantur codices Isidoriani* **Q F**: *sed Paschasinus optimas in prima parte cum Ing in altera cum* **M**-*Isid praebet lectiones, codices uero* **Q F** *textum emendatum utrobique prae se ferunt* [*nec mirum: Nicaenos enim canones apud* **Q F** *correctoris manum passim redolere iam uidit Maassen pp* 15–20].

*Paschasinum citaui secundum Rustici actorum Chalcedonensium syllogen* (*Maassen p* 745): *alterum Paschasini textum Dionysii interpretationis auxilio deprauatum praebet sylloge dicta codicis Nostrae Dominae Parisiensis* (*Maassen p* 739). *textum utriusque sylloges integrum collatis quos potui codicibus supra typis mandaui p* 148.

P 124 col a: can VIII l 18 in catholica honorem habeat [+ecclesia Θ]: *cf* (*Att can* VIII *l* 9) *Prisc can* VIII (*p* 125) *l* 9 catholicae et apostolicae (catholica et apostolica J) dogmata, *l* 20 catholicae (+ecclesiae *u v*, *praem* ecclesiae *w*) episcopo aut presbytero: *Ing can* XVI *l* 9 (*p* 127) quod inreprehensibile est enim uindicat catholica. *de uoce* catholica *sine* ecclesia *adhibita confer Routh* Reliquiae Sacrae I (*Oxonii* A.D. 1846) 425, *Caspari* Quellen zur Geschichte des Taufsymbols III (*Christianiae* A.D. 1875) 152, *Koffmane* Geschichte des Kirchenlateins (*Vratislauiae* A.D. 1879) 26, *Zahn* Geschichte des neutestamentlichen Kanons II i (*Lipsiae* A.D. 1890) 94: *adleganiur* (1) *Canon Muratorianus* 'epistolae sane Iudae et superscripti Iohannis duas in catholica habentur'; (2) *Tertullianus* praescr haer 30 'constat illos . . . in catholicae primo doctrinam credidisse'; (3) *Cornelius* (*apud Cyprianum* ep xlix 2, *Hartel* ii 611: *uix dubia est lectio quamuis haesitet Zahn*) 'unum episcopum in catholica esse debere'; (4) *Constantini lex anno* 321 *promulgata* (Cod. Theodos. XVI ii 4) 'sanctissimo catholicae uenerabilique concilio'; (5) *minus certe Concilium Carthaginense* A.D. 419 *can* LXXXVI=CXVIIII (*Mansi* IV 506 = *Justel* I 168 *Migne* lxvii 220) 'itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus' *etc*; (6) *adde Chalcedonensis can* XIIII *concilii, secundum priscam quae uocatur interpretationem, si recte conicio legendum esse* 'posse eos in catholica communionem percipere.' *similia ex Optato Augustino Innocentio papa laudat Caspari, unde patet saeculi* iv *et* v *scriptores eam dicendi formam minime auersari.*

P 129 col b: can XVIII l 10 triennio inter uerboaudientes (*Gr* τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις): *Ballerini* triennio inter uerbo audientes. *cf can* XIII *l* 2 *Gall-Hisp* (*p* 220) tribus annis lectionum et uerbi audientiae intersint, *Isid codd* V **S Sp** inter audientes uerbum: *de Gall can* II *l* 6 (*p* 182: *uide quae ibi adnotaui*) *incertum an* pauco tempore legi audientia adcommodata *an* pauco tempore legiaudientia adcommodata *scribi debeat; simili modo dubitari potest apud pseudo-Cyprianum* de Rebaptismate §§ 11, 14 (*Hartel* iii 82. 31, 87. 10) in personam eius uerbum audientis, in uerbum audientibus martyribus impune aquae baptisma deest. *hic saltem* uerboaudientes *pro uno uocabulo rectius haberi monent tum uerborum ordo* (*praepositioni enim* inter *casum accusatiuum sine interuallo adiungi oportet*) *tum uocabuli finitimi* dictoaudiens *usus apud saeculorum* ii iii iv *scriptores haud infrequens. iam Cicero et Liuius* nobis dicto audientes sunt *siue similia scribebant* (*Forcellini-de Vit sub uoce* audio § 11), *Christiani non solum* dictoaudiens dictoaudientia *sed* indictoaudiens indictoobaudiens indictoaudientia, *quae nonnisi singula uocabula esse possunt. citat Rönsch* (Itala und Vulgata *pp* 216 221 226) *Iren-lat* (*quinquies*), *Orig-lat, euangeliorum cod Vercellensem* (Io iii 36), 3 *Esdr* iv 11 (*Vulg*); *citat Forcellini-de Vit Pacianum Barcinonensem* Ep i 4 (=Rom v 19) per dictoaudientiam unius iusti constituentur multi: *quibus locis adde sis Cyprianum* Test ii 27 (=Io iii 36) qui indictoaudiens est filio (*Hartel contra codices* non dicto audiens), *pseudo-Cyprianum* de montibus Sina et Sion § 6 (*Hartel* iii 111. 1) ex dictoaudientiam per credulitatis fidem.

Pp 136 137 (*cf pp* 228, 229): can XVII [XXVI]. *De re usuraria ac de Latinis huius canonis interpretationibus haec dicta sint:*

(1) τόκῳ (τόκους) *reddunt omnes* usuram (usuras) *praeter Gall cod* μ (*non autem cod* K) PECVNIAM SVAM NON DEDIT IN FOENERE (Ps XIV [XV] 5): *quod ad antiquitatem istius interpretis uidetur pertinere.*

(2) δανείζοντες *om Caec Ruf, reddunt* faenerantes *Ing Prisc Isid fragmentum Frisingense,* faeneri dantes *Gall,* cum faenerantur *Att,* cum mutuum dederint *Dion* I, mutuum dantes *Dion* II.

(3) ἑκατοστάς *om Ruf, reddunt ceteri* centesimas, *praeter fragm-Fris qui* (*quasi graece scriptum sit* ἕκαστος ὅς) *male uertit* quisque qui. centesimae = *pars centesima summae per menses singulos usurae nomine soluta* = 12 *per centum in annum*: *sed quarto post Christum saeculo, usura semel in anno iam computata,* centesima *idem ualuit ac pars summae octaua per annum* = 12½ *per centum. plus quam centesimas exigi uetabant leges: cf Cod. Theodos.* II xxxiii 1 (A.D. 325: *uide infra* 5) Pro pecunia ultra singulas centesi-

mas creditor uetatur accipere, *ib.* II xxxiii 2 (A.D. 386) 4 (A.D. 405), *Legem Romanam Burgundionum* xxxi 4 (Mon. Germ. Hist.: Legum I ii 1 *p* 150) Si quis duas centesimas pro cautione sibi stipulari fecerit aut fieri pertulerit, etiam eius pecuniae quam praestitit amissione multabitur secundum legem codicis Theodosiani De usuris.

(4) *ἐκ μεταχειρίσεως* (*ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα*): *Caec* excogitato aliquo modo uel arte id agere, *Ing* (*secundum id quod coniecі*; extra legatione *cod*) ex tractatione agens rem, *Gall* per aliam conuersationem huiusmodi negotium tractans, *Att Prisc* ex hoc contractu . . . tale negotium gerens, *Dion* I per adinuentionem aliquam, *Dion* II ex adinuentione aliqua. *liberius Gall-Hisp* (*ut solet, cf quae in his Addendis ad p* 120 *adnotaui, ad finem*) ad commercium dantes lucra diuidunt, *et fragm-Fris* emittendo cautionem (*confer legem Burgundionum iam citatam*).

(5) *ἡμιολίας ἀπαιτῶν*. (*a*) *Gall* partem dimediam sortis exigens, *Prisc* dimidiam exigens, *Caec Att* dimidias usuras integrae sortis accipiens; *id est, dimidio summae pro faenore soluto, manet sors ipsa integre insuper reddenda* (*b*) *Ing* (*secundum id quod optime coniecerunt Ball: cod* res quam) sesquipla expetens, *Dion* hemiolia id est sescupla exigens: *quod idem ualet ac quae prius laudata sunt*, sescuplus *enim = unus* (*id est sors ipsa*) *et dimidium* (*id est usura*). *hoc genus usurae, tanto grauius quam illud, iis permittebatur qui fruges qualescumque commodauerant: documenta sunt* (i) *Cod. Theodos.* II xxxiii 1 (*cuius supra fit mentio*) 'Imp. Constantinus Aug. ad Dracilianum agentem uices Pf. p. Quicumque fruges humidas uel arentes indigentibus mutuas dederint, usurae nomine tertiam partem superfluam consequantur, id est ut si summa crediti in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius consequantur. quodsi conuentus creditor propter commodum usurarum debitum recipere noluerit, non solum usuris sed etiam debiti quantitate priuandus est. quae lex ad solas pertinet fruges: nam pro pecunia ultra singulas centesimas creditor uetatur accipere. Pp Caesareae xv kal maias Paulino et Iuliano coss' (A.D. 325). (ii) *Hieronymi* Comm. in Ezech xviii 8 (*ed Vallarsi* V 210) 'ET AMPLIVS NON ACCEPERIT. putant quidam usuram tantum esse in pecunia: quod praeuidens scriptura diuina omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias quam dedisti. solent in agris frumenti et milii uini et olei caeterarumque specierum usurae exigi siue ut appellat sermo diuinus ABVNDANTIAE. uerbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios et in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partem mediam (qui iustissimum se putauerit, quartam plus accipiet portionem) et solent argumentari ac dicere: Dedi unum modium qui satus FECIT DECEM modios; nonne iustum est ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate nouem et semis de meo habeat?' (*c*) *ad sensum igitur potius quam ad literam interpretati sunt Rufinus* ne qui clericus . . . accipiat . . . frumenti uel uini ampliationem, quod solet in nouo datum uel sesquiplum uel etiam duplum recipi, *Gall-Hisp* uetus frumentum siue uinum contra nouum commodantes ut amplius accipiant: *cf Isid* species frugum ad sescuplum dare.

Pp 142 col b, 143 col a: can XX l 3 in diebus pentecosten; *item Caec cod* Θ, *Dion* I *codd* M² B, *Hisp-epit* II De libro Complutensi . . . XXXVIIII Die dominico et pentecosten nullus genua flectat: *cf can Apost* (*Dion* I) xxxvii 6 quarta septimana pentecosten M Y *a*² F b (*sed* pentecostes *legere debui, uide Corrigenda ad loc p* xvi): *can Antioch* XX *Prisc cod* I quarta ebdomada pentecosten, *codd* S in pentecosten: *idem semper apud Sacramentaria tum Leonianum* (*ed C. L. Feltoe, Cantabrigiae* A.D. 1896 *pp* 23–26) *tum Gelasianum* (*ed H. A. Wilson, Oxonii* A.D. 1894 *pp* 118–124) *siue in titulis missarum siue in ipsis orationibus: idem in titulis nonnullarum homiliarum apud cod.* Vatic. 3835 (*saeculi fortasse* viii) *foll* 176–203, *uide A. Reifferscheid* Bibliotheca patrum latinorum Italica ii 560 561: *idem in Act Apost* ii 1 dies pentecosten *apud Amiatinum et alios codd Hieronymi* (*Bedae* Retract in Act *ad loc* 'male quidam codices habent *pentecosten*, nam *pentecoste* nominatiuo casu quinquagesima dicitur *pentecostes* genetiuo *pentecosten* accusatiuo'), xx 16 diem pentecosten *apud codd Hieronymi antiquiores. similia apud nomina in* -es *origine graeca passim habent codices Noui Testamenti quos ueteres uocant, a b d e* (*nusquam tamen k*): *e.g. Matt* iii 6 in Iordanen *a b*, iii 13 in Iordanen *b*, xvii 13 de Iohannen baptistam *e*; *Marc* i 5 in Iordanen *b d*, i 9 ab Iohannen in Iordanen *a b d*, i 29 cum Iacobo et Iohannen *d* (x 41 de Iacobo et Iohannem *a b*); *Luc* iii 15 de Iohannen *a b e*, iv 1 ab Iordanen *a b d* (*e*), vii 24 de Iohannen *a e*, vii 28 maior in natis mulierum Iohannen baptista *a*; *Io* v 36 testimonium magis (+ quam *d*) Iohannen *b d e*; *Act* i 22 a baptismate Iohannen *d*, iii 4 Petrus . . . cum Iohannen *d*: *mirum sane,* pentecosten *apud codd Hieronymianos tantum inueniri, apud ueteres tantum* Iohannen Iordanen.

*grammatici quod sciam talia neque collegerunt neque tractauerunt: quapropter cum necessarium sit sine baculo incedere, codicum auctoritatem, siue formam* -en *accipiunt siue reiciunt, sedulo persecutus sum: dissentientibus tamen codicibus* (*can Apost* XXVII *Dion* I, *can Nicaen* XX *Caec Att*) *diu haesitaui, utrum enim* pentecosten *an* pentecostes *scribere maluerint antiquiores Christiani, adhuc uix certum est.*

P 142 col b: can XXI. *iste canon* (*qui nihil aliud est atque canonis* XVIIII *pars ultima*) *cum sequentibus quae tamquam colophon concilio adiciuntur, ex ecclesiastica historia Rufini* X 6 *originem ducit. quae historia cum Chromatio episcopo Aquileiensi ante annum* 407 *dedicaretur, nihil obstitit quominus et Rufinus symbolum Nicaenum ex interpretatione Caeciliani* (A.D. 325) *repeteret, uide pp* 106 175, *et Atticus* (A.D. 419) *nonnulla de Rufino mutuaretur.* [*librum Rufini latinum in manibus Constantinopolitanorum fuisse uides: cf quae ex ipso Rufino* De adulteratione librorum Origenis *collegit W. Sanday* Studia Biblica iii (*Oxonii* A.D. 1891) 279.] *quid sibi uelint ista additamenta quaerenti facile respondetur. cum enim ecclesiae Romana et Carthaginensis disputarent utrum canones Sardicenses e concilio Nicaeno originem traherent an non, legatum miserunt Africani qui Caeciliani Nicaenorum canonum interpretationem orientalibus proponeret et sententiam eorum rogaret. Atticus igitur Constantinopolitanus interpretationem nouam* (*habita Caeciliani et ut puto Gallicae ratione*) *uiginti canonum faciendam curauit, quibus ne quid absoluto operi deesse uideretur, alia aliqua de ecclesiastica historia* necessario credidit inserenda, *unde de canonibus Sardicensibus plenius iudicari posset.*

# NVMERI ET ORDINIS CANONVM SECVNDVM DIVERSAS INTERPRETATIONES CONSPECTVS

| | Dionysii I II | Caeciliani | Attici | Priscae | Ferrandi | Gallicae | Gallo-Hispanae | Rufini | Ingilrami epitome | Ingilrami | Isidori Q | Isidori F | Isidori M | Isidori Sp | Isidori V | Isidori S | Fragmenti Frisingensis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Εἴ τις ἐν νόσῳ . . . | 1 | 1 | 1 | 1 | [1] | 1 | 1 | 1 | 1 | 3 | 2 | 1 | 1 | 1 | [1] | 1 | |
| 2. Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι . . | 2 | 2 | 2 | 2 | [2] | 2 | 2 | 2 | 2 | 4 | 3 | 2 | 2 | 2 | | 2 | |
| | | | | | | | | | | 5 | 4 | | | | | | |
| 3. Ἀπηγόρευσε καθόλου . . | 3 | 3 | 3 | 3 | [3] | 3 | 3 | 3 | 3 | 6 | 5 | 3 | 3 | 3 | [2] | 3 | |
| 4. Ἐπίσκοπον προσήκει . . | 4 | 4 | 4 | 4 | [4] | 4 | 4 | 4 | 4 | 7 | 6 | 4 | 4 | 4 | | 4 | |
| | | | | | | | | | | 8 | 7 | | | | | | |
| 5. Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων . . | 5 | 5 | 5 | 5 | [5] | 5 | 5 | 5 | 5 | 9 | 8 | 5 | 5 | 5 | [3] | 5 | |
| | | | | | | | | | | 10 | 9 | | | | | | |
| 6. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη . . . | 6 | 6 | 6 | 6 | | | 6 | 6 | 6 | 11 | 10 | 6 | 6 | 6 | | 6 | |
| | | | | | | | | | | 12 | 11 | 7 | 7 | | | | |
| | | | | | | | | 7 | | 13 | 12 | | | | | | |
| 7. Ἐπειδὴ συνήθεια . . . | 7 | 7 | 7 | 7 | | [6] | 7 | 8 | | 14 | 13 | 8 | 8 | 7 | | 7 | |
| 8. Περὶ τῶν ὀνομαζόντων . . | 8 | 8 | 8 | 8 | [7] | 7 | 8 | 9 | 7 | 15 | 14 | 9 | 9 | 8 | [4] | 8 | |
| | | | | | | | | | 8 | | | | | | [5] | | |
| | | | | | | | | 10 | | | | | | | | | |
| 9. Εἴ τινες ἀνεξετάστως . . | 9 | 9 | 9 | 9 | [8] | 8 | 9 | 11 | 9 | 16 | 15 | 10 | 10 | 9 | | 9 | |
| 10. Ὅσοι προεχειρίσθησαν . . | 10 | 10 | 10 | 10 | [9] | 9 | 10 | | | 17 | 16 | 11 | 11 | 10 | [6] | 10 | |
| 11. Περὶ τῶν παραβάντων . . | 11 | 11 | 11 | 11 | | 10 | 11 | 12 | 10 | 18 | 17 | 12 | 12 | 11 | [7] | 11 | |
| 12. Οἱ δὲ προσκληθέντες . . | 12 | 12 | 12 | | | | | 13 | | 19 | 18 | | | | | 12 | |
| 13. Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων . . | 13 | 13 | 13 | 12 | | 11 | 12 | 14 | 11 | 20 | 19 | 13 | 13 | 12 | [8] | 13 | |
| [18. Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν] . | | | | | | | | | 12 | 21 | | | | | [9] | 14 | |
| 14. Περὶ τῶν κατηχουμένων . . | 14 | 14 | 14 | 13 | | 12 | 13 | 15 | 13 | 22 | 20 | 14 | 14 | 13 | [10] | 15 | |
| [18. Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν] . | | | | | | | | | | | | | | 14 | | | |
| 15. Διὰ τὸν πολὺν τάραχον . . | 15 | 15 | 15 | 14 | [11] | 13 | 14 | 16 | 14 | 23 | 21 | 15 | 15 | 15 | | 16 | 1 |
| 16. Ὅσοι ῥιψοκινδύνως . . . | 16 | 16 | 16 | 15 | [12] | 14 | 15 | 17 | | 24 | 22 | 16 | 16 | 16 | | 17 | |
| | | | | 16 | | | | 18 | | 25 | 23 | 17 | | 17 | [11] | | 2 |
| 17. Ἐπειδὴ πολλοί . . . | 17 | 17 | 17 | 17 | [13] | 15 | 16 | 19 | 15 | 26 | 24 | 18 | 17 | 18 | [12] | 18 | 3 |
| 18. Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν . . | 18 | 18 | 18 | 18 | [14] | 16 | 17 | 20 | *habent supra* | | 25 | 19 | 18 | *habent supra* | | | 4 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | 5 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | 6 |
| 19. Περὶ τῶν Παυλιανισάντων . | 19 | 19 | 19 | 19 | [15] | 17 | 18 | 21 | 16 | 27 | 26 | 19 | 19 | 19 | [13] | 19 | 7 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | 8 |
| | | | | | | | 19 | 22 | 17 | 28 | 27 | | | | | | 9 |
| | | | | | | | | | | | | 20 | | | | 20 | 10 |
| 20. Ἐπειδή τινές εἰσιν . . . | 20 | 20 | 20 | 20 | | *om* | *om* | *om* | *om* | *om* | *om* | 21 | *om* | 20 | [14] | 21 | *om* |

# CONSPECTVS EORVM QVAE A
# SECVNDVM DIVERSAS SYLLO

| M | Q | F |
|---|---|---|
| | | [INCIPIT FIDES APVD NICEA<br>*Symbolum Nicaenum cum F*<br>*Damasi, uide infra p* 282 *seqq*<br>INCIPIT FIDES ROMANORVM<br>Credimus unum deum<br>INCIPIT PRAECEPTA SANCT<br>CLEMENTIS EPISCOPI<br>Quoniam sicut a Petro<br>INCIPIT EXPOSITIO FIDEI APV<br>NICEAM<br>*Symbolum Nicaenum, uide p*<br>*supra*] |
| *Praefatio longa de concilio Nicaeno et de Romana ecclesia*<br>Beatissimo Siluestro in urbe Roma<br>*uide p* 155 *infra* | *Praefatio longa de concilio Nicaeno et de Romana ecclesia*<br>Beatissimo Siluestro in urbe Roma<br>*uide p* 155 *infra* | |
| | INCIPIVNT TITVLI CANONVM ECCLESIASTICORVM SIVE STATVTORVM SYNODI NICAENAE<br>*Capitula canonum Nicaenorum* (I–XXVII: *uide p* 165 *infra*) *et Sardicensium* (XXVIII–XLVI) | INCIPIVNT CAPITVLA CANON<br>SIVE STATVTA CONCILII NICA<br>*Capitula canonum Nicaenor* (I–XX), *uide p* 165 *infra*<br>INCIPIT CAPITVLA CANONVM<br>CONCILII EIVSDEM<br>*Capitula canonum Sardicensiu* (I–XXII) |
| INCIPIT FIDES CATHOLICA QVAE APVT NICHEAM BITHYNIAE . . .<br>*Symbolum Nicaenum, uide p* 175 *infra* | INCIPIT EXPOSITIO FIDEI NICHENAE VEL SYNHODICAE DISCIPLINAE ET NOMINA EPISCOPORVM CCCXVIII<br>*Symbolum Nicaenum, uide p* 275 *infra*<br>Haec est fides quam exposuerunt<br>*uide p* 275 *infra*<br>*Nomina episcoporum* | |
| Hosius episcopus Cordoue<br>*uide pp* 98 *supra* 177 *infra* | Osius episcopus Cordubensis dixit<br>*uide p* 37 *supra* | |
| INCIPIVNT CANONES ECCLESIAE SIVE STATVTA CONCILII NICAENI IN QVO FVERVNT EPISCOPI CCCXVIII | | INCIPIVNT CANONES ECCLES<br>SIVE STATVTA SINODI SVP<br>SCRIPTI |
| Cum conuenisset *uide p* 173 *infra* | Cum conuenisset *uide p* 275 *infra* | Cum conuenisset *uide p* 173 *inf* |
| Post hoc concilium in urbe Roma congregati sunt catholici episcopi *uide Fidem Damasi pp* 284–6 *infra*<br>INCIPIVNT REGVLAE ECCLESIASTICAE QVAE APVT NICHEAM BITHYNIAE A CCCXVIII PATRIBVS CONSCRIBTAE SVNT, QVAS SANCTA ROMANA RECIPIT ECCLESIA<br>*Canones Nicaeni* (I–XVIIII)<br>*uide p* 179 *infra* | *Canones Nicaeni* (II–XXVII)<br>*uide p* 276 *infra* | *Canones Nicaeni* (I–XX)<br>*uide p* 179 *infra*<br>*Locus ex Attico* (*ab Attico e Ruf*<br>*desumptus*<br>Igitur episcopi cum de his<br>*uide pp* 142 *supra* 241 *infra*<br>*Canon Nicaenus* XXI<br>Quoniam sunt in die domi<br>*uide p* 243 *infra* |
| EXPLICIT | *Canones Sardicenses tamquam Nicaeni* (XXVIII–XLVI)<br>CANONES SIVE DECRETA CONCILII NICAENI EXPLICIVNT | |
| [INCIPIVNT NOMINA EPISCOPORVM ORIENTALIVM QVI IN NICHENO CONCILIO SVBSCRIBSERVNT<br>Alexandriae Aegypti et Thebaidis<br>*ita F, uide p* 39 *supra* (*nomina hic omissa locum post symbolum habuerant*): *desunt apud* W, *unde syllogae* M *aliena iudicanda sunt*] | SVBSCRIPSERVNT AVTEM OMNES EPISCOPI SIC: EGO ILLE EPISCOPVS ILLIVS CIVITATIS ET PROVINCIAE ILLIVS ITA CREDO SICVT SVPRA SCRIPTVM EST | INCIPIVNT NOMINA EPISCOPO<br>DE CANONIBVS NICENIS<br>PROVINCIIS ET CIVITATIBVS<br>Osius episcopus ciuitatis Cortube<br>*uide p* 36 *supra*<br><br>EXPLICIVNT CANONES NICAEN |

NCILIVM NICAENVM PERTINENT
NTERPRETATIONIS ISIDORIANAE

| S | V | Sp |
|---|---|---|
| INCIPIVNT CAPITVLA STATVTORVM CONCILII NICENI<br>*Capitula canonum Nicaenorum* (I–XXI), *uide p* 165 *infra* | | [*adsunt apud cod* E *capitula uide p* 165 *infra*] |
| INCIPIT PRAEFATIO EIVSDEM CONCILII<br>Concilium sacrum uenerandi<br>*uide p* 171 *infra*<br>[INCIPIT SANCTI CANONES NICENI] | INCIPIVNT CANONES ECCLESIAE SEV STATVTA CONCILII NICAENI IN QVO FVERVNT EPISCOPI CCCXVIII | CANONES SANCTI ET MAGNI NICENI CONCILII QVOD HABITVM EST TEMPORIBVS CONSTANTINI . . . |
| Cum conuenisset *uide p* 173 *infra* | Cum conuenisset *uide p* 173 *infra* | Cum conuenisset *uide p* 173 *infra* |
| *Canones Nicaeni* (I–XX)<br>*uide p* 179 *infra*<br>*Locus ex Attico* (*ab Attico e Rufino*) *desumptus*<br>Igitur episcopi cum de his<br>*uide pp* 142 *supra* 241 *infra*<br>*Canon Nicaenus* XXI<br>Quoniam sunt in die dominica<br>*uide p* 243 *infra* | *Canones Nicaeni* [I–XIIII ?]<br>*uide p* 179 *infra*<br>*inter quos continetur canon*<br>Quoniam sunt in die dominica<br>*uide p* 243 *infra*<br>*Canones Sardicenses tamquam Nicaeni* | *Canones Nicaeni* [I–XX]<br>*uide p* 179 *infra*<br>*inter quos continetur canon*<br>Quoniam sunt in die dominica<br>*uide p* 243 *infra* |
| | INCIPIT FIDEI EXPOSITIO MEMORATI CONCILII<br>*Symbolum Nicaenum, uide p* 303 *infra*<br>Haec est fides quam exposuerunt<br>*uide p* 111 *supra* | INCIPIT SIMBOLVM FIDEI EIVSDEM NICENI CONCILII<br>*Symbolum Nicaenum, uide p* 303 *infra*<br>Haec est fides quam exposuerunt<br>*uide p* 111 *supra* |
| INCIPIVNT NOMINA EPISCOPORVM DE CANONIBVS NICENIS CVM PROVINCIIS ET CIVITATIBVS SVIS<br>Osius episcopus ciuitatis Cortubensis<br>*uide p* 36 *supra* | INCIPIVNT NOMINA EPISCOPORVM ET PROVINCIARVM<br>Osius episcopus ciuitatis Cordouensis<br>*uide p* 36 *supra* | ET SVBSCRIPTIONES<br>[*desunt ipsae subscriptiones*] |
| EXPL CANONES NICENOS | EXPLICIT CONCILIVM NICAENVM | |

# CONCILIVM NICAENVM

## PRAEFATIONES CAPITVLA SYMBOLVM CANONES

### V

INTERPRETATIO QVAE DICITVR GALLICA

SAECVLO VT VIDETVR QVARTO CONFECTA

(*uide p* 178 *col a in notulis*)

K **Codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxii: saec. vii [fol. 7 *a*

*μ* **Codex sylloges Dionysio-Hadrianeae Paris.** lat. 3838 (olim fortasse ad ecclesiam S. Martini quamdam pertinens, uide fol. 22 *b*): saec. x [fol. 4 *a*

G **Codex sylloges 'systematicae' S. Germani de Pratis Parisinus lat.** 12444: canones adducit i iii (*bis*) iiii viii viiii xvi: saec. ix

*bb* **Codex Bruxellensis burgund.** 8780–8793: adducit posteriorem canonis v partem: saec. ix [fol. 6 *b*

*Edidit Fr. Maassen* Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande (*Gratz* A. D. 1870) *p* 914 *e codd* K *μ*

### VI

INTERPRETATIO QVAE DICITVR GALLO-HISPANA

POST GALLICAM ET RVFINI INTERPRETATIONES QVINTO SAECVLO COAGMENTATA

(*uide p* 178 *col b in notulis*)

*bb* **Codex Bruxellensis burgund.** 8780–8793: saec. ix [fol. 70 *a*

$\Sigma_2$ **Codex Parisinus** lat. 1454 (ante syllogen dictam Paschasii Quesnel): canonem adducit viii: saec. ix–x

*rem* **Codex Remensis** 671 (ante syllogen Dionysio-Hadrianeam): canonem adducit viii: saec. ix [fol. 6 *a*

And-col **Sylloges 'systematicae' quae Andegauensis uocatur codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis xci: canonem adducit xii: saec. viii

*Edidit Maassen op cit p* 910 *e codd bb* $\Sigma_2$

### VII

INTERPRETATIO (SIVE PARAPHRASIS ABBREVIATA) RVFINI AQVILEIENSIS

EX EIVS HISTORIA ECCLESIASTICA X 6: SAECVLO QVINTO INEVNTE CONSCRIPTA

(i) **Codices canonum**

C **Codex Corbeiensis nunc Parisinus** lat. 12097: saec. vi [fol. 182 *a*

K **Codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxii: saec. vii [fol. 125 *a*

L **Codex Laureshamensis nunc Vaticanus** Palatinus 574 (*cuius codicis codex olim Murbacensis nunc Gothanus* I 85, *nono et ipse scriptus saeculo, uidetur esse apographum*): omittit canones viii viiii x xii xiii xxii: saec. ix [fol. 4 *a*

T **Codex Tolosanus** (origine ut uidetur Albigensis) olim coenobii Augustiniani nunc bibliothecae publicae 364 (I 63): saec. vii [fol. 18 *b*

*bi* **Codex Bigotianus nunc Parisinus** lat. 2796: saec. ix [fol. 108 *a*

*f* **Sylloge 'systematica' apud codicem Frisingensem nunc Monacensem** lat. 6243: canones adducit i iii x xi xvi xvii: saec. viii [fol. 192 *b*

And-col ut supra: canones adducit i–iiii v (quoad partem posteriorem) vii x xi xvi–xxii: saec. viii

*Excerptum Rufinianum primus e canonum syllogis edidi*

(ii) **Codices Historiae Ecclesiasticae Rufini**

Ruf-D **Codex ecclesiae Dominae nostrae Paris. nunc Parisinus** lat. 18282: saec. viii [fol. 219 *a*

Ruf-E **Codex coenobii Eremitarum Einsiedlensis** 347: continet excerpta tantum, unde ad pp 160–163 contuli: canones desunt: saec. viii [fol. 214 *a*

Ruf-F **Codex S. Mauri Fossatensis nunc Paris.** lat. 11738: saec. ix [fol. 175 *a*

Ruf-P **Codex Vaticanus Palatinus** 822: saec. ix [fol. 151 *a*

Ruf-Z **Codex Lucensis** bibliothecae Capitularis 490: saec. viii–ix [fol. 119 *b*

*Rufini Historia typis primum mandata est apud Nicolaum Ketelaer et Gerardum de Leempt* (*Traiecti* A. D. 1474): *nouissimus edidit Petrus Thomas Cacciari* (*Romae* A. D. 1740–41): *dum haec scribebam, exspectabatur adhuc editionis a Th. Mommsen curatae pars ulterior. Nicaenos canones e Rufino repetierunt Labbe-Cossart* Concilia II (*Parisiis* A. D. 1671) 55, *Labbe-Coleti* II (*Venetiis* A. D. 1728) 63, *Mansi* II (*Florentiae* A. D. 1756) 701

RVFINI EPITOME APVD SYLLOGEN HISPANAM COMPENDIOSAM

U **Codex Veronensis** bibliothecae Capitularis lxi (59): saec. vii–viii [fol. 16 *a*

Z **Codex Lucensis** bibliothecae Capitularis 490: saec. viii–ix [fol. 291 *a*

*h* **Codex Vaticanus** 5751: saec. x [fol. 33 *a*

*Edidit Mansi* Ad Concilia Veneto-Labbeana Supplementum I (*Lucae* A. D. 1748) 277 *et* Concilia III (*Florentiae* A. D. 1759) 1127, *e cod* Z: *codices* U *h primus adhibui*

# VIII

## INTERPRETATIO QVAE FALSO DICITVR ISIDORI

ROMAE VT VIDETVR INTER ANNOS 419 ET 451 POST CHRISTVM CVRATA

**M** **Consensus codicum** a Fr. Maassen primo descriptorum, uidelicet:

- *f* **codex Frisingensis nunc Monacensis** lat. 6243: saec. viii [fol. 11 *a*
- W **codex Wirceburgensis** bibliothecae olim Capitularis nunc Vniuersitatis Mp. th. f. 146: saec. ix [fol. 27 *a*
- $\Upsilon^3$ **codicis Vindobonensis 2141** corrector coaeuus: saec. ix [fol. 1 *a*

**V** **Codex Veronensis** bibliothecae Capitularis lix (57): saec. vi [fol. 216 *a*

**S** **Consensus codicum sylloges dictae Sanblasianae**, uidelicet:

- S **codex Augiensis postea Sanblasianus nunc coenobii S. Pauli apud Carinthios** xxv $\frac{a}{7}$: saec. vii–viii [fol. 1 *a*
- X **codex prope Treueros ut uidetur scriptus nunc Paris.** lat. 3836: saec. viii [fol. 1 *a*
- Y **codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxiii: saec. viii [fol. 10 *a*
- Z **codex Lucensis** bibliothecae Capitularis 490: saec. viii–ix [fol. 236 *a*
- P **codex bibliothecae Thomae Phillipps Cheltenhamensis** 17849 (inde a canone viii, p 203): saec. viii exeunt. [fol. 1 *a*

**Sp** **Sylloge Hispana, consentientibus codicibus et editione infra scriptis**, scilicet:

- E **codex Enipontanus (castelli quod uocatur Ambras) nunc Vindobonensis** 411: saec. ix–x [foll. 1 *a*, 310 *b*
- *φ* **codicis Vindobonensis 2147** (sylloges dictae Paschasii Quesnel) manus altera: saec. xi [fol. 12 *a*
- Sp-ed *Collectio canonum ecclesiae Hispanae* edente F. A. Gonzalez (Matriti, A.D. 1808, p 2), in qua editione adhibiti sunt codices nonnisi Hispani, id est
  - *aem* **codex Aemilianensis nunc Escurialensis** I D 1: saec. x exeunt.
  - *alv* **codex Alueldensis nunc Escurialensis** I D 2: saec. x exeunt.
  - *esc* **codex Escurialensis** I E 12: saec. x–xi
  - *ger* **codex Gerundensis**: saec. xi
  - *tol* 1 **codex Toletanus** xv. 16: saec. xi
  - *tol* 2 **codex Toletanus** xv. 17 saec. xi
  - *urg* **codex Vrgelitanus**: saec. x–xi

**Q** **Consensus codicum sylloges dictae Paschasii Quesnel**, scilicet:

- **Γ** **codex Sangallensis** 682: saec. ix [fol. 4 *a*
- **Δ** **codex coenobii Eremitarum Einsiedlensis** 205: saec. ix [fol. 1 *a*
- **O** **codex coenobii Eremitarum Einsiedlensis** 191 (inde a can xviii [= xiii]): saec. viii–ix [fol. 1 *a*
- **Σ** **codices gemelli Paris.** lat. 1454 (olim Guill. Sacheri) et lat. 3842 A (dissentiente alteri altero, quod rarissime fit, eam lectionem commemoraui quae archetypo propior uisa est): uterque saec. ix–x [fol. 41 *a*, fol. 27 *b*
I. *quod ad S. Scripturam attinet, in Vetere Testamento fere centies occurrit* ᾅδης, *maxime in libris Iob Psalmorum Prouerbiorum Ecclesiastici Isaiae: in Nouo Testamento nonnisi Matt* xi 23 *Luc* x 15 xvi 23 *Act* ii 27 31 *Apoc* i 18 vi 8 xx 13 14.

inferi inferos *consentaneus usus est apud testes et antiquissimos et optimos.* *codex k* (*Taurinensis Bobiensis*) Matt xi 23. *codex Heptateuchi Lugdunensis* Gen xxxvii 35 xlii 38 xliv 29 31 Num xvi 30 33 Deut xxxii 22. *Tertullianus* Luc xvi 23 (contra Marcionem iv 34 *et alibi*). *Cyprianus* Ps xv 10 xxix 3 Habac ii 5 Is xiv 15 Apoc i 18 (Test ii 24 26, epp. lix 3 lxviii 4; *ed. Hartel pp* 91 93 669 747). *Tyconius* Is xiv 15 19 (Liber Regularum vii: *ed. Burkitt pp* 75 76).

inferi inferos *plerumque, rarius* infernus infernum, *habent Irenaeus et codices d e.* *Irenaeus*: apud inferos, inferorum, inferi, *Matt* xi 23 *Luc* xvi 23 *Act* ii 31 *Apoc* i 18 xx 13 14 (adu. haereses II xxiv 4, III xii 2, IV xx 11, IV xxxvi 3, V xxxv 2): in inferno *Act* ii 27 (op cit III xii 2). *codex d*: ad inferos, apud inferos, *Matt* xi 23 xvi 18 *Act* ii 27 31: ad infernum, in inferno, *Luc* x 15 xvi 23. *codex e*: ad inferos *Matt* xvi 18 *Luc* x 15: in inferno *Luc* xvi 23.

*et* inferi inferorum *et* infernus inferni *inueniuntur in cod m* (*Speculo pseudo-Augustino: ed. Weihrich*): *scilicet* inferi *apud Pentateuchum* (*Deut* xxxii 22) *et Ecclesiasticum* (xiv 12 16, xxi 10, xxviii 21 [25] *ubi legendum* inutiles inferi): infernus *in Psalmis* (xvii 5 cxxxviii 8), *in Prouerbiis* (i 12 ii 18 xv 11), *in prophetia Baruch* (ii 17 iii 19), *et in NT* (*Luc* xvi 23 *Apoc* xx 13).

infernus inferni *semper legitur apud S. Hilarium* in Psalmos (*Ps* liv 15 cxxxviii 8 cxl 7: *pp* 157, 757, 797).

*ut ergo in Matt* xvi 18, *ita alibi in S. Scriptura, antiquissimae interpretationes nonnisi* inferi inferorum *praebebant, uocabulum latinae linguae proprium et scriptoribus ethnicis, cum de mundo inferiore agitur, constanter usitatum. ne tamen in hoc loquendi modo starent interpretes christiani, duo uetabant impedimenta: unum, quod graeco* ἐν ᾅδῃ, *e.g. Luc* xvi 23, *non satis respondebat* apud inferos (*neque dici poterat* in inferis, inferi *enim non sunt locus sed qui locum inhabitant*): *alterum quod* ᾅδης *interdum personaliter adhibetur, cf Apoc* vi 8 xx 14. *singulari numero in talibus opus erat: uocem* inferus *nusquam inuenies nisi Matt* xvi 18 (*excepto unico Victorino Afro ad Apoc* i 18): *ergo uocem* infernus inferni *ecclesia christiana usurpauit. conferas sequentem tabulam,*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Matt xi 23 | ad inferos *d k Iren* | | in infernum *a b f uulg* |
| xvi 18 | portae inferorum *d e ff*¹ *q Cypr Optatus Aug Fulg* | portae inferi *b g*¹ *uulg Hil Amb Maximus Arnobius* | portae inferni *a f ff*² *uulg-codd Hil-codd* |
| Luc x 15 | ad inferos *a e* | | ad infernum *d f uulg* in infernum *b q* |
| xvi 23 | apud inferos *a* (*Tert Iren*): + et de inferno *a* | | in inferno *b d e f q uulg* in infernum *m* |
| Act ii 27 | apud inferos *d* | | in inferno *codex Laudianus Iren Fulg* |
| ii 31 | apud inferos *d Iren* | | in inferno *cod-Laud Philastrius Fulg* |
| Apoc i 18 | mortis et inferorum *Iren Cypr Primasius* | mortis et inferi *Vict-Afer* | mortis et inferni *Priscillianus* |
| vi 8 | | | mors et infernus *Primasius* |
| xx 13 | mors et inferi *Iren* | | mors et infernus *m Aug* |
| xx 14 | mors et inferi *Iren* | | mors et infernus *Aug Fulg Auct-de promiss* |

*idem docet usus scriptorum christianorum de Christi post mortem descensu disserentium inter annos* 350 *et* 410: *qui enim priores erant, Hilarius et Ambrosiaster, adhuc* inferos *dicebant, posteriores autem, Hieronymus et Pelagius,* infernum. *confer Hilarium* in Ps lviii 10 (*ed. Zingerle p* 188) 'descendente eo ad inferos, sanctos eius inferi non tenent': *Ambrosiastrum* in Eph iv 8–10 (S. Ambrosii opera *ed. Bened.* ii *Appendix col* 241) 'hic ergo descendens e caelis in terram homo natus est, post mortuus descendit ad inferos, ex quibus tertio die resurgens ante omnes mortales ascendit super cunctos caelos.' *e contrario habes Hieronymum* in Eph iv 8–10 (*ed. Vallarsi* vii 613 E) 'INFERIORA autem TERRAE infernus accipitur, ad quem dominus noster saluatorque descendit, ut sanctorum animas quae ibi tenebantur inclusae secum ad caelos uictor abduceret . . . quod autem infernus in inferiori parte terrae sit, et

Psalmista testatur' [*Ps* cv 17]. *eodem uocabulo usum esse Pelagium* in Eph iv 8–10 *uerisimile fit collato codicis Sangallensis textu* (*Zimmer* Pelagius in Irland [*Berolini* A. D. 1901] *p* 365) *cum pseudo-Hieronymo* 'infernum sub terra esse nemo iam ambigat' (S. Hieronymi opera *ed. Vallarsi* xi 1003 F).

2. *quid tamen ad haec Symbolum quod dicitur Apostolorum? primo animaduertendum est clausulam de descensione Saluatoris* '*ad inferiores partes terrae*' *non ante finem saeculi quarti in symbolum ecclesiae occidentalis penetrasse: secundo, de graeco* εἰς τὰ καταχθόνια (*quae formula in symbolis conciliorum Sirmiensis* A. D. 359, *Nicensis* A. D. 359, *Constantinopolitani* A. D. 360 *inuenitur*) *deriuatam esse uideri. unde non mirum est eos qui clausulam in symbolum latinum introducebant, de descensione* ad inferna *uel* in inferna *locutos esse. sic* '*fides S. Hieronymi,*' *siue ipsi Hieronymo adtribuenda est siue alteri eiusdem aetatis theologo* (*apud* Anecdota Maredsolana, *edente G. Morin*, III iii [A. D. 1903] *p* 199): *sic in Italia septentrionali Rufinus Aquileiensis* de expositione symboli: *sic in Gallia meridionali Caesarius Arelatensis* de symboli fide (= *pseudo-Augustinus* sermo 244): *sic in Hispania Martinus Bracarensis* de correctione rusticorum *et Ildefonsus Toletanus* de cognitione baptismi: *sic in Africa fortasse symbolum codicis nostri Veronensis* lix (57) *pseudo-Athanasianum* (*de quibus omnibus uide Hahn* Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche *ed.* 3, *Vratislauiae* A. D. 1897, §§ 36, 46, 54, 55, 62): *neque aliter sacramentaria et sermones a uiro huius rei peritissimo A. E. Burn laudati, apud ephemeridem* The Journal of Theological Studies (*mense Iulio* A. D. 1902) iii 488 489.

ad infernum *praebent in exponendo symbolo antiqui testes tres, scilicet Venantius Fortunatus, pseudo-Chrysostomus* (*saeculo* v–vi), *et pseudo-Augustinus* (*saeculo* vi–vii): *uide Hahn* op cit §§ 38 41 65. *uerisimile est eos singulari numero ideo usos esse ut sacrae Scripturae interpretationi* (*siue uulgatae siue alteri*) *propius accederent.*

ad inferos *habent nonnisi quae ab insulis Britannicis originem trahebant, id est Antiphonarium Benchorense saeculo septimo scriptum* (*ed. F. E. Warren, fol* 19 *b*), *et sylloge codicis Bernensis* 645 (*saec.* vii–viii) *quam insulae nostrae uindicat A. E. Burn* An Introduction to the Creeds, *Londini* A. D. 1899, *p* 241. *indicia priscarum S. Scripturae interpretationum haud raro apud Britannos emergere monstrauerunt qui de libris eorum tractant.*

*ut igitur paucis uerbis rem totam concludamus; nihil ad inquisitionem confert historia symboli, in quo dici solebat* descendit ad inferna (*e graeco* εἰς τὰ καταχθόνια), *non* descendit ad inferos (*e graece* εἰς ᾅδην): *in sacra autem Scriptura primi interpretes* inferi inferorum *scribebant, curantes latine loqui* (*confer* similitudo *pro* parabola, tinguere *pro* baptizare, *et uide quae de* ad dextera ad sinistra *ipse disputaui* Journal of Theological Studies [*mense Iulio* A. D. 1901] ii 607); *procedente uero tempore, cum sermo christianus noua in suum usum uerba fingeret quibus graeca archetypa ad unguem exprimerentur, ii qui textum librorum sacrorum* (*saeculo tertio et quarto*) *accuratius reddere conabantur desistebant* inferi *dicere, inter* inferus *et* infernus *aliquantulum haesitabant, tandem in usu uocis* infernus *unanimes consentiebant.*

P 157 col a l 25: [Paulus] qui non diuerso (sicut heresei garriunt) sed uno tempore uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Caesare Nerone agonizans coronatus est.

*In quattuor classes distinguendi sunt qui de mortibus apostolorum Petri et Pauli notitiam tradiderunt.*

(1) *scriptores antiquissimi, ut passiones Petri et Pauli simul commemorant et ad saeuitiam Neronianam una uoce referunt, ita nihil certum neque de die et anno neque de mortis sententia in ambos simul pronuntiata enarrant.* *S. Clemens Romanus* ad Cor 5 λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι στύλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἤθλησαν. λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους· Πέτρον, ὃς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκε πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. διὰ ζῆλον καὶ ἔριν Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ὑπέδειξεν . . . δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθών· καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη. *S. Dionysius Corinthius* ad Rom (*apud Eusebium* H. E. ii 25) ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. *S. Irenaeus* aduersus Haereses III iii 2 3 'maximae et antiquissimae et omnibus cognitae a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae ecclesiae . . . θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν.' *Tertullianus* de praescriptione haereticorum 36 'ista quam felix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est in insulam relegatur. *idem* scorpiace contra gnosticos 15 'uitas Caesarum legimus; orientem fidem Romae primus Nero cruentauit: tunc Petrus ab altero cingitur cum cruci adstringitur: tunc Paulus ciuitatis Romanae consequitur natiuitatem cum illic martyrii renascitur generositate.' *Origenes* in Genesim tom iii (*apud Eusebium* H. E. iii 1) Πέτρος . . . ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν· τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος; *Eusebius Caesariensis* Chronicon (*ad annum Neronis* XIIII) 'primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in christianos facit, in qua Petrus et Paulus gloriose Romae occubuerunt' (*ita Hieronymus, adsentiente interpretatione Armenia*): H. E. ii 25 Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι καὶ Πέτρον ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτόν [*sc.* Νέρωνα] ἱστοροῦνται· καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις [*citat Gaium de sepulchris apostolorum testem*] . . . ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν [*citat Dionysium, uide supra*].

(2) *passionum Petri et Pauli traditiones apocryphae separatim traduntur: nimirum unius cuiuslibet apostoli historia maioris erat pretii quam ut temere cum altera commisceretur. actorum Pauli fragmenta adhuc reperta* (*uide C. Schmidt* Acta Pauli, *Lipsiae* A. D. 1904) *nusquam Petrum inducunt; et quamquam quod laudat Origenes* in Ioannem tom XX (*ad Io* viii 40: *ed. Brooke* ii 51) τὸ ἐν ταῖς Παύλου Πράξεσιν ἀναγεγραμμένον ὡς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον Ἄνωθεν μέλλω σταυροῦσθαι *non potest non ad notam de Petri fuga historiam pertinere, tamen* Passio

Pauli *graece adseruata* (*ed. R. A. Lipsius* Acta apostolorum apocrypha i, *Lipsiae* A.D. 1891, *pp* 104–117), *quae et ipsa ex Actis Pauli uidetur fluxisse, mortem Pauli narrat, Petri tacet. acta Petri* (*quae Vercellensia uocant: ed. R. A. Lipsius*, op cit, *pp* 45–103) *Paulum Romae praedicantem et ad Hispaniam proficiscentem repraesentant, postea absente Paulo Petrum de Palestina Romam uenientem, cum Simone disputantem, miracula ostendentem, denique sub Nerone martyrem. liber uterque secundo post Christum saeculo, et ut conicere licet intra ecclesiam catholicam, compositus est: de actis Pauli refert Tertullianus* de baptismo 17 'in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo cumulans conuictum atque confessum id se amore Pauli fecisse loco decessisse': *acta Petri agnoscit qui canonem Muratorianum circa* A. D. 200 *confecit*, passionem *enim* Petri *et* profectionem Pauli ab Vrbe *ita connectit ut res duas in uno uolumine descriptas inuenisse uideatur.*

*de alio libro apocrypho testis est pseudo-Cyprianus* de rebaptismate 17 (*ed. Hartel* iii 90) 'ab eisdem ipsis hereticis . . . confictus liber qui inscribitur PAVLLI PRAEDICATIO, in quo libro . . . inuenies . . . Petrum et Paulum post conlationem euangelii in Hierusalem et mutuam cogitationem et altercationem et rerum agendarum dispositionem postremo in Vrbe quasi tunc primum inuicem sibi esse cognitos.' *quem librum spectat fortasse et Lactantius* diuinae institutiones iv 21 (*ed. Brandt p* 367) 'Petrus et Paulus Romae praedicauerunt, et ea praedicatio in memoriam scripta permansit.' *de passione tamen Petri et Pauli in eo libro esse narratum nemo nobis diserte tradidit.*

*saeculo quarto, inter ferias quas ecclesia Romana quotannis celebrabat, apostolorum memorias coniungit catalogus Liberianus* (A. D. 354, *uel potius* 336: *ed. Mommsen*, Mon. Germ. Hist. Chronica Minora I i 71) 'mense Iunio: iii kal. Iul. Petri in Catacumbas et Pauli Ostense Tusco et Basso cons.' [*sc.* A. D. 258]. *quae notitia uix dubium est quominus ita emendari debeat* 'iii kal. Iul. Petri in Vaticano et Pauli Ostense; utriusque in Catacumbas Tusco et Basso cons.', *collatis et martyrologio Hieronymiano* (*ed. de Rossi et Duchesne, p* 84) *et uersibus quos* ad Catacumbas (*scilicet ad coemeterium in Via Appiana*) *inscripsit Damasus papa* (*ed. Ihm, p* 31)

hic habitasse prius sanctos cognoscere debes,
nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.

*unde iure colliges anno* 258 (*Valeriano in fidem christianam et praecipue in coemeteria saeuiente*), *mensis Iunii die* xxix^mo^, *apostolorum reliquias e Vaticano et e uia Ostiensi in tutiorem locum ad tempus esse translatas. cuius translationis dies anniuersarius, inde a pace restituta, tamquam commune amborum apostolorum festum celebrabatur. neque opus est dicere quam facile tali festo aptari potuerit commemoratio rerum quae temporibus apostolorum gestae sunt: sic* a. d. iii kal. Iul. *dies passionis Petri et Pauli haberi coepit; sic* a. d. viii kal. Feb., *qui apud martyrologium Hieronymianum* Romae translatio Pauli apostoli *nominatur, apud recentiores conuersionis eius dies factus est.*

*at si dies passionis Petri et Pauli unus et idem fuit, quomodo passiones eorum separatim traditae sunt? in angustia igitur constitutis qui calendarium et acta inter se repugnantia conciliare temptabant, bipartito euenit exitus: aut enim diem passionis unum annos diuersos fuisse persuasum est, aut actis diuersa tradentibus tempora fides omnino recusata est uelut hereticis.*

(3) *unum diem, diuersos tamen annos, ponunt Prudentius, sacramentarium Leonianum, Arator. Prudentius* (*qui Romam circa annum* 400 *uisitabat et festum apostolorum cum Romanis consociabat*) Peristephanon xii: Passio Petri et Pauli 5, 21

'unus utrumque dies, pleno tamen innouatus anno,
uidit superba morte laureatum . . .
ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni
diemque eundem sol reduxit ortus.'

*sacramentarium Leonianum* (*ed. Muratori* 344, *ed. Feltoe p* 49) *ad finem praefationis missae* xxvi *in natale apostolorum Petri et Pauli* 'sic dispensatione diuersa unam Christi familiam congregantes, tempore licet discreto, recurrens una dies in aeternum et una corona sociauit' (*confer similia de SS. Cornelio et Cypriano, Muratori* 405, *Feltoe p* 105: *quod neque hoc neque illud in sacramentario Gelasiano reperitur, non est cur mireris; 'praefationes' enim apud Gelasianum penitus desunt missis de festis sanctorum*). *Arator* historia apostolica (*qui liber praesente papa Vigilio Romae magno cum plausu publice recitatus est anno* 544) ii *ad fin* (*ed. de la Bigne p* 700)

'non eadem, tamen una dies; annique uoluto
tempore sacrauit repetitam passio lucem,
et tenet aeternam socialis gloria palmam.'

(4) *apostolos eodem die eodem anno passos adfirmant catalogus Liberianus, decretum Damasianum, Hieronymus, et actorum Petri et Pauli editio retractata. catalogus Liberianus* (*ed. Mommsen p* 73) 'Petrus . . . passus autem cum Paulo die iii kal: Iulias . . . imperante Nerone.' *decretum Damasianum anno* 382 (*quod imitatur interpretatio canonum Isidoriana*), *uide p* 157 *supra. Hieronymus* de Viris Illustribus (A. D. 392) 5 'Paulus . . . hic ergo quarto decimo Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romae pro Christo capite truncatur, sepultusque est in uia Ostiensi.' *acta Petri et Pauli coagmentata* (*uide quae et graece et latine edidit Lipsius* op cit *pp* 118–222) *longam coram Nerone Simonis et apostolorum disputationem exponunt, Simonis in aere uolatum, Petri aduersus eum in nomine dei factam adiurationem, Simonis casum, imperatoris sententiam in ambos apostolos simul prolatam, ea tamen ratione ut Paulus christianus capite plecteretur, Petrus et christianus et homicida* (*quippe qui mortis Simonis reus esset*) *cruci figeretur.*

P 158 col b l 65 cui [*sc* Marco] uenerabilis successit Abilius }
l 71 [Petrus] Ignatium episcopum constituit } *has clausulas, quibus caret decretum Damasianum, ex ecclesiastica historia Rufini ut uidetur mutuatus est 'Isidorus' noster: confer Rufinum* H. E. iii *tit* 13 (*ed. Mommsen-Schwartz p* 183) 'Quod Alexandrinae ciuitati secundus Abilius praefuit'; ib *tit* 22 'Quod Antiochiae secundus Ignatius'; ib *cap* 36 (*p* 275) 'Ignatius apud Antiochiam post Petrum secunda successione episcopatum sortitus.' [*adde quod Ignatium, martyrem celebrem, epistolarum notum auctorem, apostolicum uirum, apostolorum aequalem faciebat quarti et quinti saeculi traditio: ut Chrysostomus* Homilia in Ignatium (*ed. Bened.*

ii 597) ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην Πέτρου, καὶ πέμπτον ἐξ αὐτοῦ στέφανον εἶδον πλεκόμενον· οὗτος δέ ἐστι τὸ μετ' ἐκεῖνον τοῦτον [*scilicet Ignatium*] διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν, *et Theodoretus* epist. 151 (*ed. Schulze* iv 1312) Ἰγνάτιος ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τὴν ἀρχιερωσύνην δεξάμενος.] *at Rufinus, cum Eusebium hoc modo latine uerteret, non ignorabat neque Abilium Marco euangelistae neque Petro apostolo Ignatium sine interuallo successisse*: *uide* H. E. ii *tit* 24 (*p* 101) 'Quod post Marcum primus episcopus Alexandrinae ecclesiae ordinatus sit Annianus,' iii *cap* 22 (*p* 237) 'sed et apud Antiochiam Euodius primus fuerat et secundus Ignatius.'

*ex eo orta est discrepantia quod Eusebius et Rufinus, antiquorum consuetudinem secuti, apostolos seu euangelistas ecclesiarum fundatores catalogo episcopali non adnumerarunt, noster autem secundum morem qui apud latinos indies inualescebat Petrum primum Antiochiae episcopum supputauit, Marcum Alexandriae, ita ut qui* Alexandrinae ciuitati secundus praefuit *Abilium necesse esset Marco successisse, qui* post Petrum Antiochiae secundus *fuit Ignatium proximum a Petro episcopum esse constitutum.*

*Indicem eorum qui uel hac uel illa supputandi ratione usi sunt operae fortasse pretium erit subiungere.*

(1) *qui apostolos ex episcoporum catalogis excludunt:*

*Irenaeus* adu. Haer. III iii 3 (*apud Eusebium* H. E. v 6, *ed. Schwartz p* 438): μετὰ τοῦτον δὲ [*scilicet post Anencletum secundum*] τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης... [*post Euarestum et Alexandrum*] εἶθ' οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Ξύστος· ... [*post Telesphorum Hyginum Pium Anicetum Soterem*] νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος. *de supputatione apud alios S. Irenaei locos* (I xxvii 1, III iv 3) *adhibita uide Lightfoot* S. Clement of Rome [A. D. 1890] i 204.

*Hippolytus* (*seu quicumque* Labyrinthum minorem *scripsit*) *apud Eus.* v 28 (*p* 500) μέχρι τῶν Βίκτορος χρόνων ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος.

*Origenes* Hom. vi in Lucam (*ed. Bened.* iii 938) 'Ignatium dico, episcopum Antiochiae post Petrum secundum.'

*Eusebius* H. E. iii 2 (*p* 188) τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν πρῶτος κληροῦται τὴν ἐπισκοπὴν Λίνος. ib iii 14 (*p* 228) τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν παροικίας ὁ πρῶτος Ἀννιανός ... διαδέχεται δὲ αὐτὸν δεύτερος Ἀβίλιος. ib iii 22 (*p* 236) τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Εὐοδίου πρώτου καταστάντος δεύτερος ... Ἰγνάτιος ἐγνωρίζετο.

*Concilium Antiochenum anno* 435 *sub Ioanne episcopo habitum* Epistola ad Proclum Constantinopolitanum (Concilia *ed. Labbe-Coleti* iv 531, *ed. Mansi* v 1186) 'magnum martyrem Ignatium qui secundus post Petrum apostolorum primum Antiochenae sedis ordinauit ecclesiam.'

*Seuerus Monophysita, patriarcha Antiochenus*, aduersus Ioannem grammaticum (*ex interpretatione syriaca codicis Brit. Mus. Add.* 12157 *fol* 200 *b*: *uide Lightfoot* S. Clement of Rome i 183) 'Of Clement, the third bishop of Rome after the apostles, from the second epistle to the Corinthians.'

*his graecis testibus addendi sunt e latinis nonnisi hi;*

*Pseudo-Tertullianus* Carmen aduersus Marcionem iii 276

'hac cathedra, Petrus qua sederat ipse, locatum
maxima Roma Linum primum considere iussit ...
[*deinde post Cletum Anacletum Clementem Euaristum*]
sextus Alexander Sixto commendat ouile ...
[*deinde post Telesphorum*]
constabat pietate uigens ecclesia Romae
composita a Petro, cuius successor et ipse
iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus.'

*Hieronymus Eusebii* Chronicon *interpretans, sub annis Claudii* IIII 'primus Antiochiae episcopus ordinatur Euodius,' *Vespasiani* I 'Antiochiae secundus episcopus ordinatur Ignatius': *item sub annis Neronis* VIII 'post Marcum euangelistam primus Alexandrinae ecclesiae ordinatur episcopus Annianus,' *Domitiani* IIII 'secundus Alexandrinae ecclesiae constituitur episcopus Abilius.'

(2) *qui apostolos in episcoporum catalogo uidentur adnumerare:*

*Cyprianus* ep. lxxiv 2 (*ed. Hartel p* 801) 'Marcion ... cuius magister Cerdon sub Hygino episcopo qui in Vrbe nonus fuit Romam uenit.' *si genuinum episcoporum Romanorum catalogum nouit S. Cyprianus, beatum Petrum apostolum opus est catalogo addere, ut Hyginus nonus fiat episcopus: sin cum ps-Tertulliano et Cletum et Anacletum in catalogum iam receperat, fit nonus post Petrum, id est sine Petri additamento, Hyginus.*

*catalogus Liberianus anni* 354 (*Mommsen p* 73) 'post ascensum [Iesu Christi] beatissimus Petrus episcopatum suscepit. ex quo tempore per successionem dispositum quis episcopus quot annis prefuit uel quo imperante.'

*Optatus* ii 2 3 (*ed. Ziwsa p* 36) 'in Vrbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse conlatam ... ergo cathedram unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus.'

*Hieronymus* de Viris Illustribus 15 'Clemens ... quartus post Petrum Romae episcopus, siquidem secundus Linus fuit, tertius Anencletus': 16 'Ignatius Antiochenae ecclesiae tertius post Petrum apostolum episcopus.'

*his accedit e graecis Socrates* H. E. vi 8 Ἰγνάτιος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος.

*putant nonnulli in animo fuisse eis, qui hanc supputandi rationem introducebant, Romani pontificis auctoritatem amplificare. considerandum tamen est utrum ab eo loquendi modo potius fluxerit quo dici potuit apud latinos* secundus post [Petrum], *ubi nos hodie dicimus* primus post [Petrum]: *confer Hieronymum iam supra laudatum, et in catalogo persecutorum tum Gregorium Turonensem* Hist. Franc. i 25, 26, 27 (*ed. Arndt pp* 45, 46) 'Nero ... primus contra Christi cultum persecutionem excitat ... Domicianus autem secundus post Neronem in christianis saeuit ... tertius post Neronem persecutionem in christianos Traianus mouet,' *tum Paulum Orosium* Hist. vii 7 (*ed. Zangemeister p* 454) '[Nero] primus Romae christianos suppliciis et mortibus affecit,' 10 (*p* 464) 'Domitianus ... persecutionem in christianos agi secundus a Nerone imperauit,' 12 (*p* 465) 'Traianus ... in persequendis sane christianis errore deceptus tertius a Nerone.' *qui igitur Ignatium* 'secundum post Petrum' *episcopum legerant, credere poterant eum nullo interposito proximum Petro fuisse.*

P 196 col a. *Quae e Dion* II *mutuatus est* K², *haec fere sunt.*

*ad can* V *Gall* (*p* 196) *l* 31 horum omnium (= *Dion* VI 4 *p* 260): *l* 32 parilis (= VI 5): *ll* 34–36 prouincias sua * * * * * * seruentur ecclesiis (= VI 7 8): *l* 44 aut tres (= VI 17).

*ad can* VI *Gall* (*p* 200) *tit* De episcopo Heliae id est Hierosolimorum (= *Dion* VII *tit*, *p* 261): *l* 1 optenuit (= VII 1): *l* 3 episcopus (= VII 2).

*ad can* VII *Gall* (*p* 202) *l* 2 id [est] mundos (= *Dion* VIII 2, *p* 262): *l* 32 prorsus esse uideatur (= VIII 32).

*ad can* X *Gall* (*p* 212) *l* 5 tyrannide Licini (= *Dion* XI 5, *p* 265): *l* 8 beniuolentiam commodari (= XI 7): *l* 10 fediles inter audientes habeantur et sex annis omni se con(tri)cione deiciant (= XI 10): *l* 15 impetum monstraberunt (= *Dion* XII 2, *p* 265): *l* 16 militiae cingolum (= XII 3): *l* 19 militiam repetisse (*cf* XII 7): *l* 20 hi (= XII 7): *l* 20 in afflictione (= XII 9).

*ad can* XII *Gall* (*p* 220) *l* 1 lapsis (= *Dion* XIIII *tit*, *p* 268): *l* 3 sint inter audientes tantummodo post haec autem (= XIIII 2).

*ad can* XIIII *Gall* (*p* 224) *tit* Quicumque temere ac pericolosae neque (= *Dion* XVI 1, *p* 269): *l* 1 dei (= XVI 2).

P 234 col b  Paulonite heretici qui modo et Fotiniani dicuntur (*Gall-Hisp*)
P 235 col a  Paulianistae qui sunt Fotiniaci (*Ruf*)
col b  De Paulianistis quos [homines] homuncionitas uocant (*Isid*)
De Paulianistis qui se Catharos id est mundos uocant (*Isid* **F**)
*Gr* Περὶ τῶν Παυλιανισάντων

*quod sylloge* **F** *Paulianistas et Nouatianos* (*uide can* VIII *ll* 1 2, *pp* 201 203 *supra*) *in unum commiscet, id merum est* σφάλμα *indocti alicuius librarii, neque eius generis est ut amplius indagari mereatur. longe aliud autem est quod interpretes canonum nonnulli Paulianistarum heresim, tamquam latinis suis non satis cognitam, uel comparatione cum Photinianis facta uel addito ad definiendum* Homuncionitae *nomine enucleant; quibus conferendi sunt nonnulli eiusdem aeui* (350–450 A. D.) *scriptores, scilicet*

*Lucifer Calaritanus* de non conueniendo cum hereticis 9 (*ed. Hartel p* 18) 'Paullus Samosatenus Photini magister.' de non parcendo in Deum delinquentibus 18 (*ib p* 247) 'etiam Photinus hominem tantum profitetur Dei filium . . . quid interesse arbitraris inter te [*sc* Constantium imperatorem] et Paulum Samosatenum uel istum eius discipulum.'

*Philastrius Brixiensis* de haeresibus lxiv lxv 'Paulus quidam fuit Samosatenus . . . Photinus doctrinam eius secutus in omnibus similiter praedicabat.'

*Hieronymus* in Galatas i 1 (*ed. Vallarsi* vii 375 C) 'si Christum fateatur hominem, Ebion Photinusque subrepunt': i 11 (*ib* 385 E) 'ex hoc loco Ebionis et Photini dogma conteritur—quod Deus sit Christus et non tantum homo.' in Ephesios iv 10 (*ib* 614 C) 'hic locus aduersum Ebionem et Fotinum uel maxime facit; si enim ipse est ascendens in caelos qui de caelis ante descenderat, quomodo dominus noster Iesus Christus non ante Mariam est sed post Mariam?'

*actorum Archelai supplementum, Romae ut uidetur uergente saeculo quarto scriptum* (*ed. L. Traube* Sitzungsberichte der k. bayer. Akademie der Wissenschaften, A. D. 1903, iv 545) 'aliae rursum multae diuersae hereses ebullierunt, quae diuinitatem Christi negantes tantummodo confitentur humanitatem eius ex Maria: ex quibus est Cerinthus Ebion et nunc Fotinus qui eorum heresim instaurauit.'

*Augustinus* de haeresibus ad QuodAnd Quoduultdeum xliv 'Pauliani a Paulo Samosateno Christum non semper fuisse dicunt, sed eius initium ex quo de Maria natus est adseuerant, nec eum aliquid amplius quam hominem putant. ista haeresis aliquando cuiusdam Artemonis fuit: sed cum defecisset, instaurata est a Paulo, et postea sic a Photino confirmata ut Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur. istos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica Nicaeno concilio constitutum est: unde credendum est eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi haeretici cum de catholica discederent abstulerunt eamque custodiunt.' *confer etiam cap* xlv.

*Praedestinatus* de haeresibus xliv xlv (*totus fere pendet ab Augustino*) 'siue ergo Artemonianos audias siue Paulianos siue Photinianos, unum scias.'

*Marius Mercator* de XII anathematismo Nestoriano §§ 19, 20 (Opera *ed. Garnier, Parisiis*, A. D. 1673, ii 128) 'differentia itaque inter Samosatenum et Photinum ista sola est . . . Photinum Romana ecclesia et participes huiusmodi prauitatis Homuncionitas nominat.'

*Concilii Arelatensis* II *canon* xvi ('Fotiniacos siue Paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportere') *ab ipso canone Nicaeno deriuatur.*

P 235 col b De Paulianistis [et] Catafrigis rebaptizandis **Sp.**

*Syllogen Hispanam Catafrigas siue Montanistas Paulianistis adnumerare ex eo fortasse pendet quod auctori eius sylloges in mentem uenerat cum canone nostro componere canonem Laodicenum* VIII 'De Catafrigis ad ecclesiam uenientibus. Eos qui conuertuntur ab haeresi quae dicitur secundum Frigas, seque in clero constitutos aestimant, quamuis magni dicantur, huiusmodi cum omni diligentia catechizari oportet et baptizari ab ecclesiae catholicae episcopis et presbyteris.'

*de baptismate Catafrigis impertiendo praeter canonem Laodicenum laudandi sunt S. Basilius* ep. 188 (Canonica prima) § 1 τὸ δὲ τῶν Πεπουζηνῶν οὐδένα μοι λόγον ἔχειν δοκεῖ· καὶ ἐθαύμασα πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν Διονύσιον παρῆλθεν . . . τίνα οὖν λόγον ἔχει τὸ τούτων βάπτισμα ἐγκριθῆναι τῶν βαπτιζόντων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν; οὐ γὰρ ἐβαπτίσθησαν οἱ εἰς τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν βαπτισθέντες, *necnon concilii Constantinopolitani anni* 381 *canon quod fertur septimus* (*latinis prorsus ignotus*), *ubi haereses in duas classes distinguuntur, alteram quarum baptisma recipitur, scilicet Arianorum Macedonianorum Nouatianorum Quartodecimanorum Apollinaristarum, alteram quarum baptisma reicitur, scilicet* Εὐνομιανοὺς τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς ἐνταῦθα λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν διδάσκοντας.

# CONCILIVM NICAENVM

## CAPITVLA SYMBOLVM PRAEFATIO CANONES

### IX

### INTERPRETATIO DIONYSII EXIGVI PRIMA

SYLLOGEN Q INTERPRETATIONIS ISIDORI AD GRAECAM VERITATEM EMENDANS

*cf pp* 274 *seqq*

C **Codex Corbeiensis nunc Parisinus** lat. 12097: saec. vi: nonnulla de Gall-Hisp mutuatur [fol. 225 *a*

Æ **Codex Morbacensis nunc Gothanus** I 75: saec. vii: nonnulla de Isidoro mutuatur [fol. 113 *b*

M **Codex Moguntiensis nunc Vaticanus Palatinus** 577: saec. viii exeunt. [foll. 17 *b*, 24 *b*

B **Codex Bobiensis nunc Mediolanensis** Ambros. S 33 sup: saec. ix exeunt.: commixtum cum Dion II textum praebet; correctorum lectiones neglexi [foll. 14 *b*, 33 *a*

*Hanc interpretationem primus edidi. et pauca et parui momenti sunt de quibus discrepat a Dion* II *haec prior eiusdem auctoris interpretatio*

### X

### INTERPRETATIO DIONYSII EXIGVI ALTERA

Λ **Codex Lugdunensis, postea collegii Claromontani Parisini, nunc Petropolitanus** F II 3: codex ad caput cuiusque paginae male exustus est; lacunas sigillis ⌜ ⌝ significaui: saec. vii [foll. 5 *b*, 42 *b*

**Codex Tolosanus** (origine ut uidetur Albigensis) olim coenobii Augustiniani nunc bibliothecae publicae 364 (I 63): incipit a canone v l. 15: saec. vii [foll. 8 *a*, 2 *a*

A **Codex Albigensis** olim bibliothecae capitularis nunc publicae 2: codicem ex ipso codice T descriptum nonnisi deficiente T (scilicet usque ad canonem v l. 15) contuli: saec. ix exeunt. [fol. 16 *a*

*a* **Codex Andegauensis nunc Parisinus** lat. 3837: saec. ix ineunt. [foll. 2 *b*, 15 *b*

**Codex Christophori Justel nunc Oxoniensis Bodleianus** e Mus. 103: saec. x [foll. 2 *b*, 13 *a*

*l* **Codex apud Lombardos meridionales ut uidetur scriptus nunc Vaticanus** 5845: saec. viii [foll. 1 *b*, 10 *b*

*m* **Codex Colbertinus nunc Parisinus** lat. 3845 (habita etiam ratione codicis gemelli Colbertini nunc Parisini lat. 1536, saec. x, fol. 49 *a*, ita fere ut laudentur nonnisi ea quae apud utrumque inueniuntur): saec. x [fol. 10 *a*

*p* **Codex Vaticanus Palatinus** 485: saec. ix [fol. 64 *a*

*s* **Codex olim basilicae S. Crucis Sessorianus** lxiii **nunc bibliothecae Victoris Emmanuelis** 2102: saec. viii exeunt. [fol. 9 *b*

K² nonnulla quae e Dion II ad canones vi vii xi xii xvi hausit manus altera (sed fere aequalis) codicis K (uide interpretationem Gallicam, p 196, et cf p 248): saec. vii

H **Consensus codicum sylloges ab Hadriano papa ad Carolum magnum anno 774 missae**; scilicet

- α **codex Augiensis postea Sanblasianus nunc coenobii S. Pauli apud Carinthios** 6 (34); saec. ix ineunt. [fol. 13 *a*
- γ **codex S. Germani de Pratis nunc Parisinus** lat. 11710: scriptus anno 805 [fol. 17 *a*
- δ **codex Bernensis** 89: saec. viii exeunt. [foll. 18 *b*, 38 *a*
- ζ **codex Wirceburgensis** bibliothecae olim capitularis nunc Vniversitatis mp. th. f. 3: saec. viii–ix [fol. 5 *a*
- κ **codex Coloniensis** bibliothecae capitularis cxvi: saec. ix ineunt. [fol. 6 *b*
- λ **codex Coloniensis** bibliothecae capitularis cxv: scriptus ante annum 819 [foll. 3 *a*, 25 *a*

Cr **Cresconii Breuiarium Canonicum**, consentientibus Cr-w et Cr-ed:

- Cr-w **codex Wirceburgensis nunc Oxoniensis Bodleianus** laud. misc. 436: saec. ix ineunt.
- Cr-ed **editio a Christophoro Justel curata** (*Bibliotheca Iuris Canonici Veteris* I app. p xxxiii, Lutetiae A.D. 1661: Migne *Patr. Lat.* lxxxviii 829)

citantur a Cresconio omnes canones excepto tantum canone vii

*Edidit secundum syllogen Hadriani papae Ioannes Wendelstinus* Canones Apostolorum: Veterum Conciliorum Constitutiones: Decreta Pontificum Antiquiora (*Moguntiae* A.D. 1525) *fol.* 9, *quam editionem repetiuit Fr. Pithou* Codex Canonum Vetus Ecclesiae Romanae (*Lutetiae Parisiorum* A. D. 1609) *p* 1: *edidit e cod j Christophorus Justel primum in libro cui titulus* Codex Canonum Ecclesiasticorum Dionysii Exigui (*Lutetiae* A. D. 1628) *pp* 6 40, *deinde in libro publici iuris post mortem eius facto* Bibliotheca Iuris Canonici Veteris (*Lutetiae* A. D. 1661) I 103 116 = *Migne* P. L. lxvii 147: *uide etiam Labbe-Coleti* Concilia II 41, *Mansi* Concilia II 677

IX

**Interpretatio Dionysii Exigui prima**

INCIPIVNT CAPITVLA [CANONVM] NICENI CONCILII

I De his qui se ipsos abscidunt.

II De neophytis.

III Quae mulieres cum sacerdotibus commorentur.

IIII De ordinatione episcoporum.

V De excommunicatis.

VI De primatibus episcoporum.

VII De honore episcopi Heliae id est Hierusolimae.

VIII De his qui se Catharos id est mundos appellant.

---

ÆM *Capitula om* C: *quae praebet* B *ea iterum cum ipsis canonibus inueniuntur, unde non hic quoque imprimenda curaui: quae secundum* ÆM *typis mandaui, interpretationes Attici et Caeciliani redolent, cf p* 112 *ff; persuasum tamen habui ea genuinum Dionysii textum praebere: confer etiam titulos quos canonibus singulis praemittit cod* B, *e.g. cann* ii (*p* 256), iii (*p* 257), vii (*p* 261), xiii (*p* 267), xviiii (*p* 272)
CANONVM B: *om* Æ M, *sed confer titulos capitulis alibi praepositos* (*e.g. p* 2 *col a* INCIPIVNT CAPITVLA CANONVM APOSTOLORVM) CONCILII: + NVMERO XX. IN PRIMIS EXPOSITIO CATHOLICAE FIDEI CCCXVIII (CCCXVIII *in ras*) PATRVM B
I se ipso Æ*
II neofitis Æ (*sed cf can* ii *l* 16 *p* 257)
VII Hierosolimae Æ
VIII Catharus M papellant M

---

*In rebus orthographicis codd* C Æ M *contuli, textum nonnisi habita interpretationis Dion* II *ratione constitui*

X

**Interpretatio Dionysii Exigui altera**

INCIPIVNT TITVLI CANONVM NICHENI CONCIL⌈II [NVMERO] XX⌉

I De eunuchis et qui se ipsos absciderunt.

II De his qui ex gentilibus post baptisma ad clericatus ordinem promouentur.

III De subintroductis mulieribus.

IIII De his qui ad episcopatum in prouinciis prouehuntur.

V De excommunicatis.

VI De priuilegiis quae quibusdam ciuitatibus conpetunt.

VII De episcopo Heliae id est Hierosolymorum.

VIII De his qui dicuntur Catharoe id est mundi.

---

Λ *a j l m s* *α δ ζ λ*

*Titulos omittunt* A *p κ, diuersos habet γ*
* * CIP * TITVLI CANONV̄ NICHENAE CONCIL * Λ
INCIP̄ *l* TITVLI: *om l* CANONVM: CANON *l*; *om δ* CONCILII: *om a* NVMERO: *om* (Λ) *l m a* XX: *om a*
I et: *om a δ* se ipso *l* abscidunt *a*
II gentibus *a δ* baptismū Λ ordine *m δ*
IIII in: de *l*
VI quibusdam: quidam *a* competant *a**
VIII cathari Λ *a* catarte (catharte) *m*

---

*In orthographicis rationem habui codicum* Λ T *l*, Λ *l ita ut dissentientibus inter se illis eam lectionem plerumque secutus sim quae cum textu interpretationis Dion* I *nostro cohaereat*
NICAENI *l* XX: VIGINTI *l*
IIII prouehuntus Λ
VI priuigeliis Λ compaetunt *l*
VII hyerusolimorum *a* hierusolimorum *m*
VIII cataroae *a* catheree *l* catharoae *δ* catheroe *ζ*

### IX (Dionysii I)

VIIII De his qui ad sacerdotium sine examine promouentur.

X De his qui in persecutionibus negauerunt et postmodum ad clericatum promoti sunt.

XI De his qui praeter necessitatem aliquam negauerunt.

XII De his qui renuntiauerunt et iterum ad saeculum sunt regressi.

XIII De his qui in obitu positi communionem deposcunt.

XIIII De cathecuminis lapsis.

XV Quod non oporteat demigrari.

XVI De his qui in quibus promoti sunt ecclesiis non morantur.

XVII De clericis qui usuras accipiunt.

XVIII De priuilegiis presbiterorum.

XVIIII De his qui ab errore Pauli Samosateni refugiunt et de diaconissis.

XX De flectendo genu.

EXPLICIT

---

VIIII **his** Æ : nihil M  promobuntur Æ
X **postmodum** : post Æ
XI **praeter** : propter Æ  **aliquam** : aliquid Æ
XII **renuntiauerunt** : + ei M  **regressi** : conuersi Æ
XIII **in obitu** M : in obitum Æ
XIIII cathecumenis Æ²
XVI promiti M*  **sunt** : + de M (*fortasse pro* Dei)  aecclesiis M
XVIII praesbiterorum M
XVIIII paulis amosateni Æ M  **et de diaconissis** M : et dicones Æ
XX flectentendo M  genua Æ
EXPLICIT : + CAPITVLA Æ

---

### X (Dionysii II)

VIIII De his qui ad honorem praesbyterii sine examine prouecti sunt. ¶ *fol* 5 *b*

⌜X De his qui in persecutionibus negauerunt et postmodum in clero promoti sunt.

XI De laicis qui n⌝egauer⌜unt. § *fol* 3 *a* Λ

XII De his⌝ qui abrenuntiauer⌜unt et iterum ad⌝ saeculum sunt regressi.

XIII De his qui communionem tempore mor⌜tis⌝ exposcunt.

XIIII De cathecuminis lapsis.

XV Quod non oporteat demigrari.

XVI De his qui in ecclesiis in quibus prouecti sunt minime perdurarunt.

XVII De clericis usuras accipientibus.

XVIII De priuilegiis praesbyterorum.

XVIIII De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam ueniunt.

XX De flectendo genu.

---

VIIII prisbiteri Λ  examinatione δ exam*ine* Λ *a j l m s* λ *in ras*  profecti Λ  *a* δ ζ λ
X persecutione *a*
XII renunciauerunt (= *Dion* I) *a*
XIII communione *a l*
XV **oporteat** : + in ecclesiis *a*
XVI **in 2°** : *om a*  profecti Λ  perdurauerunt *s a* ζ λ (**H** ?)
XVII usuris λ
XX genua δ ζ λ (**H** ?)

---

VIIII prisbiteri Λ presbiterii *l*  profecti Λ  Λ *l*
XII abrenunciauer. Λ (*a*)  saecolum Λ
XIIII catecuminis Λ catheminis *l*  labsis Λ
XV demegrari Λ
XVI aecclesiis *l*  profecti Λ
XVIII prbrum Λ presbiterorum *l*
XVIIII samosetheno Λ samosatheno *l** *m* samosathino *l*² samosteno δ  aecclesiam *l*
XX ienu *m*

## IX (Dionysii I)

[ INCIPIT PRAEFATIO
NICAENI CONCILII

In qua fuerunt episcopi numero cccxviii consolatu Constantini Agusti et Licini scribta et missa ad Siluestrum orbis Romae episcopum]

---

C *Quae in uncinis quadratis includuntur, ea habet* C: INCIPIT CANON NICENI (*tantum*) M: INCIPIVNT CANONES NICENI CONCILII NVMERO XX PRAEFATIO EIVSDEM CONCILII (*quam praefationem inuenies p* 254) B: INCIPIT PRAEFATIO Cum conuenisset sanctum et magnum concilium Niceam, statuta sunt ab eis haec quae infra scripta sunt; et placuit ut omnia quae statuta sunt ad episcopum urbis Romae Siluestrum mitterentur. facta est autem sinodus Nicaea Bitiniae consolatu Constantini Augusti et Licini (*cf Isid cod* V, *p* 173 *supra*) Æ

---

C 1. epī C   num̄ C   2. consolat̄ C   3. ag̅ C   scribt̄ C   miss̄ C   orb̄ C   4. rom̄ C   epm̄ C

## X (Dionysii II)

[⌜INCIPIT CONSTITVTIO ET FIDES
NICENI CONCILII
SVBDITIS CAPITVLIS SVIS

Facta est autem haec synodus apud Niceam Bithyniae,⌝consulatu Constantini Augusti § *fol* 43 *a* Λ
et Lic⌜ini, xiii⌝ kalendarum iuliarum, qui est apud graecos xviii dies mensis eorum secundum Alexandri dcxxxii. et placuit ut haec omnia mitterentur ad episcopum urbis Romae Siluestrum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium necnon et inuisibilium factorem :

---

*Quae in uncinis includuntur ea apud* Λ *p s* A **H** *tantum exstant* (*apud p tamen inuerso ordine*, *primo* Concilium sacrum, *deinde praefatio breuis* Facta est *cum symbolo*)   Λ *p s* A α γ δ ζ κ λ

INCIP̄ CONSTITVTIO *in ras* A (*corr m p*)   INCIPIT *usque ad* SVIS: *om* δ   INCIPIVNT κ   CONCILII: + CVM *s*   SVBDITIS CAPITVLIS SVIS: *om* A   SVIS: *om* α; + NVMERO XX ζ κ NVMERO VIGINTI *p*

2. consolatum Λ   Augustini A   3. kl iulīs A   **qui**: quae κ   4. die A ζ* κ   **mensis eorum**: mensis nouorum A, *sed cf p* 105 *supra; totam hanc praefatiunculam e sylloge* v (*uide apparatum criticum p* 105) *mutuati sunt codd nostri*   5. **secundum Alexandri** Λ A: anno Alexandri *s* secundum Alexandriam *p* **H**; *agitur de aera Alexandri, et fortasse legendum* secundus anno *cum p* 105   **dcxxxii** Λ A *s* (dcxxxiii *s**?): xxxi *p* **H**   6. **ut**: *om* A

*Inter praefationem et symbolum habet* Episcopi uero fuerunt de diuersis prouinciis numero CCCXVIII dicentes AM̄ (*sc* AMEN) A

*Haec symboli forma ex iis compaginata esse uidetur quae iam antea impressae sunt pp* 106 107 (II, *cum* III *uel* IV)

1. **Credimus**: *om* A   2. **necnon**: *om* A

---

1. nichiam λ nicheam *p*   2. bythiniae λ bithiniae *p s* δ   consolat. Λ   agusti Λ γ δ κ   3. licinii *p s*   4. grecus Λ   octauus decimus Λ octaua decima *s*   m̄sis α   5. sexcenti triginta et duo Λ sexcenti xxx et duo A   7. siluestrium Λ (*cf* S Z Υ *p* 173 *l* 6)   Λ

IX (**Dionysii** I)

---

X (**Dionysii** II)

et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, natum ex Patre unigenitum hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo lumen ex lumine Deum uerum ex Deo uero, natum non creatum, homousion hoc est eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt caelestia et terrena; qui propter nos homines et propter salutem nostram discendit et incarnatus est et homo factus passus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelum, uenturus inde iudicare uiuos et mortuos:

et [in] Spiritum sanctum. ¶ *fol* 43 *a* Λ

⌜Eos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat, et Priusquam nasceretur non erat, et quia [Ex] nullis subsistentibus factus est, aut Ex alia substantia uel essentia⌝ dicunt esse trepton, hoc est § *fol* 43 *b* Λ conuer⌜tibilem⌝ aut mutabilem Filium Dei; hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

---

4. **nostrum**: *om* γ* 5. ex patrem γ (A* ?) Λ *p s* A α γ δ ζ κ λ 6. *uni*genitum *in ras* A 7. **ex 1°**: de γ* 8. uerbum ? A* **creatum**: factum *a*² *in marg* 9. **est**: *om p** 10. substantia γ 11. **caelestia et terrena**: quae in caelo et quae in terra *s* **et**: *om* δ* terrestria δ 12. *tr* nostram salutem *p* γ 13. **discendit**: + de caelis *p* δ 14. **die**: + secundum scripturas δ 17. **in**: *om* Λ γ λ

18. Erant γ 20. **quia**: quod A qui *p** κ **ex** *p s a* ζ κ: *om* A γ δ λ 22. **uel essentia**: *om s** **esse**: esset γ λ; *om p* conuertibile γ 23. **aut mutabilem**: atque mutabilem *s*; *om* δ* 24. **hos**: hoc γ δ* λ

---

9. **homousion** Λ (homoosion ? Λ) ζ² κ: omousion A *p s a* homousyon γ homysion δ usion ζ* homusion λ Λ 11. terna ζ* 14. pausus ζ 16. mortuus Λ

20. subsistantibus κ 22. epititon Λ epetiton *s* epesiton A θρεπτον *a* 24. annathematezat Λ

## IX (Dionysii I)

Concilium sacrum uenerandi culmina iuris
condidit et nobis congrua frena dedit,
ut bene fundatus iusto moderamine possit
intemerata gerens clericus ordo regi:
pontifices summi ueterum praecepta sequentes
planius haec monitis exposuere suis.
hinc fidei nostrae se pandit semita, et omnes
errorum damnant dogmata sancta uias.
quisque Dei famulus fuerit Christique sacerdos,
hoc sale conditus dulcia mella fluet.

[EXPLICIT PRAEFATIO]

---

C M B *Praefationem metricam om* Æ

2. condedit C  et: + haec C  5. pontificis M  8. damnunt M  10. conditos *ut uid* C*

EXPLICIT PRAEFATIO C: *om* M B. *quae in* B *sequuntur* (*scilicet symbolum et praefatio breuis*), *inuenies supra pp* 105 107 109

---

## X (Dionysii II)

INCIPIT PRAEFATIO SANCTI CONCILII

Concilium sacrum uenerandi culmina iuris
condedit et nobis congrua frena dedit,
ut bene fundatus iusto moderamine possit
intaemerata gerens clericus ordo regi:
pontifices summi ueterum praecepta sequentes
planius haec monitis exposuere suis.
hinc fidei nostrae se pandit semita, et omnes
errorum damnant dogmata sancta uias.
quisque Dei famulus fuerit Christique sacerdos,
hoc sale conditus dulcia mella fluit.]

---

*Praefationem metricam symbolo praeponit p*: *de* A *uide p* 170 *supra* Λ *p s* / *a* γ δ ζ κ λ

INCIPIT PRE * * * * * * * * * CONCILII ζ  INCIPIVNT κ  SANCTI: SS̄TI *s* S̄S̄ λ  SC̄S κ (*sc* SVPRASCRIPTI)  CONCILII: CONCILIO δ*; + NICENI *a* δ

1. concilii κ  culmina: culmini γ* δ* λ culmine γ² ζ*  iur*is* ζ *in ras*  3. fundatis κ  7. pandet Λ  8. sancta: *in ras* δ  9. quisquis Λ  sacerdo*s* δ *in ras*  10. hoc: *om p**  melli *p** fuit Λ* (*corr m p*) fluet *s*

*Titulum canonibus praemittunt* INCIPIT CONCILIVM NICENVM *a*  INCIPIVNT CANONES NICAENI CONCILII XX *jm*  INCIPIT CANON NICENI CONCILII XX *l*  INCIPIT CANON PRIMVS A INCIP̄ CANONES EIVSD̄ CONCILII *a*  *Nihil habent* Λ *s* § *a j l m*

---

4. clericos Λ(δ*?) λ  5. pontificis γ δ*  7. Λ pandet Λ  8. docmata *p*

### IX (**Dionysii I**)

De eunuchis et qui se ipsos abscidunt.

Si quis a medicis per languorem desectus est aut abscisus a barbaris, hic in clero permaneat. si quis autem se sanus abscidit, hunc et in clero constitutum abstinere conueniet et deinceps nullum debere talium promoueri. sicut autem hoc claret quod de his qui rem hanc affectant audentque se ipsos abscidere dictum est; sic eos quos barbari aut domini castrauerunt, inueniuntur autem alias dignissimi, ad clerum regula tales admittit.

---

C Æ M B I *Tit om* Æ  absciderunt (= *Dion* II) B  1. d*e*sectus *in ras* B (directus? B*)  4. abscidat B*  5. conuenit Æ  6. **deinceps**: ex hoc (=*Isid p* 181 *col b l* 6 *supra*) Æ  nulla M  **debere**: *om* Æ  deberet alium M B* (*sed Gr* μηδένα τῶν τοιούτων)  7. **autem**: *om.* Æ  8. *tr* hanc rem M  9. **se ipsos**: semetips*os* (=*Dion* II) B *in ras* (semetipsum? B*)  10. **est**: sit (= *Dion* II) B  **quos**: qui C  12. **inueniuntur . . . dignissimi**: si probabiles uitae inueniuntur (*cf Isid ut supra l* 12) Æ  **alias . . . admittit**: conuersatione probabiles ordinari clerici possunt (= *Gall-Hisp p* 180 *supra*) C  13. **ad clerum . . . admittit**: tales ad clerum suscipit regula (= *Dion* II) B

---

C Æ M I 5. constitum Æ  9. adfectant Æ  11. domni C

### X (**Dionysii II**)

De eunuchis et qui se ipsos absciderunt.

Si quis a medicis per languorem desectus est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. si quis autem se sanus abscidit, hunc et in clero constitutum abstineri conueniet et deinceps nullum debere ¶ *fol* 43 *b* Λ
⌜talium promoueri. sicut autem hoc claret quod de his qui rem hanc affectant audentque semetipsos abscidere dictum sit; sic eos quos aut barbari aut domini castrau⌝erunt, § *fol* 44 *a* Λ
inueniuntur autem ali⌜as dignis⌝simi, tales ad clerum suscipit regula.

---

1 *Tit om* **Cr**  *Tituli in* κ *uix legi possunt*  *Hunc canonem praebet etiam codex Einsiedlensis* 205 *sylloges Paschasii Quesnel* (*noster* Δ) *fol.* 8 *a*, *uide p* 154 *supra*  1. per languore *m*  desec*tus Cr-w  2. **aut**: *om* κ  **a**: *om* A  3. permaneant γ  4. *tr* se autem λ  **se**: + ipsum $a^2$ (= *Isid* V **S Sp**)  sanum *p* **Cr** (*l** ?) abscidet γ  5. in clerum *m* A  **constitutum**: constituto γ iuxta constitum A  abstinere *a p* Cr-w (*uide Dion* I)  conueniat *a* (δ* ?) κ Cr-w conuenit A γ  6. deberet alium *l m a** γ δ* (*corr m p*) debere alium A (deberet Λ* debere $\Lambda^2$)  7. **sicut autem**: sit aut A  **hoc**: *om a*  8. **qui**: *om* γ  9. **audentque**: audeantque *s* Cr-w (*a* ut uid*) audent qui $a^2$ uel audent Cr-ed uel ausi sunt *p* ζ κ (*qui codices in posteriori huius canonis parte cum Isid concinunt, uide p* 181 *sup*)  **abscidere**: abstinere δ* λ*  11. **domini**: adñi *a* dominici? *j**  12. inueniunt autem alios A  **autem**: aut γ; *om l*  13. **suscipit**: suscipi *m* suscepit *j* l a** δ* Cr-ed

Λ *a j l m p s* A α γ δ ζ κ λ Cr-w

1. **Cr** *cap* xxiii

¶ *p* ζ κ

---

I 1. seipsus A  langorem A  2. abs|scisus *l* Λ *l*  4. sanūs *l*  5. absteneri A  7. prouemoueri A*

## IX (**Dionysii I**)

II De his qui ex gentilibus post baptismum mox adplicantur ad clerum.

Quoniam plura aut per necessitatem aut alias cogentibus hominibus aduersus ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex gentili uita nuper accedentes ad fidem et instructos breui temporis interuallo mox ad lauacrum spiritale perducerent, simulque ut baptizati sunt ad episcopatum uel presbiterium promouerent; optime placuit nihil tale de reliquo fieri. nam et tempore opus est ei qui cathecizatur, et post baptismum probatione quamplurima; manifesta est enim apostolica scriptura quae dicit NON

XVIIII *Tit om* Æ **a Paulo Samosateno**: ab errore Pauli Samusateni (*cf* M-*titt supra p* 251) B 3. **rebaptizentur** C Æ (*Gr* ἀναβαπτίζεσθαι) *cf l* 7 *infra*: baptizentur M B (= *Dion* II), *cf quae scripsi p* 33 *supra*, *in Addendis ad Cann Apost* xlv–xlvii omnismodis Æ 4. **quis** C Æ B, *cf Dion* II *et uide Addenda p* 150 *supra*: qui M 6. **et**: *om* Æ apparuerunt M 7. **rebaptizati** C Æ B (*Gr* ἀναβαπτισθέντες): baptizati M (= *Dion* II) *tr* ab episcopis aecclesiae catholicae ordinentur B 9. **eos**: *om* Æ 10. conuenit Æ conueni*et* B *in ras* 11. **autem**: *om* Æ et 2°: id Æ 12. regulam M 13. **meminimus**: minimas Æ

C Æ M 24. definitionis M obaedire Æ (obedire *fortasse* Æ²) 25. caesare M
XVIIII paulos amosatemo M aecclesiam *tit et* 1. M 2. defininitio M 4. preterito Æ 6. inreprehensibiles C M 8. aecclesiae M

## X (**Dionysii** II)

diaconis liceat; quia si hoc fiat praeter regulam et ordinem probatur exsistere. si quis autem etiam post has definitiones oboedire noluerit, a ministerio cessare debebit. § *fol* 49 *b* Λ

XVIIII De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam ueniunt.

De Paulianistis ad ecclesiam catholicam confugientibus definitio prolata est ut baptizentur omnimodis. si quis autem de his praeterito tempore in clero fuerunt, si quidem inmaculati et inreprachensibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae: quod si discussio incongruos eos inuenerit, abici tales conueniet. similiter autem et de diaconissis, et omnino de his qui sub regula uersantur, haec forma seruabitur. meminimus

21. diaconibus T **quia**: qua *j** 23. **quis**: qui γ* **autem**: *om* **Cr** 25. **ministerio**: minis *a** debit Λ
XVIIII *Tit om* T hiis ζ **a**: *om l* 1. **Cr** *cap* lv De Paulianis T De Paulinianistas *a** 2. fugientibus T probata Λ 3. baptizarentur λ* 4. **quis** Λ T *a l m* **H** Cr-w *cf* viiii 1 (*p* 264 *supra*) *et Dion* I: qui *j p s* a² γ* δ² λ² Cr-ed *tr* praeterito tempore de his *a* **his**: *om* γ* 5. **fuerunt** Λ T *a j l m* γ (= *Dion* I): fuerint *p s* **H** (– γ) **Cr** **quidem**: quem T* 6. in res prehensibiles δ* 8. **ecclesiae catholicae**: *om s* 9. **eos**: eps *ut uid* T* (*corr m p*); *om* **Cr** (*habet* Cr-w²) 10. conueniat *a** δ conuenit Cr-w 11. **de**: *om* T *a* γ **diaconissis et**: diacones si sit T diaconis suis et *l* omnimodo *l*

23. existere *l* 24. **has**: han T* (*corr m p*) definitionis *p** oboedere Λ* 25. **a**: ad T*
XVIIII samosetano Λ *s*² samusateno *l* samositano γ samosteno δ *tit et* 1. aecclesiam *l* 6. immaculati *l* inrepraehensibilis Λ inreprehensibilis T 7. ordenentur Λ 8. epso Λ aecclesiae *l* 11. diacanisis ζ omnimo δ*

## IX (**Dionysii** I)

minimus autem de diaconissis quae in eodem habitu esse probantur, quod non habeant aliquam manus inpositionem, et ideo modis omnibus eas inter laicos deputari.

XX De flectendo genu.

Quoniam sunt quidam in die dominico genu flectentes et in diebus pentecostes, ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto concilio stantes Domino uota persoluere.

14. de diaconissas Æ 18. **laicos** C M (*Gr* ἐν τοῖς λαικοῖς : *cf quae adnotaui p* 140 *col b*, *in not ad can* xviiii *l* 17) : laicas Æ laicas * * * * (? laicas laicos B*) B **deputari** : + deberi ( = *Gall-Hisp p* 238 *supra*) C

XX *Tit* De flectendo genu diebus domic̄ resur̄ C De flectendo genu ut stantes uota deo persoluant B : *om tit* Æ 2. genua Æ 5. **Domino** : deo B

EXPLICIT CONCILIVM (*sequitur symbolum secundum interpretationem Attici*, *uide p* 106 *supra*) C EXPLC̄ Æ EXPLICIT CANON NICAENI M ; *in* B *sequuntur nonnullae episcoporum subscriptiones*, *uide p* 36 *supra*

18. depotari C

XX 1. domīco C 3. pentecosten $M^{2}$ B, *cf s* δ* ζ *Dion* II : *uide quae disputaui supra p* 152, *in Addendis ad pp* 142, 143

## X (**Dionysii** II)

autem de diaconissis quae in eodem habitu esse probantur, quod non habeant aliquam manus inpositionem, et ideo modis omnibus eas inter laicos deputari.

XX De flectendo genu. ¶ *fol* 49 *b* Λ

⌜Quoniam sunt quidam in die dominico genu flectentes et in diebus pentecostes, ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur,⌝ pla- § *fol* 50 *a* Λ
cuit sancto concilio stantes Domino uota persoluere.

15. **habitu** : + dehonestae $\Lambda^{2}$ **probantur** : uidentur *l* 16. habent Cr-w* aliqua manus inpositione Λ **aliquam** (Λ) T *a j l m* (=*Dion* I *cum Gr* τινά) : *om p s* **H Cr** inpositionis T 17. **eas** : *om* Cr-w* 18. **laicos** Λ T $a^{2}$ (*ut uid*) *j s* **H** (– γ δ $\lambda^{2}$) **Cr** (=*Dion* I *et Gr*) : laicus *a** laicas *l m* γ δ $\lambda^{2}$ laicis *p* Λ T *a j l m p s* / *a* γ δ ζ κ λ / Cr-w

XX *Tit om* T **Cr** genua *p* 2. **genua** Λ *a* $\zeta^{*uel\,2}$ **Cr** **in** : *om* Cr-w **diebus** : die *l* δ 3. **in** : *om a* δ* 4. **obseruentur** : conseruentur *m* 5. **sancto** : + et magno δ **Domino** : die dominico **Cr** **Cr** *cap* cxxxviii § *j l m* **Cr**

EXPL̄ CANNONES (CAN̄ T CANŌ *s* : + SC̄I *s*) NICENI CONCILII Λ T *s* EXPLICIT *a* δ EXPLICIT (EXPLICIVNT ζ) CANONES ( + SC̄I CONCILII NICENI *a*) *p* **H** ( – δ) ; *nihil habent j l m* § *a*

*Sequuntur episcoporum nomina in s* **H** ( – κ) : *in* Λ T *p haec tantum* Et subscripserunt (suscribserunt Λ scripserunt *p*) cccxviii (tricenti decim et octo Λ cccxviiii *p*) qui in eodem concilio conuenerunt : Ossius (Hosius T Orthus *p*) episcopus ciuitatis Cordouensis (Cordubensis T *p* : + prouintiae *p*) Spaniae (Hispaniae T) dixit : Ita credo sicut superius scriptum est (*deficit hic p*). Victor et Vincentius prb̄i urbis Romae. Prouinciae Aegypti (Agipti Λ*) xi : Alexander Alexandriae ep̄s § *s* **H** § *p* § Λ T

14. diaconessis T* 16. impositionem *l* 18. Λ T *l* laicus *a** deputare ζ

XX ieiunu δ* ienu $\delta^{2}$ 1. di*e *j* 3. pentecosthes *l* pentecosten *s* δ* ζ *uide col a*

# ADDITAMENTVM DE SYLLOGE Q

## 1. De origine materiae Nicaenae in sylloge Q

*Syllogen* Q (*eam scilicet quae a Paschasio Quesnel anno* 1675 *publici iuris facta est*) *Galliae adiudicauit, tum propter ipsorum codicum ortum tum propter res quae in ea continentur, Fr. Maassen pp* 491–494; *regioni Arelatensi uir illustrissimus Ludouicus Duchesne* (Églises séparées *p* 252 *n* 2: Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule i 142). *de uniuersa tamen sylloge haec adfirmabant: de singulis eius partibus alia est quaestio: mihi quidem quae in ea sylloge ad Nicaenum concilium pertinent, uidentur Italicae originis manifesta praebere indicia. neque enim aetas eadem uniuersitatis sylloges, eadem particularum: qui syllogen totam ineunte sexto saeculo edidit* (*Maassen p* 490) *materiam antiquioris aeui in opus suum suscepit, Nicaenorum certe canonum formam usurpauit ei similem qua quinquaginta ante annos apud concilium Chalcedonense* (A.D. 451) *usus erat Paschasinus legatus Romanus. unde de natura et cognatione eorum omnium quae sub nomine Nicaeni concilii profert sylloge* Q, *operae pretium erit singillatim disceptare.*

*syllogarum quae interpretationem concilii Nicaeni Isidorianam praebent omnium antiquissimam habeo* (*est enim ut uidetur ceterarum fons et origo*) *syllogen a Fr. Maassen detectam et impressam, quam sub titulo* M *in apparatu meo laudaui. hanc syllogen si Romae intra annos* 420 *et* 440 *post Christum compositam esse iudices, non longe a ueritate erres. syllogen* Q *e sylloge* M *pendere nemo non confitebitur qui uel apparatum criticum pp* 179–239 *uel haec pauca quae sequuntur perlegerit.*

α. *praefationem longam* (*latinae sine dubio originis*) *sola cum sylloge* M *retinet* Q (*pp* 155–163): *sed tempus et consules* (*p* 155 *col b*) *ope uel sylloges Caeciliani* (*p* 104 *col a*) *uel graeci codicis emendat.*

β. *symbolum ex eadem sylloge* M (*pp* 175 177, *ubi debueram uariantes sylloges* Q *lectiones memorare*) *partim repetit, partim immutat* (*cf pp* 107 109): *quae immutat, ea forsitan ex graeco hausit, exempli gratia* 'trepton hoc est conuertibilem'; *si apud codices* I J (*pp* 107 109) *similia inueneris, caue ne temere colligas codices* I J *in symbolo constituendo fontem fuisse sylloges* Q, *cum reuera syllogen* Q *fontem fuisse codicum* I J (*quod ad symbolum attinet*) *potius credendum sit.*

γ. *inter symbolum et episcoporum nomina breue comma de graeco translatum inserit* Q, *ea interpretatione quam praebent sylloges Caeciliani codices* Θ *t, uide p* 110: *sed utra ab altera deriuata sit, non ausim dicere.*

δ. *index episcoporum* (*pp* 37–91) *parum ad rem nostram confert: eandem enim textus formam habent sylloge* M, *sylloge codicis Ingilrami, sylloge* Q (*immo sylloge codicis* Θ, *uide pp* 37, 110); *neque utrum altera ab altera pendeat an non satis liquet.*

ε. *sequitur breuis praefatio, ubi sylloge* Q *non multum ab* M *discrepat* (*uide p* 173), *cum codice Ingilrami ad litteram concinit* (*cf p* 105). *suspicor equidem syllogen* M *originem fuisse sylloges* Q, *syllogen* Q *originem fuisse* (*quod ad praefationem pertinet*) *codicis Ingilrami. unde ergo ea hausit* Q *quae a sylloga* M *discrepant, nisi ex ipso textu graeco?*

ϛ. *titulos in* Q *canonibus praefixos inuenies et in codice Ingilrami, neque dubitari potest quin illuc e fonte* Q *deriuati sint: uide ea quae adnotaui p* 150 *supra. unde et de symbolo et de praefatione breui eandem esse rationem ueri simile est.*

η. *in ipsis canonibus nulla est inter textum* Q *et textum codicis Ingilrami cognatio. hunc saeculo iam quarto confectum esse certissimis indiciis probatur: illum e sylloge* M *pendere ut alibi ita hic quoque manifestum est, non paucis tamen locis ab ea dissentire, in quibus nonnulla interpretationi Caeciliani tribuenda sunt* (*fortasse etiam Attici*), *plura ipsum graecum sapiunt archetypum. si Dionysium cum sylloge* Q *concinere* (*id quod saepissime contingit*) *animaduertas, iure forsitan colligas* 'priscam translationem,' *cuius* 'inperitia offensus' *Dionysius ad nouam interpretationem impulsus est* (*uide praefationem eius, Maassen p* 960), *nihil aliud fuisse* (*quod ad canones Nicaenos attinet*) *quam syllogen nostram* Q, *eam scilicet quasi fundamentum esse operis Dionysiani. primo igitur loco* 'Isidori' *interpretatio* (*quam in sola sylloga* M *illibatam habemus*) *intra annos* 420–440 *Romae facta est, ut Nicaena ueritas certius cognosceretur: deinde anno* 451 *Paschasinus interpretatione sylloges* M *ita utitur ut nonnulla e codice Ingilrami mutuetur* (*cf pp* 121 197): *postea Isidori interpretatio—uel ut uerius dicam Paschasini congeries—adhibito textu graeco, uel Romae uel saltem in Italia retractata est, quae retractatio in sylloge* Q *adseruatur; postremo ineunte sexto saeculo ipsam sylloges* Q *interpretationem retractauit et graeci textus sensum accuratius expressit Dionysius ille Exiguus utriusque linguae peritus. unde apparet per plures annos Romae Nicaenos canones secundum formam sylloges* Q *lectitatos esse: neque mirum nonnulla ex ea* (*symbolum, praefationem breuem, canonum titulos*) *in Italicam codicis Ingilrami interpretationem peruenisse.*

## 2. Auctorem nostrum in Nicaenis canonibus edendis et latina Caeciliani interpretatione et ipso textu graeco usum esse docent haec quae sequuntur:

*can* II [=III Q] *l* 2 *p* 183 quacumque urguente causa M: alias cogentibus hominibus Q: *Gr* ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων

*l* 20 *p* 185 mortale aliquod peccatum M: peccatum aliquod quod animae noceat *Caec*: quod animae noceat peccatum Q: *Gr* ψυχικόν τι ἁμάρτημα

*can* IIII [VI Q] *l* 1 *p* 189 si fieri quidem potest M: maxime quidem *Caec* Q: *Gr* μάλιστα μέν

*can* V [VIII **Q**] *l* 2 *p* 191 per suas quasque parrocias **M**: per suas quasque prouincias **Q**: *Gr καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν*

*l* 4 *p* 191 sententia **M**: sententia secundum canonem **Q**: *Gr ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα*

*can* VI [X **Q**] *l* 2 *p* 121 Aegyptus I Pasch: Aegyptus Libiae et Pentapoli **Q**: *Gr ἐν Αἰγύπτῳ καὶ* Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει

*can* VI [XI **Q**] *l* 12 *p* 197 metropolitani episcopi **M**: metropolitani episcopus **Q**: *Gr μητροπολίτου . . . ἐπίσκοπος*

*can* VI [XII **Q**] *l* 21 *p* 199 in qua plures numero fuerint **M**: plurimorum *Caec* **Q**: *Gr τῶν πλειόνων*

*can* VIII [XIIII **Q**] *l* 6 *p* 203 hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet **M**: scripto eos conuenit profiteri *Caec*: hoc eos per scripturam conuenit profiteri **Q**: *Gr τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει*

*l* 18 *p* 205 ipsi fuerint inuenti . . . clerici, ordinentur hi qui inueniuntur et sic etiam in clero persistant, unusquisque in statu suo **M**: soli ipsi reperti fuerint ordinati, hii qui inueniuntur in clero in eodem permaneant **Q**: *Gr αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες οἱ εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι*

*l* 25 *p* 205 episcopus catholicus **M**: episcopus ecclesiae **Q**: *Gr ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας*

*can* XI [XVII **Q**] *l* 3 *p* 211 uel aliquod huiuscemodi periculum **M**: uel sine periculo fuerunt uel sine aliqua re tali [tali re Θ *t*] *Caec*: uel sine periculo aut aliqua tali re **Q**: *Gr ἢ χωρὶς κινδύνου ἤ τινος τοιούτου*

*can* XI [XVIII **Q**] *l* 26 *p* 215 fructus paenitentiae **M**: species paenitentiae **Q**: *Gr τὸ εἶδος τῆς μεται ο'ας*

*l* 30 *p* 217 non uerbis solis **M**: non solo [*uel* solum] habitu **Q**: *Gr οὐ σχήματι*

*l* 32 *p* 217 cum . . . etiam ab his fuerit inpletum **M**: hi . . . conplentes **Q**: *Gr οὗτοι πληρώσαντες*

*l* 33 *p* 217 in orationes coeperint communicare **M**: merito orationibus communicabunt (*cf* merito *Caec*) **Q**: *Gr εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι*

*l* 39 *p* 217 + ad conuersionem **Q** (*cum Caec*): *Gr πρὸς τὴν ἐπιστροφήν*

*can* XII [XVIIII **Q**] *l* 4 *p* 219 necessario **M**: ultimo et necessario **Q**: *Gr τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου*

*l* 8 *p* 219 + donec tempus statutum conpleatur **Q**, *cf Caec*: *om* **M** *Gr*

*l* 10 *p* 221 recedunt **M**: recedunt et eucharistiam postulant **Q**: *Gr ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας*

*can* XIIII [XXI **Q**] *l* 5 *p* 223 sicubi tamen fit **M**: in aliquibus partibus **Q**, *cf Caec*: *Gr ἔν τισι μέρεσιν*

*can* XVI [XXIIII **Q**] *l* 10 *p* 229 species frugum ad sescuplum dare **M**: in grecis dimidias centesimas species frugum ad sescuplum dare **Q**: *Gr ἡμιολίας ἀπαιτῶν*

*can* XVII [XXV **Q**] *l* 3 *p* 231 diaconi porrigant **M**: a diaconis detur *Caec*: a diaconis dentur **Q**

*l* 16 *p* 233 accipiant **M**: accipiant . . . eucharistiam **Q**: *Gr λαμβανέτωσαν . . . τὴν εὐχαριστίαν*

## 3. Concilii Nicaeni textus secundum syllogen Q

*Sylloges* **Q** *textum Nicaenum ideo typis mandare libet, ut cum textibus nostris et Isidoriano* (*pp* 155–239) *et Dionysiano* (*pp* 250–273) *conferatur.*

*Praefatio longa* Beatissimo Siluestro . . . protestatur acturum (*uide pp* 155–163)

*Capitula Nicaena et Sardicensia* (*cf pp* 155–169)

INCIPIT EXPOSITIO FIDEI NICHENAE VEL SYNHODICAE DISCIPLINAE ET NOMINA EPISCOPORVM CCCXVIII (*pp* 107, 109) Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium factorem: et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, qui natus est ex Patre unigenitus hoc est de substantia Patris, Deum ex Deo lumen ex lumine Deum uerum ex Deo uero, natum non factum, homousion hoc est eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in caelo et quae in terra sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est et homo factus passus est et resurrexit tertia die, ascendit ad caelos, unde uenturus est iudicare uiuos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, et Priusquam nasceretur non erat, et quia Ex nullis subsistentibus factus est aut Ex alia substantia uel essentia dicunt esse **τρεπτόν**, hoc est conuertibilem aut mutabilem, Filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

Haec est fides quam exposuerunt patres primum quidem aduersus Arrium blasphemantem et dicentem creaturam Filium Dei et aduersum omnem heresem extollentem se et insurgentem contra catholicam et apostolicam ecclesiam. quam cum auctoribus suis damnauerunt apud Niceam ciuitatem supradictam CCCXVIII episcopi in unum congregati, quorum nomina cum prouinciis et ciuitatibus subter adnexa sunt: sed studiosi serui Dei magis curauerunt orientalium nomina episcoporum conscribere, propterea quod occidentales non similiter questionem de heresibus habuissent (*p* 110).

Osius episcopus Cordubensis dixit: Sic credo quemadmodum dictum est.

Biton [*uel* Victor] et Vincentius praesbyteri Romani pro uenerabili uiro papa et episcopo nostro sancto Siluestro subscripsimus: ita credentes sicut supra scriptum est.

Alexander alexandriae aegypti thebaidis.

Tyrannus antinoi.

[*cetera nomina inuenies supra, pp* 39–91]

Bosfori: Cadamnus bosforensis.

Cum conuenisset sanctum et magnum concilium apud Niciam Bithiniae statuta sunt quae infra scripta sunt. et

placuit ut haec omnia mitterentur ad episcopum urbis Romae Siluestrum [*uel* Siluestrium]. facta est autem synhodus Constantino Augusto et Licinio consulibus xiii kal: iul: (*p* 173)

II De excisis. Si quis per aegritudinem a medicis sectus est uel a barbaris castratus est, iste permaneat in clero. quod si quis semetipsum sanus abscidit, hic etiam etsi est in clero cessare debet; et ex hoc nullum talem oportet ordinari. sicut ergo de his qui affectauerunt uel ausi sunt se ipsos abscidere haec quae diximus statuta sunt; ita si quis uel a barbaris uel a dominis suis eunuchi facti sunt, et probabilis uitae sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula.

III De neophitis neque praesbyteros neque episcopos faciendis. Quoniam multa siue per necessitatem siue alias cogentibus hominibus contra regulam ecclesiasticam gesta sunt, ita ut homines ex uita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem et qui paruo tempore catacizati uel instructi statim ad spiritalem baptismum uenerint, et continuo ut baptizati fuerint etiam ad episcopatum uel praesbyterium proueherentur; rectum esse uisum est de cetero nihil tale fieri. nam et tempore opus est ut sit cathecuminus, et post baptisma multa probatione indiget; euidens namque est apostolicum praeceptum dicens NON NEOPHITVM NE ELATVS IN IVDICIVM INCIDAT ET LAQVEVM DIABOLI. si uero praecedente tempore quod animae noceat peccatum inuentum fuerit in ea persona et conuincitur duobus uel tribus testibus, cessabit a clero qui eiusmodi est.

IIII De uindicta eorum qui contra canones fecerint. Si quis uero praeter haec facit, tamquam contraria statutis sanctis huius concilii gerens, etiam ipse de statu sui ordinis periclitabitur.

V De synodocis actis uero omnimodis interdicit sancta synodus, et neque episcopo neque praesbytero neque diacono neque ulli omnino clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater sit aut soror aut amita, in his namque personis et horum similibus omnis suspicio declinatur. qui aliter praeter haec agit periclitabitur de clero suo.

VI De episcopis a conprouincialibus ordinandis. Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in prouincia episcopis ordinari. si uero hoc difficile fuerit, siue urguente necessitate siue itineris longitudine, certe omnimodo tres episcopi in unum debent esse congregati, ita ut etiam ceterorum absentium consensum et sententias per litteras teneant, et ita faciant ordinationem.

VII De potestate metropolitani. Potestas sane uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum.

VIII De his qui excommunicantur ab episcopis suis, siue clericis siue laicis, ab episcopis suis per suas quasque prouincias, seruetur ista sententia secundum canonem ut hii qui ab aliis excommunicantur ab aliis non recipiantur. requiratur sane ne forte quis pro aliqua indignatione animi aut contentione aut qualibet tali commotione stomachantis episcopi abiecti sunt.

VIIII De synodo bis in anno per unamquamque prouinciam celebranda. Vt ergo haec digna possint examinatione perquiri [et] rectum esse uisum est per singulos annos in singulis quibusque prouinciis bis in anno episcoporum concilia fieri; ut simul in unum conuenientes episcopi ex uniuersas prouincias [*uel* ex uniuersis prouinciis] huiusmodi examinent quaestiones, et ita demum hii qui ob culpas suas episcoporum suorum offensam merito contraxerunt digne etiam a ceteris episcopis excommunicati sint, usquequo in communione omnibus aut ipsi episcopo suo placeat humaniorem circa eos ferre sententiam. fiant autem concilia, semel quidem ante dies quadragesimae, ut omnibus si quae sunt simultatibus amputatis mundum Deo sollemne munus possit offerri; secundo uero fiat circa tempus autumni.

X De primatu ecclesiae Romanae. Ecclesia Romana semper habuit primatum. teneat autem et Aegyptus Libiae et Pentapoli, ita ut episcopus Alexandriae harum omnium habeat potestatem, quoniam et Romano episcopo haec est consuetudo. similiter autem et qui in Anthiocia [*uel* in Anthiociae] constitutus est: itaque et in ceteris prouinciis priuilegia salua sint ecclesiarum.

XI De infirmanda ordinatione quae sine metropolitani consensu fit. Per omnia autem manifestum sit hoc quod si quis praeter uoluntatem metropolitani episcopus fuerit ordinatus, hunc statuit haec sancta synodus non debere esse episcopum.

XII De sequendo maiore numero cum de ordinatione contenditur. Sane si communio[m]n[i]um consensu rationabiliter habito, et secundum ecclesiasticam regulam facto decreto, duo aliqui aut tres per contentionem suam contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

XIII De honore Hierusolimitani episcopi. Quoniam mos antiquus obtinuit et uetusta traditio ut Heliae id est Hierusolimitarum episcopo deferatur, habeat consequenter honorem suum: sed metropolitano sua dignitas salua sit.

XIIII De his qui mundi dicuntur quo genere recipiendi sint. De his qui se ipsos Catharos (id est mundos) uocant, si qui ueniant ad ecclesiam catholicam, placuit sancto concilio ut ordinentur et sic maneant in clero. ante omnia uero hoc eos per scripturam conuenit profiteri, ut fateantur se cum omni consensu obseruaturos catholicae et apostolicae ecclesiae statuta, id est communicaturos se his qui forte secundas nuptias experti sunt uel his qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamen paenitentiae modus et tempus adscriptum est: ut in omnibus sequantur ea quae in catholica et apostolica obseruantur ecclesia. sicubi igitur uel in uicis uel in urbibus soli ipsi reperti fuerint ordinati, hii qui inueniuntur in clero in eodem permaneant. si uero episcopus uel praesbyter catholicae ecclesiae fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus ecclesiae habeat suam dignitatem, similiter et praesbyter et diaconus debent: hii uero qui ab istis [*uel* ab istos] ueniunt, si forte episcopus fuerit habeat praesbyterii dignitatem, nisi forte placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem; si uero non placuerit, inueniat ei locum ut sit in parrocia corepiscopus aut praesbyter, dummodo permanere uideatur in clero, et ne in una ciuitate duo sint episcopi.

XV De his qui inexaminati ordinantur. Si qui sine examinatione prouecti praesbyteri et post examinati confessi fuerint peccata sua, et, cum confessi fuerint, contra regulam uenientes homines manus eis temere inposuerunt [*uel* inposuerint]; hos ecclesiasticus ordo non recipit. in omnibus enim quod inrepraehensibile est catholica defendit ecclesia.

XVI De lapsis ordinatis. Quicumque ex his qui lapsi sunt et per ignorantiam ordinati sunt uel contemptum eorum qui eos ordinauerunt, hoc non praeiudicat ecclesiasticae regulae; cum enim conpertum fuerit, deponatur.

XVII De praeuaricatis recipiendis per paenitentiam. De his qui praeuaricati sunt sine ulla necessitate sine ablatione patrimonii uel sine periculo aut aliqua tali re, quae est in nouissima tyrannide Licinii; placuit sancto concilio, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. si qui ergo ex animo paenitent, tribus annis inter auditores constituantur, si fideles sint, et septem annis inter paenitentes; duobus uero annis extra communionem in oratione sola participes fiant populo.

XVIII De paenitentia eorum qui baptizati ad saecularem militiam reuertuntur. Si qui uero uocati per Dei gratiam primo quidem ostenderunt fidem suam deposito militiae cingulo, post haec autem ad proprium uomitum reuersi sunt, ita ut pecunias darent et ambirent rursus redire ad militiam; isti decem annis sint inter paenitentes post triennium quo fuerint inter auditores. in omnibus uero illud praecipuae obseruetur, ut animus ac propositum eorum uel species paenitentiae requiratur. quicumque enim cum omni tempore et lacrimis perseuerantibus et operibus bonis conuersionem suam non solo [*uel* solum] habitu sed opere et ueritate demonstrat [*uel* demonstrant], hi tempora statuta conplentes merito orationibus communicabunt: licebit autem episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. si qui uero indifferenter habuerunt lapsum suum et sufficere sibi aestimarunt ad conuersionem hoc ipsum quod introire in ecclesia uidebantur, isti omnimodo tempora statuta conplere debent.

XVIIII De reconciliatione danda morientibus. De his uero qui recedunt ex corpore antiquae legis regula obseruabitur etiam †non ita ut recedunt† ex corpore ultimo et necessario uiae suae uiatico non defraudentur. quod si desperatus aliquis accepta communione superuixerit, sit inter illos qui in oratione sola communicant donec tempus statutum conpleatur. de omnibus tamen his qui ex †nudo† corporis recedunt et eucharistiam postulant, in tradenda eis communione cura et probatio sit episcopi.

XX De cathecuminis. De cathecuminis uero placuit sancto concilio ut tribus annis inter auditores sint tantummodo, [post] haec uero orent cum cathecuminis.

XXI De his qui ecclesias suas deserunt et ad alias transeunt. Propter multas perturbationes et seditiones quae fieri solent placuit omnimodo abscidi istam consuetudinem, si contra regulam reppertus fuerit in aliquibus partibus de ciuitate ad ciuitatem transire uel episcopus uel praesbyter uel diaconus uel clericus. si quis uero post haec statuta sancti huius concilii tale aliquid audere temptauerit, infringetur omni genere huiuscemodi conatus et restituetur propriae ecclesiae in qua uel episcopus uel praesbyter aut diaconus ordinatus est.

XXII De non suscipiendis alterius ecclesiae clericis. Si quis sine respectu agentes et timorem Dei ante oculos non habentes neque ecclesiastica statuta scientes recesserint ab ecclesia sua, siue praesbyter siue diaconus siue in quocumque ordine ecclesiastico positi fuerint; hii nusquam suscipi debent in ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad ecclesias suas: aut si permanserint, excommunicatos eos esse oportet.

XXIII De non ordinandis clericis alienis sine uoluntate episcopi sui. Si quis autem ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in sua ecclesia, cum non habeant [*uel* habeat] consensum episcopi illius a quo recessit clericus suus, inrita sit huius ordinatio.

XXIIII De feneratoribus clericis. Quoniam multi clerici, auaritiae causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini praecepti quod dicit QVI PECVNIAM SVAM NON DEDIT AD VSVRAM, fenerantes centesimas exigunt: statuit sanctum hoc concilium, quod si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuras accipere uel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari uel etiam in graecis dimidias centesimas species frugum ad sescuplum dare, omnis qui tale aliquid conmentus fuerit ad questum absciditur [*uel* abscidatur *uel* excidetur] ex clero et alienus ab ecclesiastico habetur [*uel* habeatur *uel* habebitur] gradu.

XXV Ne diacones supra praesbyteros sint. Peruenit ad sanctum concilium quod in locis quibusdam et ciuitatibus praesbyteris sacramenta a diaconis dentur: quod neque regula neque consuetudo tradidit, ut hii qui offerendi sacrificii non habent potestatem his qui offerunt corpus Christi porrigant. sed et illud innotuit, quod quidam diaconi etiam ante episcopum sacramenta contingant. haec omnia amputentur, et maneant diaconi intra propriam mensuram, scientes quia episcoporum quidem ministri sunt, praesbyteris autem inferiores sunt; accipiant ergo eucharistiam secundum ordinem post praesbyteros ab episcopo uel a praesbyteros [*uel* praesbytero]. sed nec sedere quidem in medio praesbyterorum liceat diaconis; extra regulam enim et extra ordinationem est ut hoc fiat. si quis autem non uult esse subiectus etiam post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

XXVI De Paulianistis, quos homines homuncionitas uocant, si qui confugerint [*uel* quis confugerit] ad ecclesiam, statutum sit baptizare eos omnimodo. si qui [*uel* quis] uero clerici erant apud eos, si quidem inculpabiles inuenti fuerint et inrepraehensibiles, baptizati etiam ordinentur ab episcopis ecclesiae catholicae; si autem examinati minus apti fuerint depraehensi, deponi eos oportet.

XXVII De diaconissis. Similiter autem et circa diaconissas et de omnibus qui in clero inueniuntur eadem forma seruabitur. commemorabimus autem de diaconissis his quae in hoc ordine inuentae sunt, quae nec manus inpositionem aliquam habent, ita ut omni genere inter laicos habeantur.

[*Sequuntur sine interuallo canones Sardicenses, qui tamquam et ipsi Nicaeni Nicaenis adiunguntur, sub numeris* XXVIII–XLVI]

# CONCILIVM NICAENVM

## XI

## FRAGMENTVM FRISINGENSE

*F* **Codex Frisingensis nunc Monacensis** lat. 6243 : saec. viii [fol. 5 *a*
D **Codex Diessensis nunc Monacensis** lat. 5508 : saec. ix [fol. 12 *a*

*Edidit primus Maassen* Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande (*Gratz*, A. D. 1870) *p* 921

INCIPIT NICENVM CONCILIVM

[I] De episcopis cuiuslibet ciuitatis, ut non se transferant de ciuitate ad ciuitatem uel [de] ecclesia sua in alia; et qui transire debeant.

Vt episcopi cuiuslibet ciuitatis non se transferant de ciuitate in ciuitate aut de ecclesia in ecclesia: quod si se permiserint ad transmigrandum, deducatur in irritum uoluntas eorum qui contra regulam iustam agunt. perseueret autem episcopus in suam ecclesiam ubi primum ordinatus est. sunt quidam qui timore Dei non agunt. habeant uero plebem creditam sibi; et cum nulla interdum necessitas perurguet, agant quod habent agere et reuertantur ad obilia sua: quod si illis non placuerit redire ad suas, uacab*unt*. praesbiter, si aduersus *se* is conpulsum aliquid habet ut dimittatur ecclesia in qua ordinatus est, non communicet in extera ecclesia.

---

*F* D *In orthographicis codicem F secutus sum*
INC̄ NICENV̄ CONCIL̄ *F* INC̄P̄T NICEN̄ CONCIL̄ D
I *numerum om codd* transferat *F* de D : *om F*

10. **timore** *scripsi* : timori *F* in timore D 12. nullae D 16. **uacabunt** *scripsi* : uacabit *codd* praesb̄ *F* 17. **se is** *scripsi* : eis *codd*

## XI (Interpretatio codicis Frisingensis)

II De his qui mansuetudinem episcopi contempserint.

Si contemptor uisus fuerit mansuetudinem episcopi et non grauatus ab episcopo suo recesserit, manus inpositio super eum quae posita est non ualebit.

III Si quis ad ordinem ecclesiae quolibet gradu pertinens usuras acciperit.

Quoniam plurimi de ecclesiasticis ignorantes regulam ecclesiasticam *turpi*lucri *et* auaritiae pleni, obliti diuinas scribturas eo quod sit scribtum QVI PECVNIAM SVAM NON DEDIT AD VSVRAM, fenerantes quisque qui petunt usuras; *iust*e iudicat sancta synodus ut, si quis inuentus fuerit post hanc statutam accipiens usuras emittendo cautionem uel aliter argumentando cupiditatis auaritiae gratia, hi qui ordine ecclesiae esse uidentur degradandi sunt de ordine ecclesiastico.

IIII Vt diacono non liceat eucaristhiam sanctam praesbitero dare.

Perlatum est autem ad sanctam synodum, in quibusdam locis ciuitatibusque praesbiteris eucharisthiam sanctam diaconi dant. hoc regula non admitt*i*t neque consuetudo tradedit, ut quibus agere non licet dent: dent autem qui ag*u*nt HOC EST CORPVS Christi.

V De diaconos qui prius ab episcopis eucharistiam sumunt uel tangunt.

Sed et illud peruenit quoniam quid*a*m de diaconibus prius quam episcopi eucharistiam sumunt uel tangunt. tollenda sunt itaque haec omnia; unde debent diaconi locos suos agnoscere, et quod sint ministri quidem episcopi, in inferiori uero gradu, quia praesbiter sacerdus est Dei. accedant autem secundum

---

II 5. **ualebit**: + turpi *codd, quam uocem in l* 3 *canonis sequentis transponendam esse duxi*

III **gradu** *scripsi*: gradum *codd* accipiunt D 3. **turpilucri** *scripsi, cf quae adnotaui ad can* xvii *l* 13 *Prisc* (*p* 137 *supra*): lucri *codd, sed habent* turpi *ad finem canonis praecedentis* et *scripsi cum Gr* καί: *om codd* 4. diuini D 6. **quisque qui** *codd*: *quasi graece legatur* ἕκαστος ὃς *pro* ἑκατοστάς 7. **iuste iudicat** *scripsi* (*Gr* ἐδικαίωσεν): unde iudicat *codd* 10. **emittendo cautionem**: *uide quae de hoc canone disputaui pp* 151 152 *supra* 12. **hi** *Maassen*: his *codd* 13. degratandi D

IIII diac̄ D eucharistiam (*tit et* 3) D *F* D 3. prbis *F* 5. **admittit** *scripsi*: admittet *codd* 6. **ut quibus** *usque ad* **Christi**: *scilicet* '*diaconi* quibus agere non licet, *non* dent: dent *autem praesbyteri*, qui *soli uerba Christi* HOC EST CORPVS MEVM *recitant et ita sacrificium missae* agunt' 7. **agunt** *scripsi*: agent *codd*

V episc̄ *codd* 2. **quidam** *scripsit Maassen*: quidem *codd* 5. *diaconi in ras F* (itaq; *F** ?: *corr m p*) 8. prbt *F*

## XI (**Interpretatio codicis Frisingensis**)

praesbiterorum ordinem ad eucharistiam, id est post praesbiteros; sic autem ut aut episcopi aut praesbiteri communicent.

VI Vt non liceat diaconibus in medio sedere praesbiter*orum*.

Sed nec sedere debent diaconi in medio praesbiterorum loco sacerdotali; contra regula enim fit ecclesiasticae disciplinae. quod si quis statutis nostris oboedire noluerit, secedet de ordine diaconii.

VII De Samositanis Pauli qui conuertuntur.

De hereticis, hoc est Samositenis Pauli, si conuerti uoluerint ad ecclesiam catholicam, statuimus ut ante omnia baptizentur.

VIII Si quis Samositanus in ordine ecclesiastico apud eos agnitus fuerit.

Si quis uero eorum qui in ordine ecclesiastico apud eos agnitus fuerit, etiam *si* sit inrepraehensibilis, manus ei inpositio ponenda est, id est ab episcopis ecclesiae catholicae. si autem aliqua causa eos inuenerit, degradandi sunt.

VIIII De Samositenis qui in regula ecclesiastica aput eos fuerint.

Idem quoque de diaconibus et omnibus qui sunt apud eos in regula ecclesiastica, †in eo† formata custodienda est.

X De diaconissas et cultu earum.

Commemorati sumus de diaconissas eo quod in cultu diaconorum sic et istae manus inpositionem accipiunt et sic habentur ac si diaconi. praecepimus ergo ut omnino inter laicos habeantur et procedant regula ecclesiastica.

---

ꝼ D 10. **praesbiterorum** *codd*: *sed fortasse omittendum cum Gr* κατὰ τὴν τάξιν 12. **episcopi aut praesbiteri** *scripsi*, *cf Gr*: epis aut prbis ꝼ episcopis aut praesbiteris D 13. **communicent** *scilicet* '*sacramentum impertiant*,' *cf Sacr. Gelasianum* III 52 (*ed H. A. Wilson p* 267) 'Post haec dicis Pax uobiscum, et sic eos communicas'

VI **praesbiterorum** *scripsi*: praesbt̄ ꝼ praesbiteri D 1. diac̄ ꝼ

VII 2. uoluerit D*

VIII 2. **agnitus** ꝼ: inuentus D 3. **si sit** *scripsi*: sit *codd* inrep̄hensibiles ꝼ 6. **eos**: *excidit fortasse* inutiles *uel aliquid eiusmodi*, *cf Gr* ἀνεπιτηδείους

VIIII **qui in**: *in ras* ꝼ 1. **Idem** *codd*: *fortasse legendum* Item *cum Gr* ὡσαύτως

X **earum** D: eorum ꝼ

*Sequitur apud* ꝼ *canonum Sardicensium compendium* (xi–xxxii): *nihil amplius habet* D

ECCLESIA OCCIDENTALIS
MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

LONDINI ET NOVI EBORACI

APVD HENRICVM FROWDE, A.M.

# Ecclesiae Occidentalis Monvmenta Ivris Antiqvissima

*CANONVM ET CONCILIORVM GRAECORVM INTERPRETATIONES LATINAE*

POST CHRISTOPHORVM IVSTEL
PASCHASIVM QVESNEL
PETRVM ET HIERONYMVM BALLERINI
IOANNEM DOMINICVM MANSI
FRANCISCVM ANTONIVM GONZALEZ
FRIDERICVM MAASSEN

EDIDIT
CVTHBERTVS HAMILTON TURNER, A.M.
COLLEGII B. MARIAE MAGDALENAE APVD OXONIENSES SOCIVS
VTRIVSQVE COLLEGII B. MARIAE VIRGINIS WINTONIAE OLIM SCHOLARIS
ACADEMIAE BRITANNICAE SOCIVS

TOMI PRIORIS FASCICVLVS ALTER
NICAENVM CONCILIVM
APPENDICES ET SVPPLEMENTA

PARS PRIMA: SYMBOLVM

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
M DCCCC XIII

*OXONII*
*Excudebat* Horatius Hart, *A.M.*
*Typographus academicus*

# CANONES ET CONCILIA GRAECA
# AB ANTIQVIS INTERPRETIBVS LATINE REDDITA

## TOMI PRIORIS FASCICVLVS ALTER

## PARS PRIMA

CONCILIVM NICAENVM
APPENDICES AD SYMBOLVM PERTINENTES

SCILICET

APPENDIX VIII
TOMVS DAMASI PAPAE

APPENDIX IX
SYMBOLI INTERPRETATIONES

APPENDIX X
COMMENTARII IN SYMBOLVM

# PRAEFATIO

## I. Elenchus rerum quae in hac parte continentur.



## II. De codicibus noua.

D. Codex olim Diessensis nunc Monacensis lat. 5508, uel potius prior eius pars e foliis centum triginta constans, de tribus exemplaribus descriptus est, testante ipso librario in colophone fol 130 *b* EXPLICIVNT CANONES EX TRIBVS LIBRIS EDITAE etc. (Maassen p 631). ex his unum fuisse codicem Remensis nostri R geminum (non tamen, ut uidetur, ipsum Remensem) patet; alterum fuisse codicem nostrum S pro certo habeo, collato capitulorum concilii Antiocheni indice, Tom II p 222 col *a*, exempli gratia VIII De peregrinis suscipiendis I De non suscipiendis clericis peregrinis J P X Y De non suscipiendis clericis alienis S D, XIII De episcopis qui in aliena (alia J) parrocia ordinant I J P X Y

De episcopis qui in aliena prouincia ordinant S D. scriptus est codex D, ut censet Paulus Lehmann discipulus Ludouici Traube impiger et rei palaeographicae peritissimus, non multo ante medium saeculum nonum, puta inter annos 825 et 850, quo tempore codex S in monasterio Augiae maioris iam adseruabatur. quamuis enim Augiensis origine non erat S, quippe qui ipso monasterio, non ante annum 724 fundato, antiquior esset, tamen in Augiensem bibliothecam ante nonum saeculum adscitum esse docet codex noster *a*, Augiae non post annum 806 exaratus et e codice S partim descriptus. codicem ergo D, si e codice Augiae tunc temporis seruato pendet, ueri simile est et ipsum Augiae esse descriptum.

K. Cum codex Coloniensis bibliothecae Capitularis ccxii (nobis K) materiam nonnullam suppeditauisset libro uiri reuerendi et in his rebus optime meriti A. E. Burn, cui titulus *Facsimiles of the Creeds* (*Henry Bradshaw Society*, tom. xxxvi, A. D. 1909), et Ludouicus Traube praematura morte abreptus esset, amicus numquam satis deflendus et nostri operis fautor infatigabilis, qui in illo libro de codicis aetate et indole tractare debuerat, eius uices ipse ut potui expleui (*op. cit.* pp 39–41) ac monstraui, ni fallor, codicem circa annum 600 exaratum esse, et uel ipsum uel archetypum paene coaeuum a quo descriptus esset pertinere ad Prouinciam ; praeterea errasse uiros doctos Fridericum Maassen, Willelmum Wattenbach, Ludouicum Duchesne, qui catalogum pontificum ad finem codicis subiectum non una cum reliquo codicis corpore scriptum esse iudicent sed aliunde originem traxisse. nam quod catalogus iste in Agapeto papa (A. D. 535) desinit, nihil aliud quam archetypi aetatem significat, scilicet sextum post Christum saeculum medium ; quem catalogum cum codicis nostri librarius fideliter ex archetypo descripsisset, alter scriba fere coaeuus catalogum in sua tempora produxit, sex additis nominibus, quorum ultimus est Gregorius Magnus (A. D. 590–604).

$N_2$. Codicis olim Veronensis nunc Vaticani 1322 partem in libro priorem aetate posteriorem (nobis $N_2$) circa septimi finem uel initium octaui saeculi olim ratus esse scriptam, uide supra fasc. I part ii (A. D. 1904) praef. p vi, minus emendate iudicaui ; Ludouicus enim Traube (*Facsimiles of the Creeds*, pp 35 51) in litteris minusculis Veronensibus sub ipso fortasse Pacifico archidiacono, bibliothecae Veronensis instauratore (†844), exaratum esse censuit, neque meam contra illius sententiam obtinere ausus sim. de origine tamen sylloges in hac priore codicis parte adseruatae liceat mihi sententiam non tam adseuerare quam proponere, haud aliam esse coniciens ac syllogen quam apud Iuliam quandam patriciam Rusticus diaconus Romanus detexit et in actis Chalcedonensibus recensendis anno 550 adhibuit. quippe actionem de Domno Antiocheno inuenit (ut eius uerbis utar) ‘in codice patriciae Iuliae membranaceo nouo, transcriptam ex codice uetusto chartaceo quem dixit ipsa fuisse Proculi et Albini germanorum scholasticorum’; quae cum apud actorum et codices graecos et syllogen latinam quam ‘antiquam’ uocant desit, adseruetur autem eadem interpretatione latina apud syllogen nostram $N_2$ (quae quin prior fuerit Rustico nemo dubitat, uide Maassen p 738), non absurde mihi uideor iudicare idem esse syllogen codicis $N_2$ et syllogen codicis Iuliae. sed haec hactenus ; ita enim confuse in libris impressis

acta edente Rustico Chalcedonensis concilii se habent ut non facile iudicium ad amussim facias.

Y. Codex Coloniensis ccxiii, saeculo octauo scriptus, ea continet quibus nomen imposuit Fr. Maassen (p 504) 'syllogen codicis S. Blasii', cuius quos ego contuli codices praeter ipsum Y quattuor sunt, scilicet S, scriptus circa 700 A.D. fortasse in Italia et Augiam maiorem ante annum 800 (uide supra p vii) adlatus; X, Parisinus 3836, partim ex exemplari Treuirensi descriptus (Maassen p 508), et ut e scripturae genere datur colligere, Corbeiensi scilicet (de quo uide quae de codice β disputaui, p. xiii infra), in Gallia septentrionali haud ante 750 A.D.; Z, Lucensis 490, circa annum 800 Lucae, ut uidetur, scriptus; P, Cheltenhamensis 17849, incertae originis, et ipse circa 800 A.D. scriptus. hos codices in duas posse familias distingui adnotaui Tom II p 34 col *a*, unam S Z, cui adsentiunt codices sylloges **v**, alteram X Y (illam fortasse Italam, hanc Rhenanam), fidem autem neque uni neque alteri semper adhibendam. insuper autem singularia multa praebet Y, quae non ex archetypo sylloges communi deriuata sed potius aliunde tracta sunt. exempli gratia contra ceteros sylloges suae codices apud canones Antiochenos (Tom II pp 228–310) saepissime in eandem partem ire cum I deprehendes, apud canones Nicaenos (supra pp 179–239) cum **M** (et praecipue cum W) uel **Q**. codicis scriptura semiuncialis est, eius generis quod insulare dicunt, simillima scripturae codicis Euangeliorum Dunelmensis A II 17, de quo uide quae disputaui in ephemeride *The Journal of Theological Studies* (mense Iulio A.D. 1909, x 534–537); exaratus est uterque, ut puto, neque post annum 750 neque multo antea, Dunelmensis certe apud Anglos, Coloniensis uel in insulis nostris uel ab insulano in regionibus Rhenanis, sed ut de Anglia potius cogitem mouet me quod e Paenitentiali Theodori archiepiscopi Cantuariensis (uel, si accuratius loquendum est, 'discipuli' anonymi) nonnulla mutuatur; uide Tom II p 112 col *b* et Addenda in praefatione parti alteri Tomi II praemissa p viii. nobis tamen aequo animo de hoc iudicare fortasse uix contigit; adeo placet hunc unum ut ita dicam agnellum e tanto codicum grege in opere nostro adhibitorum patriae nostrae uindicare.

*ff*. Cum Friderico Maassen sylloge quam 'Sammlung der Handschrift von Saint-Maur' appellauit per unum tantummodo codicem, Parisinum 1451 olim coenobii S. Mauri Fossatensis peculium (nobis F), innotuisset, ego in prioribus huius operis partibus alterum adhibere potui, Vaticanum 1127 olim Engolismensem (nobis *f*), indiciis fretus quae de eo dedit Ludouicus Duchesne *Le Liber Pontificalis* I pp l li. sed ne hic quidem res constitit: iam enim anno 1905 scripseram (*The Bodleian MS of Jerome's version of the Chronicle of Eusebius*, edente Ioanne Knight Fotheringham, in appendice v cui titulus *Jean du Tillet; a neglected scholar of the sixteenth century*, p 63 n. 3) tertium sylloges huius exemplar praesto fuisse in codice 562 catalogi collegii Claromontani Parisini (A.D. 1764), qui idem est ac codex 583 catalogi bibliothecae Meermannianae (A.D. 1824), fatebar tamen me nescire et a quo emptus esset et ubi tum temporis exstaret. nuper autem ope et auxilio Thomae Fenwick, Thomae Phillipps nepotis et bibliothecae Phillippsianae custodis digni, cognoui codicem anno 1824 uenalem

emisse Baronem de Westreenen, ignarus adhuc penes quem conseruarentur illius bona. consilium igitur sciscitatus ex Hippolyto Delehaye, S.I., omnium uirorum doctorum qui Actis Sanctorum edendis per tot saecula inseruierunt fortasse doctissimo, tandem ad felicem longi laboris exitum perueni; illo enim auctore uiros adii qui Museo Meermanno-Westreeniano apud Hagam Comitis praesunt, et litteris uice-praefecti A. W. Bijranck die xxx° mensis Maii A.D. 1911 datis certior factus sum me codicis tam diu desiderati domicilium aliquando indagauisse. quibus uix peractis, eiusdem rei ex alio fonte notitia miro quodam casu manauit, Willelmo Levison Bonnensi, uiro de historia medii ineuntis aeui optime meriti, litteris ultro me monente se et codicem Hagae Comitis uidisse et meliorem geminis eius F et *f* aestimasse. ipse neque adhuc uidi neque in his quae modo publici iuris fiunt adhibere potui, id quod in textu graecorum conciliorum latine redditorum constituendo non est cur doleas, familia **F** paululum in commune conferente; contra in materia latina optimae saepe notae est, unde ad Tomum Damasi (pp 281–296) utinam praesto testis nouus fuisset, ad Arelatense concilium necesse est ut praesto futurus sit.

*l.* Codicem Vaticanum 5845 cum originem habuisse apud Lombardos meridionales scriberem, auctore reuerendo patre Francisco Ehrle, bene iudicaui; erraui tamen quod meo fretus iudicio et scripturae Beneuentanae minus gnarus codicem saeculo octauo adtribui, uide praefationem partis secundae Tomi huius, p vi. rectius scripsissem de saeculo nono exeunte uel etiam decimo, id quod luculenter ostendit uir clarissimus E. A. Loew, qui et ipse Ludouicum Traube magistrum suum profitetur, in opere mox apparituro *Scriptura Beneventana* tab. 40 (Oxonii 1913).

*vall.* Codicem bibliothecae S. Andreae in Valle apud Vrbem siue Vallicellanum A 5 (de quo uide sis fratres Ballerini *Appendix ad S. Leonis opera: de antiquis collectionibus et collectoribus canonum* III 3, Maassen p 454, A. Reifferscheid *Bibliotheca patrum latinorum Italica* I 184) sub siglo *vall* in textibus Damasianis constituendis adhibui, pp 155 281 huius tomi. e Rauenna in Vrbem adlatum esse, lectis quae de itinere Ambrosii Traversari Florentini anno 1433 per Italiam septentrionalem facto scripsit in libro insigni *Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli xiv e xv* R. Sabbadini, 'La biblioteca di Ravenna gli cagionò una delusione, avendola trovata inferiore alla sua fama; e infatti non vi notò che una silloge di opuscoli di Cipriano più copiosa delle usuali e un antichissimo codice di Concili con la confessione nicena in membrane rosse e lettere dorate' (p 95), statim conieci: in nullo enim alio conciliorum codice memineram me uidisse Symbolum aureis litteris membrana purpurata esse instructum. quam coniecturam plane confirmant additamenta nonnulla notitiam praebentia conciliorum Rauennae celebratorum saeculo undecimo codici subiecta, uide Reifferscheid *op. cit.* p 190: 'Die erste Aussenseite enthält von einer Hand des eilften Jahrhunderts einen Bericht über zwei in Ravenna gehaltene Synoden, deren eine unter Otto III, die andere unter Heinrich ins Jahr 1014 fällt'; p 191 'f. 337–339 saec. xi (über der Seite von neuerer Hand "Videtur ex concilio Rauennae habito a Iohanne X pont. max.") "Lectum est quoddam indiculum. . .".'

neque displicet origo Rauennas consideranti quod ceteri eiusdem familiae codices ad septentrionales Italiae regiones iure referuntur; quippe codicem nostrum *s* (olim Sessorianum lxiii, iam bibliothecae Victoris Emmanuelis Vrbicae 2102) ueri simile est ad Nonantulanum coenobium prope Bononiam pertinuisse, codex Vaticanus 1353 'ex antiquiore Bergomate exscriptus est anno 1441', codex Vercellensis (bibliothecae Capitularis lxxvi) sub medium saeculum x ab Attone episcopo Vercellensi, ut fratribus Ballerini uisum est, adhibebatur. qui codex, reliquis omnibus domicilium in Vrbe nouum nactis, solus patriam suam pristinam obtinet.

Ξ. Fragmenti bibliothecae Amplonianae in ciuitate Erfordia in notitiam incidi apud L. Traube *Vorlesungen und Abhandlungen: Zur Paläographie und Handschriftenkunde* (curante Paulo Lehmann, Monaci, A.D. 1909) p 182: 'Erfurt: Fragment aus Amplon. F 74, Bruchstück einer Kanonessammlung. Schriftheimat ?. Bibliotheksheimat: Um 1400 bei Amplonius Ratinck. Beschreibung und Abbildung: W. Schum *Beschreibendes Verzeichniss der Amplonianischen Handschriftensammlung zu Erfurt* (Berlin 1887 p 34).' ex uno folio constat, olim tegumento codicis F 74 adglutinato nunc separatim collocato, in quo descripti sunt canones Gangrenses III–XII sub numeris LXI–LXX secundum interpretationem Dionysii alteram, uide Tom II pp 163 187–199: repraesentationem eius phototypicam per comitatem bibliothecarii impetrare potui, unde septimi esse saeculi facile decernitur. codex e quo tam miserae reliquiae ad nos usque supersunt dignus ideo notatu est quod solus e tot codicibus Dionysianis, si unum exceperis Chr. Justel codicem (nunc Bodleianum e Mus. 103: nobis *j*), canones non per singula concilia separatim numerat sed una per plura concilia deducta serie, ita ut post Nicaenos XX Ancyritanos XXIIII Neocaesariensis XIIII incipiant Gangrenses a numero LVIIII. sine dubio consentiens cum *j* canones adiecit Gangrenses XX Antiochenos XXV Laodicenos LVIIII Constantinopolitanos III: quorum omnium summa fit CLXV. codicis *j* enumerationem post Christophorum Justel ego ab initio operis mei secutus sum, certus ad ipsum Dionysium iure referri potius quam ad librarium aliquem quamuis callidum: quam edendi rationem codex Ξ, trecentis annis codice *j* antiquior neque a Dionysii aetate multum distans, satis confirmat.

Υ. Codex Vindobonensis 2141, saeculo nono (fortasse nono ineunte) scriptus, in omnibus bonae notae est, in hoc maxime notabilis quod e duarum partibus syllogarum constat; usque enim ad capitulum LVIIII seu concilium Antiochenum syllogen Paschasii Quesnel (**Q**) fideliter repraesentat, in medio autem canone I Antiocheno (Tom II p 234 col *b*) subito sine ullo ordinis turbati indicio in syllogen transit quam Friderici Maassen syllogen (**M**) appellaui. quae cum ita sint, codicis bipartiti origo illuc pertineat necesse est ubi et codices sylloges **M** et codices sylloges **Q** praesto erant. sed rarissimi sunt codices **M**, neque longe a fluuiis Danuuio superiore et Rheno positi, in bibliothecis scilicet Frisingensi, Diessensi (seu forte Augiensi, uide supra p vii), Wirceburgensi, Remensi: igitur et codicis Υ patriam in Germania superiore quaerendam esse ueri simile est. sylloges autem **Q** in illis regionibus nonnisi unius tantum codicis quod sciam

memoria exstat: quippe in catalogo codicum Fuldensium, ad finem medii aeui instructo,[1] hanc inueni notitiam 'Repositorii septimi ordo primus. 1 Statuta sedis apostolicae siue canones Niceni concilii cum praefatione et expositione fidei'. quem titulum proprium esse sylloges **Q** nemo ut puto infitiabitur qui librum Friderici Maassen contulerit (p 494 'Continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta sedis apostolicae') uel hoc opus nostrum (p 163 supra 'Explicit praefatio' p 165 'Incipiunt tituli canonum ecclesiasticorum siue statutorum synodi Nicenae. 1 Expositio fidei Nicenae'). codices Fuldenses quo modo euanuerint, ubi terrarum migrauerint, disputant docti; liceat ergo conicere codicem cuius titulus in catalogo supra dicto adseruatur, e syllogis **Q** et **M** fuisse commixtum et a Fulda Vindobonam tandem esse perlatum. certe concordat identidem codex Vindobonensis cum Wirceburgensi (nobis W), ut par erat de proximis ac uicinis domibus sancti Kiliani Wirceburgensis et sancti Bonifacii Fuldensis exspectare.

Ψ. Codices sylloges Paschasii Quesnel (nobis **Q**) septem enumerauit Fr. Maassen, pp 486–490; quorum unum (Ω), apud Oxonienses nostros adseruatum, tamquam ceteris et posteriorem et deteriorem mox ab apparatu meo missum feci; duo ita arcte inter se coniunguntur ut nonnisi pro uno habendi sint (Σ), Parisini 1454 et 3842 A; restant quattuor, Einsiedlensis unus (O), duo Vindobonenses (ΥΦ), alter Parisinus (Π). praeter hos tamen exstant in libris antiquioribus aliorum indicia; puta codicis S. Bauonis Gandauensis apud Petrum Crabbe, codicis coenobii S. Huberti in siluis Ardennensibus apud Petrum Coustant, codicis Fuldensis supra denotati. Gandauensem frustra ibi quaesiui; Hubertianorum in notitiam nuper incidi, nam Ludouicus Traube de fuga monachorum anno 1797 codicum supellectilem asportantium nonnulla refert *Paläographische Forschungen* iii 314; hesternum Fuldensem suspicor eundem esse atque hodiernum Vindobonensem 2141 (nobis Υ), ut modo dixi. sed in incerto sint haec; Atrebatensem codicem ueteribus familiarem, Friderico Maassen ignotum, a Ludouico Duchesne detectum (*Le Liber Pontificalis* I p xiv), ego inceptum meum uix ingressus adhibere potui ope amicorum meorum uirorum reuerendorum Herberti N. Bate et Claudii Jenkins et anno tandem 1910 Parisiis ipse inspicere. codex (nobis Ψ) cum bonae notae sit, dolendum est uiginti circiter foliis esse decurtatum, nec labe temporum sed malitia hominum. plurima sunt quae docent Atrebatensem cum Einsiedlensi (O) arcte cognatum esse, nonnulla quae suadent etiam ab Einsiedlensi deriuari. scriptus esse uidetur uergente octauo saeculo uel ineunte nono, sed aetatis multo antiquioris indicia apud se retinet—exempli gratia litteras finales in compendio praecisas, epī̄s episc̄ pro episcopus, presb̄ pro presbyter, imp̄ pro imperator, diuae m̄ (diuae memoriae), F̄ k̄ F̄F̄ k̄k̄ (frater karissime, fratres karissimi), cumm̄ (commonitorium?), d̄ dx̄ dīx̄ (dixit)—ut iure colligas archetypum non post annum 600 esse exaratum. sed

[1] *Katalog und Nachrichten von der ehemaligen . . . Bibliothek in Fulda*, Lipsiae et Francofurti A. D. 1812, p 69, edente Nicolao Kindlinger: *Der Fuldaer Handschriften-Katalog aus dem 16. Jahrhundert* (in ephemeride *Centralblatt für Bibliothekswesen: Beiheft* xxvi p 100), Lipsiae A. D. 1902, edente Carolo Scherer.

plana patente uia, circuitu non opus est: etenim adnotatiuncula in margine folii 134*a* adscripta et quando et ubi scriptus sit archetypus aperte enuntiat, ita se habens '**hoc habuit uetustus: ab hoc concilio antiocheno usq. indictionem xii; quod est in anno xv regni chlotharii regis anni ducenti lxii**'. quae computatio etsi minus fideliter transcripta esse uidetur (annus enim indictionis cum anno regni uix concordat, siue Chlotharium secundum siue tertium respicias), tamen neque ante annum 594 si Chlotharium II elegas, neque post 672, si de Chlothario III agitur, fieri potuit. priorem potius terminum commendat annorum inde a concilio Antiocheno, A.D. 341 habito, exactorum numerus; 341 + 262 = 603. neque aduersatur testimonium catalogi pontificum ad codicis caput praemissi; in Seuerino enim papa desinit qui anno 638 post Christum electus est, et multo ueri similius est nomina quaedam addita identidem fuisse in archetypo ad finem catalogi anno circiter 600 redacti, quam omissa e catalogo circa 670 redacto. ratione ita de tempore habita, de loco ne minime quidem dubitandum est: Atrebatensem codicem de Atrebatensi uel uicino codice descriptum ex eo colligas, quod nullus Chlotharius quindecimo regni sui anno nisi in exigua Galliae septentrionalis regione dominabatur.

Ipsius sylloges Quesnelianae de aetate et ratione si nonnulla licet adicere, ego fratribus Ballerini et Friderico Maassen adsentior patriam sylloges Galliam uindicantibus. plus aequo tamen uiri illi inlustres in Paschasium Quesnel uidentur saeuiisse, qui si minus recte Romae compositam esse adfirmauit non inscite tamen colorem in ea Romanum detexit. equidem censeo saeculo uergente quinto uel ineunte sexto hominem Gallicum (Arelatensem fortasse, ut Ludouico Duchesne placet) in monumentis iuris canonici coaceruandis uersatum syllogen in usum ecclesiarum Gallicarum ita instituisse, ut materiam uernaculae externam, uniuersalem propriae, Gallicae Romanam praeferret, et ad propositum suum in capite operis enucleandum titulum supra laudatum, 'Continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta sedis apostolicae', una cum indice pontificum praemitteret. cuius indicis cum pars principalis, annis mensibus diebus pontificatuum singulorum instructa, non ultra Felicem papam producatur, non absurde conicias sub successore Felicis Gelasio (A.D. 492–496) esse confectum. ne tamen ante ultimum Gelasii annum gradum sistamus, uetant quae syllogae insunt; inuenies enim instrumenta ipsius Gelasii ad annum 495 pertinentia.

*β*. Codex Parisinus 8921, olim ecclesiae S. Petri Bellouacensis peculium, quo uix ullus inter codices sylloges Dionysio-Hadrianeae antiquior est, tum aliis quaternionibus tum etiam primo, quo tempore priores huius operis particulas publici iuris feceram, carebat, ita ut ad conciliorum capitula nusquam adhibere possem. sed auctore amico meo Alexandro Souter (qui ex Aberdonia in Cantabrigiam profectus, inde Oxonium demigrans, iam munere Professoris in lingua latina donatus in patriam suam non sine meo et huius operis damno reuersus est) exstare didici in bibliotheca publica Remensi exemplum iuris canonici pusillum his uerbis apud hodiernum catalogum denotatum: '2102. Fragment de la table d'un recueil de canons de conciles, écrit au viii^e^ siècle et provenant de l'église de Beauvais . . . Don des héritiers de P. Tarbé' (*Catalogue*

*général des manuscrits des bibliothèques publiques de France*: *Départements* tom. XXXIX 2 [A.D. 1906] p 1063); statimque agnoui hunc capitulorum indicem non posse non ad codicem Bellouacensem nunc Parisinum pertinere. de his cum per litteras Henricum Omont adirem, bibliothecae Parisinae uices praefecti gerentem, cuius utrum magis miranda esset scientia an beneuolentia semper dubitaui (innumerabilia eius erga me beneficia pergratum est commemorare), inueni, quod exspectare debueram, rem minime latuisse eos qui huiusmodi negotia apud Gallos procurant; nempe quaternio ille Parisios adlatus et in codicem 8921 iterum coagmentatus, suorum, ut ita dicam, iam tandem nactus est societatem. Parisiis eum uidi, et in capitulis conciliorum Gangrensis et Antiocheni (Tom II pp 165 221) conferre potui. codicis Bellouacensis si de loco et tempore nonnihil dicendum est, ipsum scripturae genus intra limites perangustos quaestionem coarctat: scriptura enim cui nomen dedit 'Corbeiensem formae ꝛcƀ' (id est, a b) peritorum consuetudo, neque ante annum 750 neque post 815 neque extra Galliam septentrionalem usi sunt librarii. idem dicendum est de codice Parisino 3836 (nobis X): uide supra p viii. et hunc codicem et illum uir clarissimus E. A. Loew in indice suo commemorat *Studia Palaeographica* (apud Acta classis philologicae et historicae Academiae Monacensis, A.D. 1910, xii p 37).

### III. De iis quae in hac operis parte edita sunt.

Paruum ecce in manibus habes, lector, operis mei frustulum, sed (ut spero) non parui momenti; quae enim hic legenda tibi traduntur uel omnino non, uel minus quam oportuerat exquisite, usque adhuc typis impressa sunt. ad Symbolum Nicaenum singula quaeque spectant. primum obtinet locum Romanum anni 379 concilium siue Damasi papae Tomus—fidei christianae quemadmodum ecclesia Romana acceperat forma praeter ceteras antiqua—quem in pristinam eius speciem uideor mihi reduxisse (pp 281–296). deinde latinas Symboli interpretationes quot arcessere potui congessi, et quaternas in binis paginis ordinaui quo facilius inuicem examinentur (pp 297–319); necnon materiam uerborum quibus usi sunt interpretes in indiculo expressi et nonnulla praecipuo digna notatu summatim attigi (pp 320–328). postremo accedes ad duos Symboli explanandi commentarios, utrumque ut puto intra centum post Symbolum editum annos conscriptum, quorum alterum primus euulgaui (pp 329–354), alterum diu apud opera sancti Hieronymi suppositicia latentem primus ad Damasi Tomum respicere ostendi (pp 354–368): libellos uel nomine auctoris carentes uel falsum prae se ferentes malui ἀνωνύμους relinquere quam incerta pro certis exhibendo spuriam cuilibet subolem tribuere audere. adnotatiunculas qualescumque ad has appendices pertinentes in caput proximae operis mei partis necessario distuli, quippe quae non eius sint copiae ut totum sibi quaternionem uindicent (pp 369–372).

Partem istam proximam (scilicet secundam fasciculi Tomi primi alterius), praeter adnotatiunculas modo dictas, conficient (1) Supplementum Nicaeno-Gallicum, id est, concilium Arelatense anni 314, unde canones aliquos mutuati sunt patres Nicaeni, concilium Valentinum anni 374, ubi primo notitia Nicaenorum canonum apud Gallos patet, concilii Arelatensis secundi canones I–XXV,

qui nihil aliud sunt atque Nicaenorum et priorum Arelatensium canonum instauratio; (2) Supplementi Nicaeno-Romani primitiae, siue concilii Serdicensis anno circiter 343 habiti canones.

De ueritate monumentorum iuris canonici in operis nostri ciuitatem adscitorum non est cur multa hic dicam. graecorum nonnisi interpretationes ad me pertinent, neque utrum legitima sit an spuria origo eorum mea interest sed tantum utrum apud latinos pro legitimis sint habita. de uernaculis latinis quamuis grauior sit quaestio, tamen non hoc loco, ut puto, longius sunt tractanda quae alibi uel scripsi uel scripturum me spero; satis sit uirorum doctorum libros censere qui uel hanc uel illam materiae nostrae particulam in dubium uocauerunt. canones Serdicenses tamquam falsos impugnauit J. Friedrich Monacensis *Die Unächtheit der Canones von Sardica* (apud Acta classis philologicae et historicae Academiae Monacensis) A. D. 1901, cui respondi et restiti in opusculo *The Genuineness of the Sardican Canons* (apud ephemeridem *The Journal of Theological Studies* iii [A. D. 1902] pp 370–397). decretum Damasi papae, quod ego partim in hoc Tomo supra pp 155–158 partim in ephemeride *The Journal of Theological Studies* i (A. D. 1900) pp 554–560 edidi, Damaso nuper abiudicauit et saeculo sexto adtribuit E. von Dobschütz Vratislauiensis *Das Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur xxxviii 4) A. D. 1912, cui me profiteor breui, Deo adnuente, responsurum. uix aequo iudicio, ut suspicari licet, uiri illi insignes sententiam dixerunt; adeo utrique ex animo erat iis quae ecclesiae Romanae fauere uideantur et auctoritatem et antiquitatem denegare.

### IV. Supplementum: libri qui appellatur *Constitutiones et Canones Apostolorum* fragmentum Veronense.

Ad finem huiusce partis, post p 368 infra, alios quinque quaterniones subiciendos curaui, quorum paginae, quia ad primam incepti nostri partem pertinent, a p 32 *a* usque ad p 32 *nn* numerantur; in capite enim operis, pp 1–32, typis mandaui Canones qui dicuntur Apostolorum, secundum quascumque latinas interpretationes tunc temporis cognoui, Dionysii scilicet Exigui priorem et alteram. inter has interpretationes, cum non multum alioquin intersit, hoc praecipuum commune est quod in utraque Dionysius ille, nescio qua ratione motus, nonnisi dimidium uel aliquanto plus Canonum Apostolorum uertit. tanto igitur melior mihi fortuna, quando nouam et modo non integram Canonum interpretationem contigit in insigni illa Veronensis Capituli bibliotheca inuenire, ubi tot uetustatis monumenta ex obliuione eruta erant et semper ut uidetur restat aliquid eruendum. cum enim anno 1911 bibliothecas nonnullas in Gallia Italia septentrionali Germania ad schedas huius partis (necnon secundae alterius Tomi partis) reuisendas perlustrarem, Veronam mense Maio adii: et quae ibi fieri opus erat fere transactis, in aulam superiorem comitante bibliothecario doctissimo et mihi amicissimo Antonio Spagnolo ascendi, ut tot et tam antiquorum codicum

uisu, tactu, paene dicam sapore, aliquantulum oblectaremur. codices sancti Hilarii duos, utrumque forsitan quinti saeculi, inspeximus; deinde codicis manu recentiore sancti Maximi Taurinensis nomine inscripti (LI [49] foll. 157) saeculo sexto (fortasse sexto exeunte) exarati paginas uersabamus. nimis manifesta saeculorum iniuria; omnia uel humore uel robigine qualicumque male laesa, multa lectu difficillima; oculos tamen traxit colophon et ipse euanidus, ubi e regione transcripta sunt a quodam ut puto bibliothecario uerba CANON(ES) NICAENORVM. sollicitus examinaui; Nicaenam materiam non ullam inueni; mox canones Apostolicos et ante canones libri Constitutionum Apostolicarum octaui supremam partem recognoui. scripturae uestigia indagare inceperam, sed paginis singulis describendis uix sufficiebant horae binae uel ternae; itineris et ad nostra reditus necessitas incumbebat. grauiter ergo aestuanti adiutorem mihi ultro se professus est Antonius Spagnolo: negotium meum qua est humanitate in se suscepit, qua est industria per longos dies gerebat, qua est scientia et sollertia in exitum felicem pertulit. nomen eius et amicitiae et gratiarum actionis et honoris causa liceat sollemniter in hac praefatione commemorare.

Huius materiae specimen, scilicet Constitutionum quicquid superest necnon canonem ultimum (quippe qui librorum s. Scripturae catalogum praebeat), iam anno praeterito in ephemeride *The Journal of Theological Studies* (xiii [A.D. 1912] pp 492–505 513 514) publici iuris fecimus. id tamen animaduertendum est, nouam in hoc opere recensionem non eandem esse atque illam, sed illi multo praestare. namque et ego rem iterum perpendebam, lacunas quo potissimum modo explendae essent curabam, conatus meos iudicio Antonii Spagnolo examinandos transmittebam, et ille, codice denuo perspecto, quae proposui singillatim aut commendauit aut emendauit. euentum eruditis non ingratum fore fidenter spero.

Quo tempore orta sit interpretatio si quaeras, quantum ualeat ad authenticum graecum recuperandum, quae mihi uera se esse probant in summa haec sunt: fragmenti Veronensis interpretatio et ualde antiqua est et—in comparationem uocatis (i) interpretatione Dionysiana, uide huius operis pp 1–32 supra; (ii) codice Patmio POB′, quo non antiquius iuris canonici monumentum apud graecos exstat (sed qui apographum in meum usum confecit canones quos omiserat Dionysius eheu! me auctore omisit); (iii) (iv) (v) graecis Francisci Torres Francisci Xaverii Funk et Pauli de Lagarde editionibus—optimae prae ceteris testibus apparet esse notae et ad aestimandos singulos quasi norma. unde exploratum habui tum editiones Turrianeam et Funkianam Lagardianae multo antecellere, tum testes siue graecos siue latinos qui Canones sine Constitutionibus separatim tradunt minus ad rem conferre quam ii qui Canones uno corpore cum Constitutionibus coniungunt. ne minime quidem dubitandum est quin qui Constitutiones Antiochiae uergente quarto saeculo sub nomine Clementis apostolorum discipuli coagmentauit ipse absoluto operi quasi apicem Canones adiecerit.

*In die sanctae Perpetuae et sociorum,*
*Nonis Martiis, Anno Salutis* MCMXIII

# ADDENDA EMENDANDA CORRIGENDA

*p* 190 *col a can* v *l* 10 *in notulis* **conuenticulum**: *adde sis nouum e quinto saeculo testimonium, epistulam scilicet quam nonnulli Galliae episcopi, Ceretius Salonius et Veranus, ad Leonem papam Magnum dederunt* (*apud S. Leonis* Opera, ep. lxviii § 1), 'illa specialis doctrinae uestrae pagina ita per omnium ecclesiarum conuenticula celebratur.'

*pp* 211 213 *col a. Isidori interpretationem* (*secundum syllogas ut uidetur* **S Sp**) *adhibuisse Theodorum archiepiscopum Cantuariensem patet e* Paenitentiali v § 14 (*apud librum* Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland, *edentibus Arturo W. Haddan et Willelmo Stubbs* iii [A. D. 1871] 182): 'Si quis a fide Dei discesserit **sine ulla necessitate**, et postea **ex toto animo penitentiam** accipit, **inter audientes** iuxta Nicenae concilium **iii annos** extra aecclesiam, et **vii annos** peniteat in aecclesia **inter penitentes** et **ii annos** adhuc **extra communionem**.'

*pp* 297 *sqq. Symboli Nicaeni interpretationibus latinis adde sis formam e codice bibliothecae publicae Fuldensis Bonifatiano* 2 (*cui nomen* 'codex Ragyndrudis' *inpositum est*) *depromptam; de repraesentatione eius phototypice curanda necnon de multiformi rerum Fuldensium notitia quam mecum communicauit gratias ago habeo bibliothecario humanissimo Carolo Scherer: codicem octauo* (*fortasse octauo ineunti*) *saeculo iure referas:*

Credimus unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium factorem:

et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, de Patre natum unigenitum hoc est de substantia Patris, Deum de Deo lumen de lumine Deum uerum (uero *cod**, *sed corr m p*) de Deo uero, genitum non creatum, homousion Patri hoc est eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in caelo et quae in terris; qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, homo factus passus est et resurrexit tercia die, ascendit in caelos, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos:

et in Spiritu sancto.

Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, et Antequam nasceretur non erat, et quia Ex nullis extantibus factus est, aut Ex alia substantia uel subsistentia dicunt esse, aut Conuertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica et apostolica aeclesia.

---

praef. p viii. *De origine codicis Parisini* 1564 (*nobis* Pi) *in animo mihi fuerat nonnulla disserere, sed propositi per incuriam oblitus sum. codex Petri Pithou fuit et, ut conicere licet, non alius ac* 'uetustissimus ecclesiae Cenomanensis codex', *a quo uir ille eruditus Fidem Isatis ex Iudaeo, Damaso papae aequalis et aemuli, descripsit*: 'Eundem porro auctoris nostri libellum ad editionem parauerat Petrus Pithoeus, qui . . . hoc opusculum ex uetustissimo ecclesiae Cenomanensis codice canonum post synodum Aruernicam se excerpsisse adnotauit; subditque . . . codicem . . . referre inscriptionem huiusmodi *Fides Isatis ex Iudaeo* non *Isacis*.'

## APPENDIX VIII

# CONCILIVM SVB DAMASO PAPA

### ANNO POST CHRISTVM CIRCITER 379 ROMAE HABITVM

# SIVE TOMVS OCCIDENTALIVM

**F** Codicum F *f* consensus, scilicet:

F **codex S. Mauri Fossatensis nunc Parisinus** lat. 1451: saec. viii exeunt. [fol. 25 *b*

*f* **codex Engolismensis nunc Vaticanus** Reginae 1127: saec. ix ineunt. [fol. 32 *b*

R **Codex Remensis postea bibliothecae Thomae Phillipps nunc Berolinensis** lat. 84: saec. viii [fol. 38 *b*

Pi **Codex origine fortasse Cenomannensis postea bibliothecae Pithoeanae nunc Parisinus** lat. 1564: saec. ix [fol. 21 *a*

Col **Codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis xxxiii: saec. ix ineunt. [fol. 107 *b*

**M** **Codicum a Fr. Maassen detectorum consensus**: inde a l 28 usque ad l 65: scilicet

*F* **codex Frisingensis nunc Monacensis** lat. 6243: saec. viii [fol. 13 *a*

W **codex Wirceburgensis** bibliothecae olim Capitularis nunc Vniuersitatis Mp. th. f. 146: saec. ix [fol. 26 *b*

$N_2$ **Codicis Vaticani 1322 (N) pars prior, quamuis tempore posterior**: inde a l 21 usque ad l 87: saec. vii–viii [fol. 9 *b*

**S** **Codicum sylloges 'Sanblasianae' consensus,** scilicet

S **codex Augiensis postea Sanblasianus nunc coenobii S. Pauli apud Carinthios** xxv $\frac{a}{7}$: saec. vii–viii [fol. 138 *a*

X **codex ut uidetur Treuirensis nunc Parisinus** lat. 3836: saec. viii [fol. 89 *b*

Y **codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxiii: saec. viii [fol. 137 *b*

Z **codex Lucensis** bibliothecae Capitularis 490: saec. viii–ix [fol. 266 *b*

*a* **Codex (sylloges Dionysio-Hadrianeae) Augiensis postea Sanblasianus nunc S. Pauli apud Carinthios** 6 (de hoc codice forte descriptus est Sangallensis 671, saec. ix): saec. ix ineunt. [fol. 13 *b*

*au* **Codex Augiensis nunc Karoliruhensis** xviii: saec. ix ineunt. [fol. 13 *b*

**C** **Codicum originis Gallicae nonnullorum consensus,** scilicet:

C **codex Corbeiensis nunc Parisinus** lat. 12097: saec. vi [fol. 89 *a*

K **codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxii: saec. vi–vii [fol. 84 *a*

T **codex ut uidetur Albigensis, nunc Tolosanus** bibliothecae publicae 364: saec. vii [fol. 72 *b*

*pi* **apud codicem Pithoeanum Paris.** lat. 1564 (uide supra) alterum concilii Damasiani exemplar: saec. ix [fol. 70 *a*

B **Codex Bobiensis nunc Mediolanensis** bibliothecae Ambrosianae S 33 sup.: saec. ix exeunt. [fol. 153 *a*

**Q** **Codicum sylloges Paschasii Quesnel (cap. LV) consensus,** scilicet

Π **codex olim Trecensis postea Francisci Pithou nunc Parisinus** lat. 3848 A: saec. ix [fol. 136 *a*

Υ **codex Vindobonensis** 2141: saec. ix ineunt. [fol. 90 *a*

Ψ **Codex Atrebatensis** 572 (644): saec. ix ineunt. [fol. 124 *b*

**v** **Codicum sylloges 'Vaticanae' (cap. XXXVI) consensus,** scilicet

*u* **codex Farfensis, postea Barberinianus** xiv 52, **nunc Vaticanus**: saec. ix [fol. 137 *a*

*v* **codex Vaticanus** 1342: saec. ix–x [fol. 100 *a*

*w* **codex Florentinus** bibliothecae Laurentianae aedil. eccl. 82: saec. x [fol. 87 *a*

**Codex apud Lombardos in Italia meridionali scriptus nunc Vaticanus** 5845: saec. ix–x [fol. 190 *b*

*s* **Codex olim Sessorianus basilicae S. Crucis** lxiii **nunc bibliothecae Victoris Emmanuelis** 2102: saec. viii exeunt. [fol. 16 *a*

*vall* **Codex bibliothecae Vallicellianae** A 5: saec. ix [fol. 235 *b*

L **Codex Laureshamensis nunc Vaticanus** Palatinus 574: habet ll 66–74: saec. ix ineunt. [fol. 15 *a*

Arnob Arnobius Iunior, uide p 282

---

De Filastrio Gelasio Vigilio uide pp 295 296 infra

*Tomum Damasi* (*ut me monuit reuerendus pater F. W. Puller, uir praeter alios in inuestigandis rerum Damasianarum doctrina historia temporibus eruditus*) *exscripsit auctor libri qui uocatur* Conflictus Arnobii cum Serapione de deo trino et uno: *quem librum, medio fortasse quinto saeculo scriptum, in lucem protulit F. Feuardentius e codice monasterii S. Iacobi Leodiensis et ad calcem operum S. Irenaei* (*Coloniae*, A.D. 1596: *p* 567) *euulgauit. textus cum codd* **C** B *plerumque consentit.* [Arn-ed = *editio Feuardentii*: Arn-leod = *codex eius Leodiensis*: Arn-barb = *codex olim Barberinianus* xi 148 *nunc Vaticanus* barb. lat. 505 *fol* 68 *b, saec.* ix–x (*deficit post l* 110): Arn-aug = *codex olim monasterii SS. Vdalrici et Afrae apud Augustam Vindelicorum saec.* x, *fol* 98 *b, teste Placido Braun* Notitia historico-litteraria de codicibus manuscriptis . . . *Aug. Vindel.* A.D. 1791, ii 140, *nunc* 13 *in Ordinariats-Archiv* (*hodiernum eius domicilium detexit, et cum Hahn* Bibliothek der Symbole *p* 272 *mea causa contulit, Germanus Morin*): Arnob = *consensus testium*]. *lectiones Arnobianas non omnes memoraui.*

*Damasi Tomum uel ipse graece uertit uel potius iam ante aetatem suam uersum inseruit* Historiae Ecclesiasticae v 11 *Theodoretus episcopus Cyrrhensis. hanc interpretationem Tomo latino e regione opposui* (*pp* 284 *col b*–294 *col b*), *codicibus fretus Oxoniensi Bodleiano* Auct. E 4. 18 (B: *saec.* x: *fol* 105) *Vaticano* gr. 628 (V: *saec.* x–xi: *fol* 212 *b*) *Parisino* gr. 1433 (P: *saec.* xi: *fol* 306 *b*), *quos contulerunt uiri egregii G. Mercati, F. E. Brightman, K. Lake. graecus interpres, siue Theodoretus siue alter, codicem latinum in manibus habuit simillimum codicibus nostris* **Q**: *conferas exempli gratia ipsum Tomi titulum p* 284 *coll a b.*

*interpretationem Tomi suam habebant et Syri; quam cum e graeca pendere certum sit, ad textum graecum constituendum adhibui. codices nonnisi duos inueni, Musei Britannici* Add. 14529 (syr-1: *saec.* vii–viii: *fol* 1 *b*) Synodicon Damasi episcopi Romae contra haereses diuersas, *et* 14533 (syr-2: *saec.* viii–ix: *fol* 18 *b*) Synodicon sancti Damasi archiepiscopi Romae contra omnes haereses diuersas ad Flauianum episcopum qui Thessalonicae fuit. *codices mea causa inspexit uir linguae syriacae peritissimus E. W. Brooks.*

*de interpretatione arabica disserit W. Riedel* Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien (*Lipsiae* A.D. 1900) *pp* 181–183: *textum eius in linguam germanicam uertit* ib. *pp* 94–97.

---

*Tomi huius edendi rationem per multos annos perpendi, neque in ulla mei laboris parte tam diu haesitaui. ueritate minutatim dispecta, exploratum prius habebam* (i) *familiam codicum* C K T *pi* B Arnob *gallicam, in quibus concilium nostrum anno circiter* 379 *habitum epistulae eiusdem Damasi iam anno* 375 *ad Paulinum Antiochenum datae immixtum est* (*uide paginam* 295 *in summo*), *nullius fere esse pretii;* (ii) *codices qui Symbolum Nicaenum concilio nostro praemittunt* (*uidelicet* R Col **F S**: *confer etiam* Pi $N_2$ **M**) *et hoc recte praemittere et alibi reliquis codicibus longe antecedere. dissentientibus autem inter se codicibus melioris notae* (*familiae* **S** *plerumque suffragantur ceteri*), *iterum rem obscurabant tenebrae: lucem diei tandem adtulit codex quem omnium fere postremum, anno scilicet* 1905, *Coloniae inueni* (bibl. Capit. xxxiii).

*in textu igitur constituendo fidem omnino adhibendam esse decreui codicibus* Col R **F** Pi, *paucis illis quidem sed optimis: cuius rei si exemplum desideres, uide l* 142 (*p* 293), *ubi* hereticus est . . . immo Iudaeus *ueram esse lectionem nemo ut puto non confitebitur. scilicet qui Tomum descripserunt parum habebant dicere* 'hereticus est', *nedum* 'non recte sentit'; *unde terdecies pro* 'hereticus est' (*ll* 77 80 84 87 95 100 103 106 110 115 122 126 142), *semel pro* 'non recte sentit' (*l* 92), *supposuerunt* 'anathema sit'. *hoc tamen uocabulum nusquam praebet certus Tomi textus: contra in illis utrique consentiunt testes, ll* 127–129 'si quis de patre et filio bene senserit, de spiritu autem non recte habuerit, hereticus est'.

*Tomum nostrum magni aestimasse aetatis sequentis scriptores non mirum est: inter quos praecipue nominandi sunt Filastrius* (*uide p* 295 *infra*), *Arnobius Iunior* (*supra, et p* 296 *infra*), *et qui Commentarium in Tomum circa* A.D. 400 *composuit* (*uide pp* 354–368). *sed re uera mirum, iam primum prodire editionem Tomi apparatu critico instructam.*

**Tomus seu Fides Damasi**

INCIPIT FIDES APVD NICEAM CONSCRIPTA AB EPISCOPIS [RECTE] CREDENTIBVS CCCXVIII

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, [omnium] uisibilium et inuisibilium factorem:

et [in] unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum de Deo lumen de lumine Deum uerum de Deo uero, natum non factum, unius substantiae cum Patre (quod graeci dicunt omousion), per quem omnia facta sunt siue quae in caelo siue quae in terra; qui propter nos homines et propter nostram salutem discendit, incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit in caelos uenturus iudicare uiuos et mortuos:

et Spiritum sanctum [neque facturam neque creaturam sed de substantia deitatis].

Eos autem qui dicunt: Erat [tempus] quando non erat, et Priusquam nasceretur non erat, et quia Ex nullis extantibus factus est uel ex alia substantia [siue essentia], dicentes Mutabilem et conuertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

---

F *f* R Col S X Y Z *Symbolum habent soli* **F** R Col **S**: *praecedit apud* N$_2$ *symbolum Constantinopolitanum cum anathematibus Nicaenis, apud a symbolum Nicaenum interprete Attico: de* **M** *uide tabulam* II *post p* 152 *supra*: *om* Pi, *quippe qui symbolum una cum concilio Nicaeno superius adhibuisset* (*uide titulum infra*). *de forma textus confer indicem diuersarum lectionum, pp* 320 *seqq*

*Tit praem* INCIPIT FIDES APVD NICEAM CONSCRIPTĀ AB EPISCOPIS CREDENTIBVS CCCXVIII (CCCXVII *f*) **F**: FIDES CONSCRIPTA A RECTORIBVS EPP̄ CCCXVIII Col; INCIPIT EXPOSITIO FIDEI A TRECENTIS DECIM ET OCTO EPISCOPIS [+ IN NICAENA SYNODO FACTA *in ras*] R; INCIPIT PARS FIDEI DE EA QVAE APVD NICEAM HABITA EST AB EO LOCO VSQVE VBI DICIT 'HOS ANATHEMATIZAT CATHOLICA ET APOSTOLICA ECCLESIA' QVAE FIDES COM SINODO NICENO IN HOC LIBRO SCRIPTA EST Pi; INCIPIT DE [*om* DE S] SYNODO [SINODO X] NICAENO [NICENO Z] SCRIPTA [SCRIBTA S Z] PAPE [PAPAE Y] DAMASI [DAMASSI S Y] AD [A S] PAVLINVM ANTHIOCENAE [ANTHIOCAENAE S ANTOCHENE Y] VRBIS EPISCOPVM [EPIS̄ Y] **S**. *confer etiam titulum codicum* **Q v** *l vall*, *p* 284 *col a*

2. **omnium u. et inu. factorem** R Col: creatorem u. et inu. factorem **F** creatorem u. et inu. **S**

4. **et**: *om* Col  **in F** Col **S**: *om* R  6–8. **de** *quinquies* **F** R Col: ex *toties* **S** (ex 4° *in ras* X)

9. **factum F** R Col: creatum **S**  10. **graeci** R Col: graece **F S**  11. **siue quae**: siue S* siq^ue S²  12. in terram X  13. **nos homines et propter**: *om* (*fortasse per homoeoteleuton*) S Z  14. **discendit F** Col X Y: + de caelo S Z, de caelis R  **factus est** R Col *f*: factus (*sine* est) S F  15. **est 2° F**: et Col est et **S** mortuos et saepultus R tertio R  16. ad caelos S in caelis X Y **uenturus F** Col: inde uenturus R uenturus inde **S**

18. **spiritum** R **S**: *praem* in **F** Col  **neque facturam ... deitatis F S**: *om* R Col  19. de substantiam S Z

21. *Incipit hinc cod* N$_2$  **Erat**: + aliquando R § N$_2$ **tempus** R N$_2$ **S**: *om* **F** Col  24. **substantia siue** (si R*) **essentia** R Col: essencia N$_2$ substantia **F** subsistentia (subsistantia Y) **S**  25. **et conuertibilem**: *om* (*per homoeoteleuton*?) R ¶ F *f*

---

S X Y Z R 1. omnptt S  4. **nostrum**: nm̄ Col  10. patrae Z  grec. S X Z crec. Y  homousion S Y F *f*  12. que X Z  14. descendit S  15. diae R X  23. exstantibus R  25. essientia R essencia N$_2$  26. anatimatizat R  27. ecclē S aecclesia Z

**Tomus Damasi**

[POST HOC,
CONCILIVM QVOD IN VRBE ROMA
CONGREGATVM EST A CATHOLICIS EPISCOPIS
ADDIDERVNT DE SPIRITV SANCTO]

Et quia postea hic error inoleuit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere Spiritum

**Eiusdem interpretatio graeca**

**apud Theodoretum** *Hist. Eccl.* v 11

Ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως ἣν ὁ πάπας Δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Παυλῖνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ὃς γέγονεν ἐν Θεσσαλονίκῃ

Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον αὕτη ἡ πλάνη ἀνέκυψεν ὥστε τολμᾶν τινὰς βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ Υἱοῦ·

---

R Col *ϝ* W $N_2$ S X Y Z *a au* C K T *pi* B Π Υ Ψ *u v w* *l vall s* Arnob

28. *Incipiunt hinc codd* **M C** B **Q v** *l vall s au* (*tit praem* CONFESSIO FIDEI CATHOLICAE QVAM PAPA DAMASVS MISIT AD PAVLINVM ANTHIOCENVM EPISCOPVM **Q v** *l vall*)

28–31. POST HOC *usque ad* SPIRITV SANCTO: *om* **F** Pi (*fortasse recte, neque enim ipsius concilii uerba esse uidentur: cf etiam Thdt*). *de sylloge Isidoriana et de Vigilio papa uide p* 296 *infra*

28. **Post**: *praem* Quia Arnob **hoc** R Col $N_2$ **S M**: *om* **C** B **Q v** *l vall s au* Arnob 29. **concilium** R Col **M**: + Nicaenum (Nicenum K $N_2$ Y Nichenum T Ψ) $N_2$ **S Q v** *l vall s a au* (Vigil), + itaque Nicaenum et **C** (K T *pi*: *om per homoeoteleuton* itaque Nicaenum et quod in urbe Roma concilium C) B Arnob (*om* itaque Arn-ed) **quod**: quo Col quos Arn-aug; *om* **M** *s a au* **in**: *om* Arnob **Roma**: a Constantinopolitana Y 30. **congregatum est** R Col: congregati sunt **M** concilium congregatum est $N_2$ **S C** B Arnob *s a au* postea congregatum est **Q v** *l vall* **a catholicis episcopis**: catholicis epis̄ *v w* catholici epis̄ *u* catholici episcopi Col **M** *l vall*, *fortasse recte* 31. **addiderunt . . . postea** (*l* 32): *om* Arn-ed **addiderunt**: *praem* et **M** *s a au*, *praem* in quo B

§ **F** *f* Pi 32. *Incipit hn c* Pi **Et**: *om s* *tr* postea quia Pi **hic error inoleuit**: his (is Ψ[2] Arn-ed) error inoleuit (-ebit *l*) **Q** *l vall* Arn-ed his erroribus inoleuit (noluit *u* imoleunt *v*) **v** **ut**: et Y* (*sed corr m p*) Pi 33. **ore sacrilego**: sacrilego ore **M** ore sacrilega **F** more sacrilego Arn-leod-aug mori sacrilego *pi* ori sacrilego **v** discere K* **spiritum**

*Concilium Damasi apud editionem Historiae Ecclesiasticae Theodoreti a Th. Gaisford curatam* (*Oxonii* A.D. 1854) *pp* 418–423 *inuenies: textum tamen ad fidem praecipue codicis Bodl. Auct.* E 4. 18 (B) *passim emendaui; neque in hoc consilium ipsius editoris non respicio, scribit enim in praefatione sua* 'fortasse plures istius codicis lectiones, quam a me factum est, in contextum recipere debueram.' *de codicibus nostris uide p* 282 *supra*

*Titulum* (Ὁμολογία . . . Θεσσαλονίκῃ) *habent* B P *et in margine* V *cum syr-*1 (*conferas titulum codicum latinorum* **Q v** *l vall, uide col a*): *om syr-*2, *sed habet* Ad Flauianum episcopum qui Thessalonicae fuit ὁ πάπας B P *cum latt*: episcopus *syr-*1; *om* V Δάμασος (*tr* ἀπέστειλε Δ.) V, *cum plurimis codd latt et ipso Damaso, in cuius epigrammatibus semper scribitur* Damăsus: Δαμάσος B, *cf codd* S Y Damassi (*p* 283 *col a*), *cod* K Damassus (*p* 295), *necnon epigramma in honorem Damasi a presbytero quodam Leone inscriptum* Damāso (*uide I. B. Lightfoot* S. Clement of Rome[2] ii 329) *tr* Παυλῖνον ἐπίσκοπον V *syr-*1 ἐν τῇ Μακεδονίᾳ B V P: *om syrr* γέγονεν B: ἐγένετο V P

2. τινάς B *syrr*: τινά V P

---

30. epi¦copi Col 31. addederunt C K *ϝ* adderunt C K T $N_2$ R S X Y Z *ϝ* R* **spiritu**: epo T* spo T[2]

32. ineoleuit F inolebit K *l* 33. sacrelego S sacriligo K audit rent *w* audirent X Pi *pi* auderē *u*

### Tomus Damasi

sanctum factum esse per Filium; Anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant eum cum Patre et Filio unius potestatis esse adque substantiae: Anathematizamus quoque eos qui Sabellii sequuntur errorem, eundem dicentes [esse] Patrem quem et Filium: Anathematizamus Arrium adque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium et Spiritum sanctum adserunt creaturas: Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrii stirpe uenientes non perfidiam mutauerunt sed nomen: Anathematizamus Fotinum, qui Ebionis

**sanctum**: de spiritu sancto **v** *l vall* 34. *tr* esse factum **v** *l vall* **per**: propter *s*
35. anathematizemus *v l vall* quoque eos *l* totam libertatem Col totam liberalitatem R* tota liberalitate $R^2$ totali libertate Arn-ed 36. **proclamant eum**: proclamantes **F** proclamantem Arn-barb **eum**: spiritum sanctum Arn-ed **eum cum patre et filio**: eundem quo patrē et filium $N_2$ 37. *tr* esse potestatis Col **M**
38. anathematizemus *l vall* *tr* eos quoque **C** B Arn-barb-aug *f* Pi eos cumque R 39. **errorem . . . filium**: *om* Pi **eundem**: eam Arn-barb* dicentem *u* 40. **esse patrem** **F** R **S** *s au a*: *tr* patrem esse **M C** B **Q** **v** *l vall* Arnob esse patrem esse $N_2$ patrem (*om* esse: *fortasse recte*) Col **quem**: quam K **et** **F** R **S** $N_2$ **Q** **v** *s au a* Arn-ed: *om* Col **M C** B Arn-barb-aug *l vall*
41. anathematizemus *l vall* **Arrium**: *add sup lin* $N_2$ 42. **qui**: qua *l* **pari**: patri F W* impietatem *u* **licet sermone dissimili**: dissimulari licet sermone *f* 44. **adserunt** **F** R Pi Col **M**: + esse *rell* creaturam **M** *vall* (= *Thdt*)
45–47. **Anathematizamus** *usque ad* **nomen**: *om u* 45. anathematizemus *l vall* **qui**: *om v l vall* 46. **Arrii**: arrianorum *l vall* arriis Col ueniente *pi* perfidia $N_2$ perfidam T 47. **mutauerunt** **F** R Pi Col **M** **v** *l vall*: mutauere **S** $N_2$ **C** B **Q** Arnob nomine C
48. anathematizemus *l vall* **Fotinum**: *om*

### Eiusdem interpretatio

ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ὁμοίως δὲ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς τῇ τοῦ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ Πατέρα εἶναι καὶ Υἱόν· ἀναθεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον, οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ, εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέρονται, τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται· ἀναθεματίζομεν τοὺς Μακεδονιανούς, οἵτινες ἐκ τῆς τοῦ Ἀρείου ῥίζης καταγόμενοι οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξαν· ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τοῦ Ἐβίω-

7. τῆς μιᾶς: et unius naturae eorum *syrr*
9. δέ: *om* V καί: *om* P τοῦ: *om* V P 11. λέγοντας: dicentis (*sc* λέγοντος) *syrr* *tr* καὶ υἱὸν εἶναι V καί 2°: τόν P
12. Ἄριον B οἵ: + δέ P 13. διαφέρονται B: διαφέροντες V διαφέροντας P 15. διϊσχυρίζονται: contendunt et dicunt (*ita etiam l* 24) *syrr*
17. Ἀρίου B 18. ἀσέβειαν: + eius *syrr*
20. Φωτεινόν: *praem* etiam *syrr* Ἀβίωνος B

35. anathemathezamus C anathematezamus K Z anathimatizamus T *l* anatimatizamus R anathematizatus *pi* 37. potestati C potestates K atque $N_2$ T *ꝼ* anq; F substanciae $N_2$ substantia Pi 38. anathematezamus C K $N_2$ Z anatimatizamus R anathematizatus ? *pi** sabelli T Col Ψ **v** Arn-aug sapbellii F sabellei Pi *pi* sabylii R 39. secuntur C K R $N_2$ Col *ꝼ* Π Ψ* seqntur S sequntur Y dicentis X 41. anathematezamus C K $N_2$ anatimatizamus R atque $N_2$ R T Y *ꝼ* ednomium R* eonomium **F** R* 42. inpietate S licit K sermoni T X sermonem R* sermonei $R^2$ 43. dissimile S Col* 44. asserunt C R asserent $N_2$ 45. anathematezamus K anathetizamus $N_2$ anathemazizamus ϒ* anatimazamus R* anatimatizamus $R^2$ machedonianos $N_2$ T Col *ꝼ* Π Ψ 46. arri Y *pi* styrpe S T 47. natauere C mutaueri T mutauerem X* muntauere Y* mutare *pi* **sed**: se Z 48. anathematezamus K anatimatizamus R futinum K S T X photinum F fhotinum *f* fontium *u* euinnis $N_2$ aebionis Y hebionis K R S T Z B Col *s* ϒ hebiones C hebianis **F** 49. herisem C heresem

**Tomus Damasi**

heresim instaurans Dominum Iesum Christum tantum ex Maria confitetur:

Anathematizamus eos qui duos adserunt filios, unum ante saecula et alterum post adsumptionem carnis ex uirgine:

Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationabili et intellegibili dicunt Dei Verbum in humana carne uersatum, cum ipse Filius et Verbum Dei non pro anima rationabili et intellegibili in suo corpore fuerit, sed nostram (id est rationabilem et intellegibilem) sine peccato animam susceperit adque saluauerit:

Anathematizamus eos qui Verbum Filium Dei extensionem aut collectionem

*Cf Gregorium Iliberritanum, p 294 infra*

F *f* R Pi Col *F* W $N_2$ S X Y Z *a au* C K T *pi* B Π Υ Ψ *u v w* *l vall s* Arnob

¶ C K T *pi*

§ Vigil

¶ Vigil

§ C K T *pi*

*w** 49. herese *v* **dominum**: + nostrum *s a au* **Iesum**: *om* C T *pi* (*habent autem* K B) 50. **christum**: *om* Arn-aug **tantum**: tantam $N_2$ natum **v** *l vall* (*uide not sequentem*) **ex Maria**: + non **v** *l vall*, + uirgine Arn-ed confitentur **M** $N_2$ X*

51–53. **Anathematizamus** *usque ad* **ex uirgine**: *om* **C**: *de Vigilio papa uide p* 296 51. anathematizemus *l vall* **eos**: *om* S **adserunt filios F** R Pi Col **M** B: *tr* filios adserunt $N_2$ **S Q v** *l vall s a au* Arnob Vigil 52. post adsumptione $N_2$ S 53. ex uirginem **F** Pi

54. anathematizemus *l vall* **qui**: *om* $N_2$ **pro**: *om u** 55. rationale *F* **et intellegibili**: *om per homoeoteleuton l s** dicent C 56. **dei**: dm̄ *s** in umanam carne $N_2$ in humanam carnem R in una carne Col 57. **filius et uerbum dei non** R (*cf Thdt*): filius (+ dei *s**) sit uerbum dei non Col Pi **M** *s* (*sed tr* uerbum dei sit Pi) filius sit uerbum dei et non **S** *au a* **C** B Arnob **Q v** *l vall* filius sit uerbum dei et (*om* non) **F** 58. rationali *F* **intellegibili in**: intellegibilium *l* 59. **fuerit**: + uersatus *au a* nostrum K (Υ ?) 60. rationalem *F* 61. anima K saluarit C K B saluaret T *pi* saluerit $S^2$

62. anathematizemus *l vall* **eos**: *om* **M** **uerbum**: uerum **v** *l vall* 63. *tr* dei filium Arn-ed **dei**: *om* **F** **extensionem aut** (*om* aut *F*) **collectionem** Col **M** $N_2$ (*uide p* 294 *col b*): extensione aut collectione R **S** (− Y) *s au a* B *pi* **Q v** *l vall* Arnob (ut *pro* aut

**Eiusdem interpretatio**

νος αἵρεσιν ἀνακαινίζων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μόνον ἐκ τῆς Μαρίας ὁμολογεῖ· ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς δύο υἱοὺς εἶναι διϊσχυριζομένους, ἕνα πρὸ τῶν αἰώνων καὶ ἄλλον μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἐκ Μαρίας ἀνάληψιν·

ἀναθεματίζομεν κἀκείνους οἵτινες ἀντὶ λογικῆς ψυχῆς διϊσχυρίζονται ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐστράφη ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκί· αὐτὸς γὰρ ὁ Υἱὸς [ὁ τοῦ Θεοῦ] Λόγος οὐχὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς ψυχῆς καὶ νοερᾶς ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι γέγονεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν τουτέστι λογικὴν καὶ νοερὰν ἄνευ τῆς ἁμαρτίας ψυχὴν ἀνέλαβέν τε καὶ ἔσωσεν·

ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λέγοντας τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ ἐκτάσει καὶ τῇ συστολῇ

22. Μαρίας: + initium sumpsisse *syrr* ὡμολόγει V

23. *tr* διϊσχυριζομένους εἶναι V P 25. τήν: *om* P σαρκός: corporis *syrr* ἐκ τῆς Μαρίας V P

30. ὁ υἱὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος P: οὗτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος V ὁ υἱὸς λόγος B filius dei deus uerbum *syrr* 31. ψυχῆς καὶ νοερᾶς B: καὶ νοερᾶς ψυχῆς V P anima (*tantum*) *syrr* ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι: in corpore templi sui *syr*-1 32. γέγονεν . . . ἔσωσεν (*l* 34): uersabatur, sed ipsemet, eo quod naturae humanae unitus est, fuit homo perfectus sine peccato *syr*-2 34. τε: *om* V P

35. καί B *syrr*: *om* V P *cum latt* τὸν λόγον τοῦ θεοῦ: deum uerbum *syrr* 36. τῇ 2°: *om* V

K T Col haeresim X Z heressim Y instauras Ψ* 51. anatimatizamus R duo W* 51. asserunt $N_2$ R 53. adsumpcion. $N_2$ carnes F* uirginae R 54. anathematezamus K anatimatizamus R homines R* 55. animā *pi* rationale *F* rationabile **F** racionabili R intellegibile *F* **F** intelligibilem *u* intelligibili X 56. uman. $N_2$ 57. ipsi X **filius**: fius *u* 58. racionabili $N_2$ R rationabile S* rationabeli X intelligibili C **in suo**: *bis* Pi* 59. **nostram**: n̄tam Π 60. racionabilem $N_2$ racionabile *pi* intelligibilem X siñ (si non ?) R 61. susciperit C T X Z atque $N_2$ R T Y *F* saluarit C K B saluaret T *pi* 62. anathematizamus K anatimatizamus R 63. extinxione C extentione K T Y Pi collictione R

*ae uoce* insubstantiuus *uide p* 369 *infra*

## Tomus Damasi

et a Patre separatum, insubstantiuum et finem habiturum, esse contendunt:

Eos quoque qui de ecclesiis ad ecclesias migrauerunt tamdiu a communione nostra habemus alienos quamdiu ad eas redierint ciuitates in quibus primum sunt constituti. quod si alius, alio transmigrante, in loco uiuentis est ordinatus, tamdiu uacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit ciuitatem, quamdiu successor eius quiescat in Domino.

---

*u*, et *pro* aut B) extentione aut (et K) collectione K T Y Pi extinxione aut collectione C extinctione atque allectione *f* extinctione atque allatione F  64. **et 1°**: aut S  **separatum**: separato T; + et Pi **S** *a au*, seu **F**  65. **finem**: fine $N_2$ fidem **v** *l vall*  esse habiturum esse K  habitaturum Y

¶ *F* W F *f* 66. *Deficiunt dehinc codd* **M**

§ L 66–74. *Hanc pericopen om* **F** (*et loco suo* T, *habet autem fol* 37 *b*), *delet au*[2]; *contra habet codex* L (Vat. Pal. 574 *fol* 15 *a*) *sub titulo* VIIII Dilectissimo fratri Paulino Damasus Eos quoque qui (*etc, cum textu nostro*)

66–87. *In cod* $N_2$ *perierunt ad finem cuiusque lineae litterae uel duo uel tres*

66 **Eos**: Eo K* (*corr m p*)  **quoque**: autem Arn-ed  **de**: ab Arnob; *om w*  de suis eclesiis ad alteram eclesiam L  **ad ecclesias**: ad ecclesiam (-ia K) Col **C** (L) B Arn-barb-aug *l s* Π; *om* Y  67. **a**: ad S* *u l* de **C** B Arn-aug L ex R  68. **habemus** (*cf Thdt*): habeamus C T[2] K B R Ψ* *l vall*  **quamdiu**: donec Arn-ed; + non Col *l** *vall*  69. redirent $N_2$  **in**: *om* C *pi*  **quibus**: qua $N_2$  *tr* sunt prim. *s au a*, sint primum Arn-ed primo R* Pi Col primus R* *u w*[2] (*om w**) primis *v* primitus *l vall s au a*  70. **quod**: quos *au*  **si alius alio**: ex illius a $N_2$* ex illius $N_2$[2]  **alius**: aliut *u* quis alius Arn-ed  71. in loca $N_2$ in locum **v** *l vall*  **uiuentis**: habentis *ut uid* $N_2$ uibentis *l* uenientis B uenientes K R inuentus Arn-leod  *tr* ordinatus est **v** *l vall*  **est**: et $N_2$  72. **uacet**: uacat $N_2$ uacent *l*; + a $N_2$ *s au a v w l vall*, et *u*  **qui**: quia Col T Arn-aug  73. **deseruit**: defuit L deserunt S deseruerit *s au a*

¶ Col L ciuitate $N_2$  74. **quiescat**: uiuit C uiuet *pi*

## Eiusdem interpretatio

ἀπὸ τοῦ Πατρὸς κεχωρίσθαι, καὶ ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι ἢ μέλλειν τελευτᾶν βλασφημοῦντας.

Τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλη-
41 σίας μετελθόντας ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρις οὗ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι τὰς πόλεις ἐν αἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. ἐὰν δέ τις ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετελθόντος ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τοσούτου σχολάσειεν ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος ὁ τὴν ἰδίαν πόλιν καταλείψας ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ.

---

38. εἶναι: *om* B  μέλλειν τελευτᾶν: sub morte uinctum *syrr*  39. βλασφημοῦντας B V P: contendunt et dicunt *syrr* (*cf latt*)

40. ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς V P: ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς τάς B  41. ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας B P: ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας V a nobis et a communione nostra *syrr*  44. πρῶτον ἐχειροτονήθησαν: dexteram sacerdotii acceperunt *syrr*  46. τοῦ ζῶντος: *om syrr*  47. σχολάσῃ B  ἀρχιερατικοῦ V  48. τάγματος BP*: ἀξιώματος V P[2]  49. αὐτόν B, *cum latt* eius: αὐτός V P

---

64. seperatum Col  insubstantibum $N_2$

66. decclesiis S  eclesiis C L aeclesiis Z ecclesis $N_2$Y  eclesias Z (C L)  67. megrauerunt C R  tamtiu Z  communionem Z  68. nostram Pi n̄ta Π  alienus C K L* R*  69. **eas**: ehas Z  redirent $N_2$ redierent *pi*  ciuitatis C L Ψ*  70. constiti *u*  **alius**: alios L*  **alio** alios Z  transmegrante C  71. uiuentes C *pi*  ordininatus Y  72. uacit K L Pi *pi* uac̄ R  sacerdocii $N_2$ sacerdoti Y  dignitatē *pi*  73. sua *w*  successur K succersor Z

**Tomus Damasi**

Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum esse: hereticus est.

Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de substantia diuina ipsius: hereticus est.

Si quis non dixerit uerum Deum Filium Dei, sicut uerum Deum Patrem [eius, et] omnia posse [et] omnia nosse et Patri aequalem: hereticus est.

Si quis dixerit quod in carne constitutus,

**Eiusdem interpretatio**

Εἴ τις μὴ εἴπῃ ἀεὶ τὸν Πατέρα καὶ ἀεὶ τὸν Υἱὸν καὶ ἀεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι· ἀνάθεμα ἔστω.

εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν Υἱὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρός, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θείας αὐτοῦ· ἀνάθεμα ἔστω.

εἴ τις μὴ εἴπῃ ἀληθινὸν θεὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀληθινὸν θεὸν τὸν Πατέρα αὐτοῦ, καὶ πάντα δύνασθαι καὶ πάντα εἰδέναι καὶ τῷ Πατρὶ ἴσον· ἀνάθεμα ἔστω.

εἴ τις εἴπῃ ὅτι ἐν σαρκὶ διάγων ὁ Υἱὸς

---

F *f* R Pi $N_2$ S X Y Z *a au* C K T *pi* B Π Υ Ψ *u v w* *l vall s* Arnob

75–77. **Si quis non dixerit semper** *usque ad* **esse hereticus est**: *om per homoeoarcton* Col  76. **semper**: et C T *pi* (*non autem* K)  **esse**: fuisse et esse **C** B Arnob; *om* **v** *l vall*  77. **hereticus est** **F** R Pi anathematizamus $N_2$ anathema sit **S C** B **Q v** *l vall s a au* Arnob

¶ F *f s pi*

§ Col

78–80. **Si quis non dixerit filium** *usque ad* **ipsius hereticus est**: *om* **F** *s pi*  78. **filium**: *om a**  79. **id est**: hoc est *l vall*; *om v*  *tr* ipsius diuina **S** *au a* ipsius diu $N_2$* ipsius dii [*sc* dei] $N_2^2$  **ipsius**: *om* Pi  80. **hereticus est** R Pi Col: anathema sit $N_2$ **S C** B **Q v** *l vall a au* Arnob

§ F *f s pi*

25. **caelestia et terrena** Att-Dion-**H**
**in caelo et in terra** Gall Gall-Hisp Isid-**M** [V Conc-Hipp *codd* **v**] XIV *a*
**quae in caelo et in terra** III *b* (Hil) [XIII-*cod*] XIV *b* [XV-*cod*]
**quae in caelo et in terra sunt** XIV *b-cod c*
**quae in caelo et quae in terra** I-J [VII (Isid-Sp)] XIII-*codd* XV-*cod* XVI *a b c* XVII XX *c-codd*
**quae in caelo et quae in terris** Caec–Ruf–XVIII **v** XX *c-codd*
**quae in caelis et quae in terra** VII (Isid-V) XVI *a-cod*
**quae in caelo sunt et quae in terra** Caec-*codd*
**quae in caelo et quae in terra sunt Q**
**siue quae in caelo siue quae in terra** Dam I (Comm-symb) III *a* (Hil) IV (Greg-Ilib) V (Conc-Hipp) VI (Carth-419) X (Leo)

**siue quae in caelis siue quae in terra** XI (cod-Taurin) XII (cod-Mediol)
**siue quae in caelo siue quae in terra sunt** II (Lucif)
**siue quae in caelo sunt siue quae in terra** VIII (Carth-525)
*om* XV-*codd* XIX XX *a b*

26. **nos homines et propter**: *om per homoeotel* Dam-S-Z III *b* (Hil) XII (cod-Mediol) XVI *a*
27. **homines** [omnes Gall-Hisp *cod* III (Hil) *a*: *om* Caec-Ruf-XVIII Isid-**M** X (Leo) XVI *c-codd opt* XX *c*
28. descendit: + **de caelis** (caelo Dam-S-Z X [Leo] *codd*) [Dam-R-S-Z] [X (Leo)-*codd*] [XIV *a-cod*] [XX *a-cod*]
29. **et** (*post* descendit): *om* Dam II (Lucif) III *a b* (Hil) V (Conc-Hipp *codd*) VII (Isid-V-Sp) X (Leo) XI (cod-Taurin) XVI *a*
30. **incarnatus . . homo factus**:
    **corpus adque figuram hominis suscepit** Gall
    **carnem adsumpsit . . homo factus** V Isid-**M**
    **incarnatus . . inhumanatus** XIII-*codd* [XV-*cod*] XVI *b-cod* XVI *c-cod* XVIII-*codd* XIX-*codd* XX *a-codd b*
    **incarnatus . . humanatus** XIV *b* XV XIX-*cod* XX *a*
31. **homo factus** Caec-Ruf Dam-S-F V (Conc-Hipp) VI (Carth-419) VIII (Carth-525) [X (Leo) *codd*] XX *c-codd*
    **homo factus est** [Ruf-*codd*] Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a* (Hil) XI (cod-Taurin) XII (cod-Mediol)
    **et** [adque XIX-*cod* XX *a b*] **homo factus** [*uel* **humanatus** *uel* **inhumanatus**] **est** V Gall-Hisp Isid-**M** III *b* (Hil) IV (Greg-Ilib) XIII-*codd* XV XVI *c* XVII-*codd* XVIII-*codd* XIX-*codd* XX *a b*
    **et** [adque VII XIX-*codd*] **homo factus** [*uel* **humanatus** *uel* **inhumanatus**] Att-Dion-**H** Q-I-J VII (Isid-V-Sp) X (Leo) XIII-*codd* XIV *a b c* XVI *a b* XVII-*codd* XVIII-*codd* XIX-*cod* XX *c-cod*
    **homo** (*tantum*) [IV (Greg-Ilib) *cod*]
32. homo factus: + **per uirginem mariam** V (Conc-Hipp: *om* mariam **Q**)
    incarnatus est: + **de spiritu sancto et maria uirgine** XV-*codd*
33. **passus est et**:
    **et passus est et** III *b* (Hil) XIV *c* XV-*cod* XIX XX *a b*
    **et passus et** XV-*codd* XVII
    **et passus** Gall
    **passus est** (*sine* et) Dam-**F** I (Comm-symb) II (Lucif) IV (Greg-Ilib) VIII (Carth-525) XII (cod-Mediol)
    **passus et** Dam-Col X (Leo) *cod* XIII-*codd* XIV *b* XVI *a-cod b* XVI *c-codd*
    **et** (*om* passus est) XVIII-*codd* (Act-ant)
34. **passus est**: **passus mortuus est** VII (Isid-V-Sp) **passus mortuus et sepultus** Dam-R
35. **resurrexit**: **surrexit** Gall-Hisp: **iterum resurrexit** I (Comm-symb): **resurgens** XIV *a*
36. **tertia die**: **tertio die** Gall-*cod* Dam-R X (Leo) *cod* XIV *c* XVI *a-cod* XX *c-cod*
37. **ascendit**: *praem* **et** Caec-Ruf-XVIII Gall Gall-Hisp Isid-**M** III *b* (Hil) [X (Leo) *codd*] XIV *c* XVI *a* XIX XX *a c*
38. **in** (caelos): **ad Q** Gall [Dam-S] IV (Greg-Ilib) [VI (Carth-419) *cod*] XX *b*
39. **caelos**: **caelum** Att-Dion-**H** J II (Lucif) [V (Conc-Hipp) *codd*] XVI *c-codd*: **caelis** Caec-*cod* Θ Dam-X-Y [V (Conc-Hipp) *codd*] XII (cod-Mediol) XVIII-*codd* (Act-Rust ?)
40. caelos: + **sedet ad dexteram patris** [Caec-[et] W] VI (Carth-419) [XIV *a-cod b-cod*]
41. **uenturus** Gall-Hisp Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a b* (Hil) V (Conc-Hipp) VII (Isid-V-Sp) VIII (Carth-525) X (Leo) XII (cod-Mediol) XIII XIV *b c* XV XVI *a b c* XIX XX *a*
    **ueniet** Gall
    **uenturus est** (*praem* et XX *a-codd*) [XVI *a-cod*] XX [*a-codd*] *b*

**inde uenturus v** [Gall-Hisp *cod*] Ruf Isid-**M** Dam-R IV (Greg-Ilib) XI (cod-Taurin) XIII-*cod* XVIII-*codd* (Act-Rust) XX *c-cod*
**uenturus inde** Att-Dion-**H** Dam-**S**
**inde uenturus est** Caec IV (Greg-Ilib) *cod* (X (Leo) *cod* [XIV *a-codd*] XVIII-*codd* XX *c*
**unde uenturus est** Caec-*codd* Θ *t* **Q**–I–J VI (Carth-419) [X (Leo) *codd*] XIV *a-cod* XVII

42. **et in spiritum sanctum**: *praem* **credimus** II (Lucif) IX (Nicet)
43. **et in spiritum sanctum**:
  **et in sanctum spiritum** Caec(*ut uid*)-Ruf-XVIII XVI *a c* XX *c-cod*
  **et in sancto spiritu** VII (Isid-V)
  **et in spiritu sancto** Gall I (Comm-symb) XIII XX *b*
  **in spiritum sanctum** V (Conc-Hipp *codd*) XX *c-codd*
  **in spiritu sancto** [*scilicet* iudicare in spiritu sancto?] X(Leo)-*codd* **Q v**
  **et spiritum sanctum** [Dion-**H** *codd*] Dam-R IV (Greg-Ilib) IX (Nicet *cod*) [V (Conc-Hipp) *codd*] XX *a-cod*
  **et spiritum sanctum neque facturam neque creaturam sed de substantia deitatis** Dam-**S**-**F**
  **per spiritum sanctum neque facturam neque creaturam sed de substantia deitatis** XII (cod-Mediol)
44. **autem**: **etiam** V (Conc-Hipp *codd*) VIII (Carth-525): *om* I (Comm-symb)? XX *a-codd*
45. **Erat** 1°: **Fuit** XX *b*
  **erat** 2°: **fuerat** XVI *a-codd*
46. **aliquando** Caec–Ruf–XVIII **Q v** Gall Gall-Hisp Isid-**M** XIV *b c* XVI *c-codd* (Act-Rust) XIX XX *a b c*
  **tempus** Att-Dion-**H** I J Dam-$N_2$-**S** XIV *a* (**aliquando tempus** Dam-R)
  *om* Dam-**F**-Col I (Comm-symb) II (Lucif) III *a b* (Hil) IV (Greg-Ilib) V (Conc-Hipp) VI (Carth-419) VII (Isid-V-**Sp**) VIII (Carth-525) XI (cod-Taurin) (XII cod-Mediol) XV XVI *a b* XVI *c-codd* (Act-ant) XVII XX *c-codd*
47. **et antequam (priusquam) nasceretur non erat**: *om* Caec-*codd t*-Att Gall-Hisp *cod* V (Conc-Hipp) *codd*
48. **antequam** Caec–Ruf–XVIII Gall III *b* (Hil) VII (Isid-V-**Sp**) XIV *a*–XVI *a* (Mercator) XVI *b c* XVII XIX XX *c*
  **priusquam** **Q**–I–J–**v**–Dion-**H** Gall-Hisp Isid-**M** Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a* (Hil) IV (Greg-Ilib) [V (Conc-Hipp) *codd*] VI (Carth-419) VIII (Carth-525) XI (cod-Taurin) XII (cod-Mediol) XIV *b c* XV XX *a b*
49. **et quia ex nullis extantibus factus est uel ex alia substantia dicentes**: *om* IV (Greg-Ilib)
50. **ex nullis extantibus** Caec Ruf *cod*-XVIII Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a* (Hil) V (Conc-Hipp *codd*) VI (Carth-419) VII (Isid-[V]-**Sp**) VIII (Carth-525) XI (cod-Taurin) XII (cod-Mediol) XIV *a-cod* XVII XX *c-codd*
  **de nullis extantibus** IX (Nicet)
  **ex nullis existentibus** V (Conc-Hipp *codd*) XIV *a-cod*
  **ex nullis substantibus** Ruf XX *c-codd*
  **ex nullis subsistentibus** **Q**–I–J–**v**–Dion-**H** Gall-Hisp Isid-**M** (*om* ex Gall-Hisp *et* Dion **H**-*codd*) XIV *a-cod*
  **ex ullis non extantibus** [V (Conc-Hipp *codd*)]
  **ex non extantibus** XIV *b c* XV XVI *c* XIX XX *a c-cod* (**ex non exsubstantibus** XX *a-codd*)
  **de non extantibus** III *b* (Hil) [XV-*cod*]
  **ex non existentibus** XVI *b* [XVI *c-cod*]
  **ex nihilo** Att [IX (Nicet)] XVI *a* (*et passim apud* Lucif, *sed ut uid non e symbolo: cf p* 298 *col b*)
  **de nihilo** Gall
  **ex nullo** XX *b*

51\. **alia:**
**altera** [IX (Nicet)] XV XVI *c* XIX XX *a-codd* [*cf Iren.* adu. haereses II xvii 2 (=II xxi 2) 'ex altera quadam substantia']
**aliqua** Gall-*cod* VII (Isid-V-**Sp**) IX (Nicet)
52\. **substantia** (*tantum*) **v** Isid-**M** Dam-**F** I (Comm-symb) II (Lucif) III *a* (Hil) V (Conc-Hipp) VI (Carth-419) VIII (Carth-525) XII (cod-Mediol) XVI *a*
**subsistentia** (*tantum*) Dam-**S**
**essentia** (*tantum*) Dam-$N_2$
**substantia uel substantiam** (*sic*) Gall-Hisp
**subsistentia uel substantia** Caec-Ruf-XVIII XIV *b* XV XX *a c*
**substantia uel** [**aut** XIX] **subsistentia** Isid-**F** XIX
**substantia uel** [**siue** Dam-R-Col XI (cod-Taurin): **aut** III *b* (Hil) XIV *b-cod c* XVI *c-codd*] **essentia** Att **Q**-I-J-Dion-**H** Dam-R-Col III *b* (Hil) XI (cod-Taurin) XIV *a b-cod c* XV-*cod* XVI [*a-cod b-cod*] *c-codd* (Act-ant) XVII XX *b*
**subsistentia uel** [**aut** XIV *b-cod* XVI *c*] **essentia** [XIV *b-cod*] XVI *b c-codd* (Act-Rust) XVII-*codd* (Act-Rust ?)
**materia uel substantia** Gall [IX (Nicet)]
**substantia uel natura** VII (Isid-V-**Sp**)
53\. **dicentes** (**dicunt** Caec-Ruf-XVIII Att **v** Isid-**M**-**F** **Q**-I-J-Dion-**H** Gall-Hisp XX *c*: **adserunt** Gall: **perhibent** XVI *a*: **dicentes . . dicentes** XIX: **dicentes . . perhibendo** VII [Isid-V-**Sp**]: *om* I [Comm-symb] IV [Greg-Ilib]) *scilicet graecum* φάσκοντας: *quod uerbum*
(1) *cum sequentibus coniungunt* Dam [I (Comm-symb) *ut uid*] II (Lucif) III *a b* (Hil) V (Conc-Hipp) VI (Carth-419) VIII (Carth-525) XI (cod-Taurin) XIV *c*
(2) *cum praecedentibus coniungunt* Caec-Ruf-XVIII Att **v** Isid-**M**-**F** **Q**-I-J-Dion-**H** Gall Gall-Hisp XII (cod-Mediol) XIV *a b* XV XVI *a b c* XVII XX *a b c*
54\. **mutabilem . . . conuertibilem** Att Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a* (Hil) IV (Greg-Ilib) [V Conc-Hipp **Q**] VI (Carth-419) VII (Isid-V **Sp**) VIII (Carth-525) XII (cod-Mediol) XVI *c*
*tr* **conuertibilem . . . mutabilem** Caec-Ruf-XVIII **Q**-I-J-**v**-Dion-**H** Isid-**F** Gall-Hisp XIV *c* XV XVI [*a-codd*] *b* XVII XIX XX *a b c*: *praem* 'τρεπτόν **hoc est**' **Q**-I-J-Dion-**H**
**conuertibilem** (*tantum*: *om per homoeoteleuton ?*) Gall-Hisp *cod* Isid-**M** XX *c-cod*
**mutabilem** (*tantum*) [Dam-R] V (Conc-Hipp) XI (cod-Taurin); *om per homoeoteleuton ?*
**mutabilem . . . commutabilem** Gall
**conuertibilem . . . demutabilem** III *b* (Hil)
**conuertibilem . . . commutabilem** XIV *a*
**uertibilem . . . mutabilem** XIV *b-codd* XV-*cod* XVI *a*
55\. **aut** [**uel**]: **et** Dam I (Comm-symb) II (Lucif) III *a b* (Hil) [V Conc-Hipp **Q**] VI (Carth-419) VII (Isid-V-**Sp**) VIII (Carth-525) XIV *a*
56\. **filium dei**: **deum** III *b* (Hil)
57\. **hos** (**istos** Gall: **eos** XIV *c*):
*om* Caec-Ruf-XVIII *codd* (Act-Rust) Att Gall-Hisp VII (Isid-V) XIV *a*-XVI *a* (Mercator) [XIV *b-cod*] XX *c-codd*
58\. **anathematizat** (+**et condemnat** VII [Isid-V-**Sp**]): **anathemat** IV (Greg-Ilib) XII (cod-Mediol) [XVII-*codd ?*], *uide* Thesaurum Linguae Latinae *sub uoce, ubi laudatos inuenies Sulpicium Seuerum* Dial. II xii 9, *Augustinum aliquoties, Innocenti papae* ep. xxvi *ad fin* [A. D. 417]; *quos tamen omnes aetate antecedit Gregorius*
59\. **catholica et apostolica ecclesia:**
**apostolica et catholica ecclesia** XVI *b c* **catholica ecclesia** III *b* (Hil) XVIII **apostolica ecclesia** XVI *a-cod* **sancta catholica et apostolica ecclesia** XVI *c-codd* (Act-Rust) **catholica fides et apostolica ecclesia** XVII **ecclesia catholica et apostolica disciplina** V (Conc-Hipp)

*Ex hoc indice quae notatu praecipue digna esse uidentur in sex capita redegi*

A. QVAE EX ALIIS SYMBOLIS DERIVANTVR

(1) E SYMBOLO QVOD APOSTOLORVM VOCATVR

2. *om* **unum** (*ante* deum) v  5. factorem: + **caeli et terrae** [Isid-**M** *cod f*]
11. dominum: + **nostrum** Caec-Ruf Att-Dion **H Q**-I-J-**v** Isid-**M** Dam I III *b* IV [V] [VII]
32. homo factus: + **per uirginem mariam** V
34. passus: + **mortuus est** VII, **mortuus et sepultus** Dam-R
40. ascendit in caelos: + [et] **sedet ad dexteram patris** [Caec-W] VI XIV *a-cod b-cod*
41. uenturus: *praem* **inde** Caec-Ruf-XVIII **v** [Gall-Hisp *cod bb*] Isid-**M** Dam-R IV XI XIII-*cod* XIV *a-codd* XX *c*: *praem* **unde** [Caec-*codd* Θ *t*] **Q**-I-J VI X-*codd* XIV *a* XVII: + **inde** Att Dam-**S** Dion-**H**

(2) E SYMBOLO CONSTANTINOPOLITANO

5. factorem: + **caeli et terrae** XIX XX *a b*
18. hoc est de (ex) substantia patris: **ante omnia saecula** XIX XX *a b* (*idem codices uocem* unigenitum *ante* qui natus est ex patre *transponunt*)
19. **deum de deo**: *om* XIX XX *a b*
20. **lumen de lumine**: *om* XX *a b*
24. **quae in caelo et quae in terra**: *om* XV-*codd* XIX XX *a b*
28. descendit: + **de caelis** (**de caelo**) [Dam-R-S-Z] [X-*codd*] [XIV *a-cod*] [XX *a-cod*]
32. incarnatus est: + **de spiritu sancto et maria uirgine** [XV-*codd*]

(3) E FIDE DAMASI (*uide p* 283 *supra*)

43. **spiritum sanctum neque facturam neque creaturam sed de substantia deitatis** Dam XII

B. QVAE VARIAS IN GRAECO SYMBOLI TEXTV LECTIONES INDICANT

6. **omnium** (*Gr* πάντων): *om* Att (*codd opt*) Dam-**S-F** I II III *a* [IV-*cod*] V VI X XV-*cod* XVI *b-codd* XX *b*
14. **unigenitum** *uel* **unicum** (*Gr* μονογενῆ): *om* I II III *a* IX XII
26. **homines** (*Gr* τοὺς ἀνθρώπους): *om* Caec(*codd opt*)-Ruf-XVIII Isid-**M** X [XII ?] XVI *c-codd* (Act-ant) XX *c*
29. **descendit et** (*Gr* κατελθόντα καί): *om* et Dam II III *a b* [V] VII X XI XVI *a*. *de uocabulo* et *uel addito uel omisso confer etiam* 31, 33, 37
53. *Verba graeca* ἢ κτιστόν *agnoscit nullus e latinis, unde pro spuriis fortasse habenda sunt*
57. **hos** (*Gr* τούτους): *om* Caec-Ruf-XVIII-*codd* (Act-Rust) Att Gall-Hisp VII (Isid-V) XIV *a*-XVI *a* (Mercator) [XIV *b-cod*] XX *c-codd*
59. **et apostolica** (*Gr* καὶ ἀποστολική): *om* III *b* XVIII

C. QVAE IN INTERPRETATIONE GALLICA (*pp* 174, 176) SINGVLARIA SVNT

6. omnium: **uniuersorum** Gall  23. cum patre: **patris** Gall
30. incarnatus, homo factus (*uel* humanatus *uel* inhumanatus): **corpus adque figuram hominis suscepit** Gall. *hic solum inter tot et tam diuersas symboli interpretationes graeco* σαρκωθέντα *respondet non* caro (incarnatus) *sed* corpus: *cum Gallico interprete conferendus est scriptor Gallicus, S. Hilarium dico, qui et ipse uoces* incarnatus incarnatio *declinat*, corporatio *adhibet*, *e.g.* de synodis § 43 'ipse in prophetis de corporationis suae ac passionis sacramentis locutus est' (*in uertendo Orientalium symbolo* 'incorporatus' *graeco respondet* ἐνανθρωπήσαντα de syn. § 38: 'carnem uel corpus,' de syn. § 11, *ad uernaculum symbolum pertinet*, '*Blasphemiam*' *scilicet Potamii*)
41. uenturus (est): **ueniet** Gall
52. substantia (*uel* subsistentia) (*Gr* ὑποστάσεως): **materia** Gall (materia *a S. Hilario non adhibetur, cf p* 328 *infra*; *confer tamen Nicetam, p* 306 *supra*)
53. dicentes, dicunt, perhibent (*Gr* φάσκοντας): **adserunt** Gall  57. hos: **istos** Gall

D. QVOMODO RELIQVAE SYMBOLI FORMAE IN TRIA GENERA DISTINGVI POSSVNT

*Reliquarum* (*excepta scilicet Gallica*) *interpretationum tres familias distinguunt lectiones cuique familiae propriae. prima et ut uidetur antiquissima familia consistit e* Dam [*c.* A.D. 379] I (Comm-symb: A.D. 375–380?) II (Lucif: A.D. 355–360) III *a b* (Hil: A.D. 356?, 359) IV (Greg-Ilib: A.D. 360–370?) V (Conc-Hipp: A.D. 393) VI (Conc-Carth: A.D. 419) VIII (Conc-Carth: A.D. 525: *huius tamen symboli pars prior ex Attico deriuatur*) IX (Niceta: *c.* A.D. 380–400) X (Leo: A.D. 458) XI (cod-Taurin; *saec* vii) XII (cod-Mediol: *saec.* vii–viii): *hanc breuitatis causa* 'Patres' *nomino. ad secundam familiam, scil* 'Canones,' *pertinent* Caec-Ruf-XVIII (Acta Chalc) Att **Q**-I-J **v** Isid-**M** Gall-Hisp; *ad tertiam ea quae ex actis conciliorum Ephesini et Chalcedonensis innotescunt, unde eis* 'Concilia' *nomen sit.*

23. **unius substantiae cum patre quod graeci** (graece Dam-**S**-**F** Lucif 2/4 Hil *b* Conc-Hipp-*cod* Leo-*cod*) **dicunt homousion** Patres: *confer S. Eucherium Lugdunensem* Instructiones ii de graecis nominibus: 'Homousion unius substantiae,' *necnon Tert.* adu. Praxean § 2 'unius substantiae'

**homousion patri** (*om* **patri** **Q**-I-J **v** Dion-**H**) **hoc est eiusdem cum patre substantiae** Canones *cum* XX *c* (**eiusdem cum patre substantiae** *tantum* Att Gall-Hisp XVI *a*): *confer Iren.* adu. haereses I v 1 (=I i 9) ὁμοούσιον = Iren-lat. 'eiusdem substantiae'

**consubstantialem patri** Concilia (*exceptis* XIV *a*-XVI *a* [Mercator], XVI *c* XVII XX *c*). *sub uoce* consubstantialis *laudantur in* Thesauro Linguae Latinae *ex antiquioribus nonnisi Tertullianus* adu. Hermogenem 44, *sed de materia et deo: de filio et patre primus Marius Victorinus Afer* adu. Arrium i 34, 54, 55, 59, ii 2, 10, iv 10, *deinde S. Paulinus Nolanus* ep. xxi 3 'coaeternum et consubstantialem et coomnipotentem et coopificem patri filium'

**consubstantiuum patri** VII. *uocabulum habes apud Tertullianum* (*de angelis tamen et ceteris disserentem*) adu. Valentinianos § 12 'angelos ... soteri consubstantiuos,' § 18 'paria et consubstantiua': *de SS. Trinitate auctores non inueneram nisi Ambrosiastrum quem uocant* Quaest. cxxv § 21 'sanctum spiritum ... si consubstantiuus non est deo et Christo, ineptum est ponere istum in numero patris et filii,' *cf* § 4: ib. xcvii § 8 'consubstantiuus esse deo Christus non ambigeretur' (*alia inuenias exempla apud editionem A. Souter nostri*, Corpus Script. Eccl. Lat. *tom.* L [A. D. 1908] *p* 546) *et Marium Mercatorem* Collectio secunda de diuersis Nestorii libris (*ed.* Garnier, *p* 103) §§ 1, 2, 'dominum Iesum Christum consubstantiuum patri': epistula Nestorii secunda (ib *p* 58) § 4 'non illam consubstantiuuam deitatem dixisse esse passibilem'. *addendus est e* Thes. Ling. Lat. *Rufinus, dialogum* de recta fide *interpretans*, i 2 'uerbum eius consubstantiuum ei et coaeternum'

25. **siue quae ... siue quae** Patres (*Gr* τε ... καί): *om* siue *bis* Canones *et* Concilia

30. **homo factus** Patres Canones: **humanatus** *uel* **inhumanatus** Concilia *plerumque, sed neque Marius Mercator* (XIV *a* XVI *a*) *neque nisi semel* (XX *a*) *acta Chalced. antiqua. antiquissimos utriusque uerbi testes habes in hac appendice impressos: acta enim Ephesina* (XIV *b* XV XVI *b*) *et actorum Chalcedonensium sylloge Vaticana* (XX *b*) *iam quinto mediante saeculo latine conscripta sunt. scilicet qui symbolum ex actis uertebant conati sunt ad unguem reddere, unde pro* ἐνανθρωπήσαντα *habes uel* humanari *uel accuratius* inhumanari; *apud scriptores tamen neque hoc neque illud ante sextum saeculum inuenies, Cassiodorum, Vigilium papam, Liberatum, Rusticum, Facundum: e quibus unum Facundum laudare placet*, defens. trium capitulorum, ix 3 *ad finem*, 'quis eum audiens condidisse libros de **incarnatione**—aut ut proprie hoc exprimam, minus quidem latino sed necessario uerbo, sicut a graecis dicitur, de **inhumanatione**—filii dei, duos eum putet filios praedicasse? nam qualiter filium dei, id est dei uerbum, non hominem quoque diceret quem diceret **inhumanatum**? non enim refugio uerbum aduersus eos qui non hominem totum, id est carnem et animam rationalem, sed solam carnem, aut carnem tantum et animam sine ratione, suscepisse dicunt filium dei.'

46. **aliquando** *uel* **tempus** Canones: *om* Patres: *partim habent partim omittunt* Concilia

50. **ex nullis extantibus** Patres (*cum* Caec *et* [XIV *a* ?] XVII XVIII XX *c*) : **ex nullis subsistentibus** Canones (*excepto* Att) : **ex non extantibus (existentibus)** *plerumque* Concilia
52. **substantia** (*tantum* : *Gr* ὑποστάσεως ἢ οὐσίας) Patres : *uide infra sub capite* F
54. **mutabilem . . . conuertibilem** Patres (*cum* Att *et* XVI *c*) : **conuertibilem . . . mutabilem** Canones *et* Concilia
55. **et** Patres (*cum* XIV *a* [Mercator]) : **aut** *uel* uel (*cum Gr* ἤ) Canones *et* Concilia

E. DE FORMVLIS **de deo** ET **ex deo** APVD LATINOS (GRAECE ἐκ θεοῦ)

*Antiquissimos S. Scripturarum interpretes in uertendo* ἐκ *graeco uocabulum* 'de' *plerumque adhibuisse demonstrauit uir clarissimus W. Sanday*, Old Latin Biblical Texts II *p* cxii, *Oxonii* A. D. 1886 : *adde sis S. Cyprianum* Test. i 12, iii 25, (*e* Io iii 6) 'quod natum est de spiritu spiritus est', ii 8 (*consentiente Tyconio, ed. Burkitt* 68. 2, 69. 1 : *e* 1 Io iv 2, 3) 'de deo est . . . de deo non est'. *haud aliter egisse antiquissimos Symboli interpretes ex indice nostro colliges, p* 321 *supra. posteriores tamen, quibus uerba magis quam sensus erant curae,* 'ex' *pro* 'de' *siue in S. Scripturis siue in Symbolo subiecerunt. caueas ergo ne cum S. Hilario et pedisequo eius Gregorio Iliberritano id per astutias Arrianorum accidisse putes : nempe apud ipsum Hilarium inuenitur etiam* 'deum ex deo', *p* 299 *col b supra. haud tamen ab re erit uerba eorum* (*post A. Wilmart* Bulletin de littérature ecclésiastique, *Tolosae*, A. D. 1906, *p* 292 *n.*) *describere* :

*a. Hilarius* ex opere historico fragmentum ii §§ 28 29 'Occidentalium fides, euangelicis instituta doctrinis . . . confitetur . . . ut Patrem semper, ita et Filium semper in Patre et natum de Deo Deum esse . . . et in eo semper de quo est esse. at uero haec perfidia, non fides, "Deum ex Deo" dicens et "primogenitum" commendans et Trinitatis nomen instituens, uirus suum sub modestia religiosae moderationis occultat, dicens "Deum ex Deo lumen ex lumine", ut per occasionem confessionis istius ex Deo ac lumine Deus ac lumen factus a Deo, non genitus de Deo, id est non de substantia paternae aeternitatis exstiterit.'

*b. Gregorius* de fide § 3 'Aut totum mecum tene, aut totum omitte. si enim "unius substantiae" uocabulum inde times dicere quia scriptum non est, timere identidem debes "Deum ex Deo et lumen ex lumine" profiteri. sed ego probo et "Deum de Deo lumen de lumine" et "unius substantiae" uocabulum in diuinis scripturis contineri. cum enim ipse Dei Filius qui Deus est in euangelio suo dicat EGO DE PATRE EXIVI, iure et merito "Deum de Deo" profitemur, quia de Deo Patre Filium Dei "Deum uerum de Deo uero" natum esse cognoscimus . . . et quia scriptum est de Patre DEVS LVX EST et de Filio ERAT LVX VERA . . . ergo, quia lumen Pater et lux Filius, recte "lumen de lumine". sed "lumen ex lumine" ita adseris quasi a Patre qui uerum lumen est aliud lumen sit factum quod "de" ipsa Patris "substantia" non sit . . . et ideo lumen "ex lumine" non "de lumine" dicis.'

F. QVOMODO VOCABVLA οὐσία ET ὑπόστασις IN SYMBOLO VERTVNT LATINI

23. ὁμοούσιος : **substantia (eiusdem substantiae, unius substantiae, consubstantiuus, consubstantialis)** *habent omnes testes, praeter* XVII **unius essentiae**) : *nihil latinum habet* XVI *c*

50. ἐξ οὐκ ὄντων : *omissis iis qui* **ex** (**de**) **nihilo, ex nullo,** (Att Gall [IX] XVI *a* XX *b*) *reddunt, quattuor uerborum participia adhibent testes nostri* ; *ex his tamen duo nonnisi apud singulos testes inueniuntur, uidelicet* **substantibus** Ruf **existentibus** XVI *b* (*cf* XIV *a cod*) : **extantibus** *plerumque habent* Patres *et* Concilia (*cum* Caec), **subsistentibus** Canones [*confer S. Hilarium* de synodis §§ 40 'non est de non exstantibus ut ei exstans origo sit,' 78 'dominus Christus . . . accepisse cum creaturis originem de non exstantibus praedicabatur.']

52. ὑποστάσεως ἢ οὐσίας : *praeter* **materia** (=ὑπόστασις Gall) *et* **natura** (=οὐσία VII), *nonnisi tres uoces in his duabus uocibus Graecis reddendis inueniuntur*, **substantia, subsistentia, essentia.** *hoc tamen imprimis notandum est*, Patres (*cum* **v** *et* Isid-**M**) ὑποστάσεως ἢ οὐσίας *uno solo uocabulo* (*quasi synonyma*) *reddere, scilicet* **substantia** (Dam-**F** I II III *a* V VI XII : **v** Isid-**M** : XVI *a*), **subsistentia** (Dam-**S**), **essentia** (Dam-$N_2$). *interpretationis*

Gallo-Hispanae *uterque codex* **substantia uel substantiam** *praebet, quod quid sibi uelit plane nescio. apud ceteros frequens usus est* (1) **subsistentia uel substantia**, *et* (2) **substantia uel essentia**: *rarior* (3) **substantia uel subsistentia** (Isid-**F** XIX), *et* (4) **subsistentia uel essentia** (XIV *b-cod* XVI *b c-codd* XVII *codd* [*sc* **Act-Rust**])

*duo sunt quae ex his colligere licet.* (i) *omnes, paucissimis exceptis* (Dam-**S**-$N_2$ XIV *b-cod* XVI *b c-codd* XVII-*codd*), *testes adhibent* **substantia**, *siue cum altero siue sine altero uocabulo.* (ii) *qui alterum adhibent, iam in primo iam in secundo loco* **substantia** *ponunt, ita ut incertum fiat utrum* **substantia** *ὑπόστασις sit an οὐσία*: *in primo loco* (=*ὑπόστασις*) *ponunt* Att **Q**-I-J Dion-**H** Isid-**F** Dam-R-Col III *b* VII XI XIV *a c* XVII; *in secundo* (=*οὐσία*) Caec-Ruf-XVIII Gall XIV *b* XV XX *a c. uerisimile est ad hanc rem exprimendam unum tantum uocabulum*, **substantia**, *apud latinos quarti saeculi theologos in usu fuisse*: *qui igitur duobus uocabulis graecis duo latina respondere uolebant, eos necesse erat alterum adinuenire*: *id quod quisque ut sibi placuit* (**subsistentia, essentia, materia, natura**) *fecit.*

*non ab re tamen erit scriptoris saeculi quarti inter latinos illustrissimi, S. Hilarium dico, testimonium de his uocibus disertum adducere.*

*Hilarius igitur, cum in animo haberet expositiones fidei diuersas ab Orientalibus editas latine uertere et orthodoxam earum sententiam commendare, imprimis quid sibi uellent uocabula* essentia *ac* substantia *exposuit,* de synodis § 12 (*locos de hoc opere sumptos auxilio codicum Parisinorum* lat. 2630 *et* 8907 *emendaui*): 'Orientales episcopi in unum congregati sententiarum definitiones condiderunt. sed quia frequens nobis nuncupatio **essentiae** ac **substantiae** necessaria est, cognoscendum est quid significet **essentia**, ne de rebus locuturi rem uerborum nesciamus. **essentia** est res quae est, uel ex quibus est, et quae in eo quod maneat subsistit. dici autem **essentia** et **natura** et **genus** et **substantia** uniuscuiusque rei poterit. proprie autem **essentia** idcirco est dicta quia semper est: quae idcirco etiam **substantia** est, quia res quae est necesse est subsistat in sese, quidquid autem subsistit sine dubio in **genere** uel **natura** uel **substantia** maneat. cum ergo **essentiam** dicemus, significare **naturam** uel **genus** uel **substantiam** intellegemur eius rei quae in his omnibus semper esse subsistat.' *item, homousion symboli Nicaeni interpretans, apud* fragmentum ex opere historico ii § 32: 'quod est semper, in Deo est . . . **essentia** enim ex eo quod semper est nuncupatur: quae quia extrinsecus opis ad continendam se numquam eguerit, et **substantia** dicitur, quod intra se id quod semper est et in aeternitatis suae uirtutem subsistat.' *hucusque idem ualent* substantia *atque* essentia, *sicut in Symbolo ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, quarum* essentia *graecum οὐσία repraesentat,* substantia *ὑπόστασις*: *cum tamen apud ipsos graecos altero sensu uox ὑπόστασις nonnumquam adhiberetur* (*Alexandrini enim malebant μία ὑπόστασις* 'una substantia,' *Antiocheni τρεῖς ὑποστάσεις* 'tres personae'), *quid ad haec S. Hilarius? eandem in interpretando uocem obtinuit, ita ut duplici apud eum sensu* substantia *inuenias, e. g.* de synodis §§ 31, 32: '"ut sint quidem per **substantiam** tria, per consonantiam uero unum." et primum sciendum est non aduersum heresim quae dissimilis **substantiae** Patrem et Filium ausa est praedicare, in Anthiocia fuisse conuentum . . . uolens igitur congregata sanctorum synodus impietatem eam perimere quae ueritatem Patris et Fili et Spiritus sancti nominum numero eluderet (ut, non **subsistente** causa uniuscuiusque nominis. . . . Pater solus adque unus, idem adque ipse, haberet et Spiritus sancti nomen et Fili), idcirco tres **substantias** esse dixerunt, **subsistentium** personam per **substantias** edocentes, non **substantiam** Patris et Fili diuersitate dissimilis **essentiae** separantes.' *cum reliquis testibus ὁμοούσιος in Symbolo uertit* 'unius substantiae,' *cf* de synodis 77, 'exposita . . . unius **substantiae** quae graece homousion dicitur . . . fideli ac pia intellegentia': *mauult tamen ipse, ut uidetur, uocem* essentia (ib. 81 'de homousio uero, quod est unius essentiae, tractantes' *tamquam minus periculosam.*

# APPENDIX X

## Commentarius in Symbolum Nicaenum hactenus ineditus e codice Vaticano Reginae 1997 (nobis I) fol. 137 *a* desumptus

---

*Codex saeculo nono iussu Ingilrami episcopi Teatini exaratus, bene conseruatus, textum commentarii non adeo malum praebet. quippe cum* non *pro* noster *inueniatur, cap* I *l* 38 (*mauult* nēr̄ *ipse codicis scriba, capp* I *l* 62 X *l* 16), *iure forsitan colligas commentarium ex antiquo exemplari, saeculi scilicet quinti uel sexti, ubi pro* noster *compendium* N̄ *adhibebatur, descriptum esse: conferas etiam* omps, *cap* X *l* 72, *et* omnipotens, *cap* I *l* 62, *utrumque pro* omnipotentis. *cuius tamen antiqui exemplaris scriba nonnulla uel peruersa acceperat uel ipse peruerterat: tria enim commata in nouum transferre locum oportuit, cap* IV *ll* 18 19 *e cap* V *l* 13, *cap* VII *ll* 179–185 *e l* 129, *cap* VIII *ll* 41–46 *e l* 84

### In qua lingua scriptus sit tractatus noster, et quando, ubi, aduersus quem?

*Tractatum hunc in latina lingua sine ullo dubio compositum esse iure collegeris e loco capituli* VII *ll* 214–262 (*p* 336 *infra*), *ubi de* fecit *et* factus est *apud libros Geneseos et prophetarum disserit auctor: graece enim* ἐποίησεν *et* ἐγένετο *non possunt hoc modo inter se opponi.*

*Non ante annum a Christo nato* 360, *uel saltem* 350, *scriptum esse ex eo patet quod episcopi Nicaeni* patres nostri *appellantur* (*cap* I *l* 1, *p*. 330). *porro si uoces* 'de deo et de substantia ipsius' *quas* 'expetit fides catholica' (*cap* XVII *ll* 13 14 *p* 346 *infra*), *ad Tomum Damasi* (*p* 288 *supra, l* 79) *potius referendas putes quam ad symbolum Nicaenum, commentarius noster post annum* 378 *necesse est differatur.*

*Ne tamen tractatum in saeculum quintum deducas, obstant rationes undique collectae: exempli gratia*

1. *De Spiritus sancti persona ac doctrina paene omnimodo tacet noster: uide* XIV 1–4 XIX 2–4 (*pp* 343, 347). *e contrario habes apud Orientales S. Athanasii epistulas anno* 358 *ad Serapionem datas, habes anno* 376 *librum S. Basilii* Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος *celeberrimum: quos non multo interuallo secuti sunt Occidentales, iam enim intra annos* 370–380 *fidem de sancto Spiritu orthodoxam definierant concilia sub Damaso papa Romae habita* (*uide supra pp.* 283–285, 290–294), *iam anno* 381 *librum* De Spiritu sancto *ad Gratianum imperatorem transmiserat S. Ambrosius. confer Ambrosiastri* Quaest. CXXV (*circa* A. D. 380–390), *qui inuehitur in libellum quendam Eusebii* (*Vercellensis? uel potius Caesariensis?*) *miratus* tantae doctrinae uirum *dixisse* quia nec Spiritus sanctus sciat mysterium natiuitatis domini Iesu Christi.

2. *Hereticorum priscorum tantummodo mentio fit, scilicet Arrii atque Arrianorum, Sabellii, Marcionis* (*uide indicem* II *p* 348 *infra*); *sed de Photino de Eunomio de Macedonio de Apollinari uix siluisset qui post annum* 390 *symbolum exponeret.*

3. *Epistula ad Hebraeos cum disserenti de persona Christi aptissimos locos suppeditet, neque a nostro* (*theologo si quis alius in sacris Scripturis uersato*) *usquam laudetur, canoni Noui Testamenti certum est ab eo non esse adiudicatam. in qua re cum S. Cypriano consentit, cum Lactantio, cum Optato, cum Gregorio Eliberitano, cum Speculo quod falso uocatur Augustini: contra agnoscunt eam catalogi librorum canonicorum Romanus anni* 382 *et Carthaginensis anni* 397, *necnon e scriptoribus S. Hilarius, Lucifer Calaritanus, Marcellinus et Faustinus Luciferiani* (*quorum libellus Theodosio imperatori anno* 380 *porrectus est*), *Priscillianus, Pacianus Barcinonensis, Ambrosius, Hieronymus, Pelagius, Augustinus.*

4. *Priscae homo doctrinae, credit noster* aemulatione *deiectos esse angelos, facturae hominis inuidos* (*cap* VIII *l* 61, *p* 337 *infra*): *idem docent S. Iustinus Martyr, Athenagoras, S. Irenaeus, Tertullianus, S. Cyprianus, S. Gregorius Nyssenus. contra* per superbiam *peccauisse angelos primus fortasse adseruit Origenes, quem sequebantur inter graecos Eusebius Caesariensis et Gregorius Nazianzenus* (*S. Basilii exstant in utramque partem dicta*), *inter latinos, ut saepe fit, Hilarius Ambrosius Hieronymus. quinto saeculo uix quemquam reperias aliter sentientem: consortes opinionis cum Origene habes Antiochenos Ioannem Chrysostomum et Theodoretum, Alexandrinum Cyrillum, Hispanum Prudentium, in Africa Augustinum, Romae Leonem. confer I. Turmel,* Revue d'histoire et de littérature religieuses (*Parisiis* A. D. 1898) iii 289–295.

5. *Singularem et extra Africam fere inusitatam in numeris Psalmorum supputandis legem obseruasse S. Cyprianum Lactantium S. Optatum, psalmis primo et secundo in unum redactis* (*ita ut tertius psalmus pro secundo haberetur, quartus pro tertio etc.*), *luculenter demonstrauit Ioannes Mercati, quem et honoris et amicitiae causa nomino,* D'alcuni nuovi sussidi per la critica del testo di S. Cipriano (*Romae,* A. D. 1899). *hanc legem secutus, si fides codici tribuenda est, scribebat noster* 'in septuagesimo psalmo DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA' (*Ps.* lxxi [lxxii] 1: *cap* XIII *l* 6, *p* 343 *infra*): *quamquam psalmum proximo loco sequentem sub titulo* 'in septuagesimo secundo psalmo' *ipse iam antea laudauerat* (*Ps.* lxxii 23 [lxxiii 22]: *cap* I *l* 41, *p* 330).

6. *Nomen* Malachihel, *pro* Malachia *cap* I *l* 86 *adhibitum, antiquitatis sane indicium est* (*etsi non ausim dicere id post annum* 400 *nusquam occurrere potuisse*): *confer librorum sacrorum catalogos* (*a*) *concilii Romani anno* 382, *uide* The Journal of Theological Studies i (A. D. 1900) 558, (*b*) *apud codicem epistularum Paulinarum Claromontanum* ($D_2$); *idem habent S. Irenaei interpres* IV xvii 5 *secundum codicem optimum, Commodianus* Carmen apologeticum 345, *Lactantius* diuin. inst. IV xi 8 (*una cum epitome eius* xliii 5), *et semel fortasse S. Cyprianus* de dominica oratione 35 (*ed. Hartel* i 293).

7. *Interpretatio librorum sacrorum a nostro adhibita ita antiquum sapit aeuum ut non facile credam eam quarto saeculo esse recentiorem. de qua cum nimis longum sit singula recensere, unum locum, et illum quidem*

[*cetera uide sis ad paginam* 353]

INCIPIT FIDES NICAENA

Fides quae a patribus nostris exposita est cuncta breuiter conprehendit: sic enim spiritaliter omnia posuerunt, ut tota legis et prophetarum euangeliorum et apostolorum praecepta, dum fideliter legitur, illic posita esse monstre*n*tur. nam dicit: **Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem uisibilium et inuisibilium factorem. Patrem:** non utique exinde **patrem** ex quo creauit omnia, ex quo hominem liberare disponens ad Moysen dicit [Exod iv 22] FILIVS PRIMOGENITVS MEVS ISRAHEL: ante hanc enim uoce*m* quam ad Moysen loquitur et ipse se patrem esse testatur, intellegebatur a fidelibus et iustae uiuentibus quia et deus est pro potestate et dominus pro dominatione et pater pro pietate. sed si exinde pater dicitur ex quo scribtura dicit, quomodo beatus Paulus apostolus clamat ad Ephesios· [Eph iii 15] EX QVO OMNIS PATERNITAS IN CAELO ET IN TERRIS NOMINATVR? nimirum ut omnium sit pater caelestium, quantum *et* qu*o*m*o*do uoluit se dicere terraenorum. denique habemus et per prophetas [Mal ii 10] NONNE VNVS DEVS CONDIDIT NOS? NONNE VNVS PATER EST OMNIVM NOSTRVM? [*fol* 137 *b*] | reprobat et filios Israhel dicens [Is i 2] FILIOS GENERAVI ET EXALTAVI: et alibi [Mal i 6] SI PATER SVM EGO, VBI EST GLORIA MEA? SI DOMINVS, VBI EST TIMOR MEVS?

Non ergo huic condicioni iungitur saluator generis nostri Christus, ut merito, cum dicitur deus dei filius, non semper fuisse monstretur: i*s*ta enim omnia, quibus postmodum pater est, aliquando non fuerunt. quod si a*d* condicione*m* Christus deus et dominus no*ster* dei filius coniungitur, *u*t non semper cum patre fuisse dicatur, non *i*n spiritu sancto in septuagesimo secundo psalmo locutus propheta creditur qui clamat et dicit [Ps lxxii 23 (lxxiii 22)] ET EGO SEMPER TECVM (utique non audebat propheta dicere quod ipse semper cum deo patre fuisset, de quo beatus apostolus Petrus ad increpationem Iudaeorum haec dixisse repperitur [Act ii 29 31] LICEAT ME AVDENTER DICERE AD VOS DE PATRIARCHA DAVID QVIA MORTVVS EST ET VIDIT CORRVPTIONEM). SEMPER enim dum dicit, et fuisse et futurum esse monstrauit; uno enim nomine et praeterita et futura significari noscuntur: si ex quo dicit futurum uellet intellegi, ERO SEMPER TECVM dixisset; sed cum dicit EGO SEMPER TECVM, et fuisse et futurum esse hac insinuatione patefecit, hoc est, quod deus est d*e* deo patre filius, deo enim non conp*e*tit aliquando non fuisse.

Sed si confitetur subdol*a* hereticorum mens qu*i*a Christus et dominus et deus noster dei patris omnipoten*ti*s est filius, cur dicit quia 'fuit quando non fuit'? 'quando' in uno uerbo multa *b*lasphemat; negat deum quem non 'semper' confitetur, negat patrem cuius filium 'aliquando' non fuisse testatur; et dum putat ex conparatione humana diuinam debere cogitari potentiam, aufert ipsa*m* potentiam quam

I 3. totā *cod* 6. monstretur *cod* 13. uoce *cod* 23. **quantum et quomodo** *scripsi*: quantum quan|do *cod*[2] quantum quam| *ut uidetur cod**

35. **ista** *scripsi*: ita *cod* 37. **ad condicionem** *scripsi*: a condicione *cod** a conditione *cod*[2]

38. **noster** *scripsi* (*cf l* 62 *inf*): non *cod*; *apud antiquissimos codices* N̄ *pro* NOSTER *adhibetur, uide quae luculenter disputauit L. Traube in libro suo egregio* Nomina Sacra (*Monaci* A.D. 1907) *pp* 206-212 39. **ut** *scripsi*: et *cod* 40. **non in** *scripsi*: nōn *cod* 58. **de** *scripsi*: sed *cod* 59. conpatit *cod*

60. **subdola** *scripsi*: subdole *cod*, *fort recte* 61. **quia**: qua *cod* 62. **noster**: nēr *cod*, *cf cap* X *l* 16 *infra*; *uide Traube* op cit *p* 228 **omnipotentis**: omnipotens *cod* (*cf Traube p* 260 *et cap* X *l* 72 *infra*) 64. plasphemat *cod* 69. ipsa *cod*

inbecillitati humanae sociare contendit. sed non conparantur terraena caelestibus, fragilia sempiternis, inmortalibus ac diuinis caduca atque | *fol 138 a* mortalia. nos enim ex quo sumus, ut patres [non] dicamur, multis necessitatibus subiacemus, nutrimentis, aetati, iterum coniunctioni: qui nisi aliorum cura nutriti fuerimus, nec terrenam uitam possidemus; ipsud quod crescimus post naturam et parentibus et nutritori debemus. deus ergo omnipotens, qui rerum natura est, quod est nemini debet, quando per ipsum sunt omnia et ipse fecit uniuersa; nec nutrimentis per aetatem creuit, sed semper qui possidens magnificentiam inmutabil*i*s perseuerat, unde clamat per propheta Malachihel *Mal iii 6* EGO SVM ET NON SVM MVTATVS; qui si aliquando non fuit pater, MVTATVS est id habere quod aliquando non habuit. accedit (ut ipsa comparatio iterum percutiatur) post aetatem nobis coniunctio; qu*a*eritur non solum coniunctio sed ut ablat*a* corporis pars nobis iterum *Gen ii 21 22* reuocetur, ut costa quae diuina prouidentia e latere nostro subtracta in mulierem est figurata nobis societur, ut conplentes unum integr*um* nomen *Gen ii 24* fili*o*s generemus: dicit enim ET ERVNT DVO IN CARNE VNA. deo autem nec detrahi aliquando nec addi potest, quia alius potentior illi non est. ideo cum nihil additur et nihil subducitur, perfectus semper perseuerare monstratur; augmentum enim minor accipit, et detrimentum mortis res obnoxia sentit. impiae est animae non confiteri deum, confiteri patrem, confiteri perfectum; quae omnia in hoc nomine turbabuntur, si 'semper filius' denegetur.

Sed reuicti heretici turbare | *fol 138 b* minus doctos conantur quod dicant 'Si semper pater, si semper filius, duo sunt principia.' duo dicerentur esse principia, si non 'pater et filius' dicerentur, si uno nomine 'patres' dicerentur. ad cum **patrem** dicamus, filium confitemur; ad cum **filium unigenitum** dixerimus, non illum principium cum ceteris rebus habere, nec fuisse quando non fuit sicut cetera, ipsa confessione monstramus. numquam diceret scriptura VNIGENITVM *n*isi quia sciebat non *Io i 14 18* esse creaturae *c*oaequandum, quando in hoc creaturae non aequatur, si filius de patre omnipotente deo 'semper' fuisse dicatur.

II Prosequuntur in fide et dicunt **Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei natum de Patre.** Legerant et testante*m* patr*em* de filio et filium de patre semper esse locutum: ut in lege primum filius *Ps ii 7* DOMINVS DIXIT AD ME FILIVS MEVS ES TV; et beatissimus apostolus Petrus in Actus apostolorum *Act iv 27* CONGREGATI SVNT ENIM IN HAC CIVITATE ADVERSVS SANCTVM FILIVM TVVM; et post baptismum audit Iohannes (atque testatur, *e*t omnes euangelistae testa*n*tur) *Io i 34* dicent*em* *Luc iii 22 etc* FILIVS MEVS ES TV; auditur praeterea et ab apostolis in montem *Matt xvii 5* HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS IN QVO BENE CONPLACVI, IPSVM AVDITE; intimat et angelus Mariae, *Luc i 35* SPIRITVS inquid SANCTVS SVPERVENIET IN TE ET VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRA*B*IT TIBI, QVAPROPTER QVOD NASCETVR DE TE SANCTVM VOCABITVR FILIVS DEI; sic et Iohannes *Io i 14* ET VIDIMVS CLARITA-

---

74. **non** *cod*: *omittendum ut uid* 78. ipsu *cod* 84. **qui**: *ita cod* 85. inmutabiles *cod* 87. mutatū *cod*[2] *ut uid* 92. queritur *cod* *tr* ut non solum coniunctio sed *cod* 93. **ablata** *scripsi*: ablatio *cod* 97. **integrum** *scripsi*: integris *cod* 98. filius *cod*

115, 116. **ad** *bis cod, sc* at 116. **unigenitum**: *notandum est hanc uocem a nostro in fide Nicaena non recitari, cf* II 4 *infra*; *uide pp* 320 325 *supra* 121. misi *cod* 122. quoaequandum *cod*

II 4. testante patre *cod* 8. **in actus** *cod*: *cf l* 14 in montem 12. **et** *scripsi*: ut *cod* **testantur**: testatur *cod* 13. **dicentem** *scripsi*: dicunt *cod* 18. obumbrauit *cod*

TEM EIVS CLARITATEM QVASI VNIGENITI A PATRE PLENVM GRATIA ET VERITATE; Ipse quoque laudat Petrum quia cognouit et quid esset sciuit, dixerat Matt xvi 16 17 enim TV ES CHRISTVS FILIVS DEI, quapropter audit BEATVS SYMON BARIONA QVIA *fol* 139 *a* NON | REVELAVIT TIBI CARO ET SANGVIS SED PATER MEVS QVI IN CAELIS EST; sic Nathanahel, merito innocentiae, et cognoscere meruit et laudem percipere, Io i 47 49 dixerat enim dominus ECCE ISRAHELITA IN QVO DOLVS NON EST, pro hoc ipse RABBI TV ES FILIVS DEI TV ES REX ISRAHEL; ipse dominus caeco curato Io ix 35–37 dicit TV CREDIS IN FILIVM DEI? qui dixit QVIS EST DOMINE VT CREDAM IN EVM? et dominus ET VIDISTI EVM ET QVI LOQVITVR TECVM IPSE EST; Iohannes quoque alibi dicit quod DEVM NEMO VIDIT Io i 18 VMQVAM, NISI VNIGENITVS FILIVS QVI EST IN SINV PATRIS, IPSE NARRAVIT; Ipse alibi Io xvii 1 PATER CLARIFICA FILIVM TVVM: qui etiam Matt xxvi 39 in confessione passionis suae PATER SI FIERI POTEST TRANSEAT A ME CALIX ISTE. quid etiam qu*a*erentes sacerdotes Marc xiv 61 62 audiunt TV ES FILIVS BENEDICTI? ait EGO SVM: iterum alibi adiurant atque Matt xxvi 63 64 dicunt ADIVRAMVS TE PER DEVM VIVVM DIC NOBIS SI TV ES CHRISTVS FILIVS DEI, et audiunt VOS DICITIS. nec daemones latet, ut euangelistae testantur: ut in Matheo Matt iv 3 SI TV ES FILIVS DEI, DIC VT LAPIDES ISTI PANES FIANT: item cum uentis imperasset ut dominus, cum mare tranquillum fe- Matt viii 27 28 29 cisset, et discipuli qu*a*ererent qui esset iste cui uenti et mar*e* obtemperarent, PERVENERVNT inquid IN TERRA GERASSAENORVM ET OCCVRRERVNT HVIC DAEMONIA ET DIXERVNT, QVID NOBIS ET TIBI IESV FILI DEI? VENISTI ANTE TEMPVS TORQVERE NOS? sic et in Luca EXIEBANT A MVLTIS DAEMONIA Luc iv 41 CLAMANTIA ATQVE DICENTIA, TV ES FILIVS DEI; ET INCREPANS NON SINEBAT EA LOQVI, QVIA SCIEBANT CHRISTVM ESSE.

III Prosequuntur dicentes **Hoc est ex substantia Patris**: ut propriae filius, qui et VNIGENITVS et PRIMOGENITVS dictus Io i 14 18 Col i 15 est, solus **ex substantia Patris** esse dicatur.

IV **Deum de Deo.** Et Ipse testatur EGO EX Io viii 42 DEO EXIVI ET VENI: utique quasi filius | a *fol* 139 *b* patre. Ipse qu*a*erenti Abrahae de filiis atque dicenti QVID MIHI DABIS? ECCE EGO Gen xv 2–4 MORIOR SINE FILIIS, VERNACVLVS AVTEM MEVS HIC HEREDITABIT ME: NON ERIT HIC HERES TVVS, SED ALIVS QVI EX TE EXIET IPSE HEREDITABIT TE. natus de illo filius, a*i*t, EXIET DE TE: quae fiunt enim non exire sed fieri dicuntur, unde longe est creatura a filio, quia quod creatur opificem habet quod nascitur patrem. *sed* et Dauid de Abbessalon sic ait FILIVS QVI EX 2 Reg xvi 11 ME EXIVIT. rite ergo in hoc uerbo, quod iam ad Abraham Ipse dixerat recapitulans, filium se dei patris ostendit, qui EX PATRE se EXISSE discipulis praedicauit Io xvi 28 [et ad Iudaeos ut manifestaret filium EXISSE *se* dicit A DEO]. Io viii 42

V Dicit iterum **Lumen de lumine.** Habemus in psalmo IN LVMINE TVO VIDE- Ps xxxv 10 (xxxvi 9) BIMVS LVMEN. ostenderunt qui fidem conscribserunt quia deus pater lumen est et de deo patre lumen filius. quod beatus apostol*us* Iohannes aperuit DEVS 1 Io i 5

---

25. **quid** *cod*: *fortasse legendum* qui *uel* quis (*uide indicem p* 352 *sub uoce* quis esset) 28. reuelabit *cod* 37. **est**: es *cod* credas *cod** 42. **ipse narrauit** *cod*: *fortasse legendum* ipse enarrauit 46. querentes *cod* 52. aeuangelistae *ut uid cod* 56. quererent *cod* 57. mari *cod* 59. **huic**: *fortasse legendum* duo

64. **increpans**: increpant *cod*

IV 3. querenti *cod* 6, 8. hereditauit *bis cod* 9. **ait** *scripsi*: aut *cod* 10. **dicuntur**: discuntur *cod* 11. **creatur** *cod*[2]: creator *cod** 12. **sed** *scripsi*: nec̄ *cod* 18. **et ad Iudaeos . . . a deo** *huc transferenda duxi*: *habet cod infra, uide cap* V *l* 13 19. **exisse se** *scripsi*: exisse cod

V 6. apostolos *cod*

LVMEN EST ET TENEBRAE IN EO NON SVNT: Io i 9 unde in euangelio Iohannes FVIT LVMEN VERVM QVOD INLVMINAT OMNEM HOMINEM (lumen VERVM ideo dicit quia semper fuit atque futurum est), testatur et ipse Io viii 12 xii 46 saluator EGO SVM LVX QVI IN HVNC Io xii 35 MVNDVM VENI, et alibi AMBVLATE DVM LVCEM HABETIS NE VOS TENEBRAE CONPRAEHENDANT.

VI **Deum uerum** inquiunt **de Deo uero.** Hoc et saluator in euangelio Iohannis Io xvii 3 HAEC EST AVTEM VITA AETERNA VT COGNOSCANT TE SOLVM ET VERVM DEVM ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM. monstrauit se sic debere intellegi VERVM DEVM quemadmodum patrem, quomodo *et* saepe, Matt xxii 37 (Luc x 27) repetens quod in lege praedicarat, DILIGES DOMINVM DEVM TVVM EX TOTO CORDE TVO ET EX TOTA ANIMA TVA, SIMILITER ET PROXIMVM TVVM. qui non intellegentibus qui esset PROXIMVS et nescientibus pataefecit, | *fol* 140 *a* QVID VOS VIDETVR DE CHRISTO? Matt xxii 42 45 43 44 CVIVS FILIVS EST? qui dixerunt, DAVID: ille ait SI IN SPIRITV VOCAT EVM DOMINVM, QVOMODO FILIVS EIVS EST? scribtum est enim DIXIT DOMINVS DOMINO MEO et cetera: Zach iii 2 item deus de deo dicit per Zachariam. Luc x 29 30 *sqq* et in Luca cum Pharisaeus PROXIMVM non intellegeret, hominis uulnerati fecit comparationem, qui Ipsius pietate curatus est. ideo se alibi, cum discipuli VIAM Io xiv 5 6 ignorare dicerent, ait EGO SVM VIA VERITAS ET VITA: ueritas pater, ueritas filius, quia ut pater semper, sic semper est filius.

VII **Natum non factum.** Quod et superius diximus, 'quod nascitur' patrem *cap* IV *l* 11 *supra* monstrat, 'quod fit' opificem. et quod de eo natum est quod semper fuit, semper fuisse monstratur; quia solus uniuersam rerum naturam ipsa *gene*ratione praecessit. si enim Arrianorum peruersa doctrina blasphaemans in patrem denegat filium, creaturae magis dicit principium, quia legit dictum esse per prophetam DOMINVS CONDIDIT ME et Prou viii 22 rerum naturam. denique quid Melchisedech ad Abraham dicit? ET BENEDICTVS Gen xiv 19 20 DEVS EXCELSVS QVI CREAVIT CAELVM ET TERRAM. quid quoque homines audiunt per prophetam Micheam, NONNE DEVS Mal ii 10 VNVS CONDIDIT NOS? NONNE PATER EST VNVS OMNIVM NOSTRVM? si ergo hoc nomine nuncupatur filius, ut Arriani dicunt, creatura est; audiuimus et nos quia creatura sumus; et CREATVRA OMNIS, Rom viii 20 ut apostolus dicit, VANITATI SVBIECTA EST: est ergo et similis nobis, si Arrianorum peruersa audiatur doctrina, est et VANITATI SVBIECTVS, qui filius testantibus scribturis est nuncupatus. apostolus ipse increpat ad Romanos, ET SERVIERVNT Rom i 25 inquid CREATVRAE POTIVS QVAM CREATORI QVI EST BENEDICTVS IN SAECVLA: | si filium *fol* 140 *b* dei creatum meminisset, numquam nec hos increparet, sed magis bene credidisse sua scribtione laudaret. sed quia dicit ad Colosenses PRIMOGENITVS, et Col i 15 subiungit TOTIVS CREATVRAE, ostendit duas res, seruans dei filium dum PRIMO-

---

8. **Iohannes**: *fortasse praemittendum* testatur, *ut in l* 11  13. **ueni**: *post hoc uerbum habet cod* et ad iudaeos ut manifestaret filium exisse dicit a deo, *quae supra transtuli, uide cap* IV *l* 18  14. luce *cod*  conp̄hendat *cod*

VI 2. aeuangelio *cod*  3. uitā aeternā *cod*  7. **quomodo et saepe** *scripsi*: quomodo ut saepe *cod*  8. diligis *cod*  13. **uos** *cod*: *fortasse legendum* uobis  18. **item deus de deo dicit per Zachariam** *cod*: *quae uerba ideo ad Zach* iii 2 (καὶ εἶπε κύριος πρὸς τὸν διάβολον Ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοί διάβολε καὶ ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ) *rettuli, quia ibi* deus de deo dicit *tamquam alter de altero; ita ut duae personae sint, et qui dicit et de quo dicitur*

VII 6. uniuersa rerum naturā *cod*  **generatione** *scripsi*: ratione *cod*  10. **esse** *scripsi*: est *cod*  14. excelsū *cod*  16. **Micheam** *cod*: *fortasse legendum* Malachiam, *sed cf* I 86  19. nuncupatus *cod*

GENITVM dicit, ostendens etiam ipsum [Col i 16] esse creatorem dum PER IPSVM FACTA SVNT VNIVERSA. occurrit e*t*iam euangelista [Io i 3] et dicit OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT ET SINE IPSO FACTVM EST NIHIL. si ergo PER IPSVM FACTA SVNT OMNIA ET SINE IPSO [Col i 15] FACTVM EST NIHIL, est PRIMOGENITVS a patre, est et CREATVRAE TOTIVS operator; [Col i 16] ut apostolus dicit, QVONIAM IN IPSO CONDITA SVNT OMNIA IN CAELIS ET IN TERRA VISIBILIA ET INVISIBILIA SIVE SEDES SIVE DOMINATIONES SIVE PRINCIPATVS SIVE POTESTATES, OMNIA PER IPSVM ET IN IPSVM CREATA SVNT. si PER IPSVM, quasi per filium dei; si IN IPSVM, ostendit susceptionem creaturae. denique prosequitur [Col i 17 18] ET IPSE EST ANTE OMNES ET OMNIA IN IPSO CONSTANT, ET IPSE EST CAPVD CORPORIS ECCLESIAE, QVI EST PRINCIPIVM PRIMOGENITVS A MORTVIS: seruauit semper et filium dei *de* deo patr*e*, seruauit et susceptionem craeaturae id est hominis. [Col i 18–20] denique prosequitur VT FIAT IN OMNIBVS IPSE PRIMATVM TENENS, QVONIAM IN IPSO CONPLACVIT OMNEM PLENITVDINEM INHABITARE ET PER EVM CONCILIARE OMNIA. nam si non seruaueris et dei filium ostendens et creatura*m* monstrans omnia pataefeceris, occurret tibi quod superius dictum est PRIMOGENITVS A MORTVIS. numquid a morte generatus est, ad quam confundendam descenderat Christus, quam ut triumpharet dei filius hominis filium suscepit? mors utique ad deum pertinere non potuit, nec A MORTVIS | [*fol* 141 *a*] PRIMOGENITVS potest dici: sed PRIMOGENITVS dei filius hominem quem suscepit uictoria uirtutis suae liberans, primum donum inmortalitatis patri uictor reportauit. quod et ipse alibi apostolus [I Cor xv 23] PRIMITIAE CHRISTVS DEINDE QVI SVNT CHRISTI.

Sic enim intellegendum est quod Salomon dicit DOMINVS CONDIDIT ME [Prou viii 22] [INITIVM VIARVM SVARVM]: ut ostenderet quia de corpore humano, quod accepturus erat, dei filius loquebatur, prosecutus est INITIO VIARVM SVARVM. potuit itaque *INITIO* angelos dicere, potuit caelos nuncupare, potuit aelementa: VIARVM autem dum dicit, discensus et ascensus sui. QVI enim DISCENDIT [Eph iv 10] IPSE EST QVI ASCENDIT, QVI EST SVPER [Rom ix 5] OMNIA DEVS BENEDICTVS IN SAECVLA. denique quia praedestinata apud deum fuerat discensio filii sui, quia discensurus nouissimo tempore hominis causa fuerat, in scribturis diuersae suum discensum demonstrabat, cum Adam requirit ad [Gen iii 8 9] uesperum, cum se ut hominem Abrahae [Gen xviii 1] ostendit, cum luctatur cum Iacob, cum [Gen xxxii 24] Iesus aduersariorum putaret hominem; [Ios v 13] monstrabat quod facturus erat nouissimo tempore. ideo INITIO uiarum suarum, nihil enim ignaro deo gestum est, nec ut alia cogitanti alia prouenerunt, *u*t ideo postea ex necessitate cogitauerit mittere: sed sciens quia libertatem suam male habit*ur*us erat homo, quia diabolus persuasurus, ante disposuit et quae futura erant ut sciens ordinauit. denique si hoc solum uoluisset intellegi quod de hoc capitulo Arriani auditis, ut secundum uestram dispotationem deum pot*iu*s filium procreasse quam generasse, | [*fol* 141 *b*] ANTE OMNES inquid COLLES GENVIT ME. [Prou viii 25] dicit itaque et generatum. an haec res te erigit

38. **etiam** *scripsi*: enim *cod* aeuangelista *cod* 56. **dei de deo patre** *scripsi*: dī dō patri *cod* 63. creatura *cod* 73. uictoriā *cod*

80. **initium uiarum** (uirum *cod**) **suarum** *cod*: *ideo in uncinis inclusi quia scribae additamentum esse uidetur* 84. **itaque** *cod*: *fortasse legendum* utique **initio** *suppleui*: *om cod* 86. **discensus et ascensus sui** *cod*: *fortasse supplendum* memoratur 97. **putaret** *cod*: *fortasse legendum* reputat 101. cogitandi *cod** (*corr m p*) **ut** *scripsi*: et *cod* 104. **habiturus** *scripsi*: habitus *cod* 109. **potius** *scripsi*: potens *cod*

Prou viii 22 quia prius dicit 'primum creatum,' prosequitur 'genitum'? et omnes scribturas transiens quibus filius dei deus dicitur 'natus,' in hoc solo capitulo extolle*ri*s ad corpus magis quam ad dei filium pertinente? redde denique scribturae interpretationes suas: si 'primum creatus' est, quid est quod postmodum 'natus' est? si autem confitearis in praedestinatione humani corporis dictum, et dei filium monstras genitum ut pater solus qui generauit scit (ut Ipse in euangelio Mathei dicit NEMO COGNOSCIT Matt xi 27 FILIVM NISI PATER NEQVE PATREM NISI FILIVS ET CVI VOLVERIT FILIVS REVELAR*E*), et hominis filium, qui creatu*r*, a dei filio susceptum in ipso.

Si*c* enim pl*us* audetis de cre*a*to atque facto secundum uestrum †problematae†, quia habetis dictum quod soletis ostendere per beatissimos Petrum atque Iohannem. Io i 15–17 IOHANNES TESTIMONIVM PERHIBET DE ILLO ET CLAMAT DICENS: HIC EST QVEM DIXI VOBIS, QVI POST ME VENIT ANTE ME FACTVS EST QVIA PRIOR ME ERAT: QVONIAM DE PLENITVDINEM EIVS NOS OMNES ACCEPIMVS, GRATIAM PER GRATIAM, QVIA LEX PER MOSEN DATA EST GRATIA AVTEM PER IESVM CHRISTVM FACTA EST. facturae causa quaeritur: si enim dicis FACTVM saluatorem, sed fac|ta sunt et cetera, *fol* 142 *a* FACTA EST et gratia. quo uerbo adseueras gratiam FACTAM, rem magis †quam re† probandam? si ergo de re posteriori rationem non potes reddere, illum qui fecit ipsam gratiam potes aliquando scire? sed si et apostolum Petrum dicis Iudaeis post passionem saluatoris dixisse CERTISSIME ERGO SCIAT OMNIS DOMVS Act ii 36 *a* ISRAHEL QVIA ET DOMINVM EVM ET CHRISTVM DEVS FECIT, quid prosequitur aut qui*d* antecesserat quaere. de propheta loquebatur qui dixerat DIXIT DOMI- Act ii 34 35 NVS DOMINO MEO, SEDE AD DEXTERAM MEAM (Ps cix [cx] 1) DONEC PONAM INIMICOS TVOS SVBPEDANEVM PEDVM TVORVM: et post haec iterum prosecutus est HVNC IESVM QVEM VOS Act ii 36 *b* CRVCI FIXISTIS. age, fixus fuisset deus cruci, si hominem non haberet, si non humana membra portaret? considera capitulum hoc ad testimonium deitatis suae, quia filius dei est ignorantibus, Iudaeis ipsum saluatorem dixisse: cum *cf cap* VI *ll* 8–17 *supra* illum dei filium non agnoscerent, cum illum sic diligi ut deum non intellegerent, cum quis esset PROXIMVS in lege DILECTVS non scirent, ipse aperuit, ipse hoc capitulo mysterium pataefecit. apostolus ergo duas has re*s* seruans praemisit dei filium in honorem, seruauit et filium hominis in passionem, ac per hoc sic*ut* natura*m* dei filio sic et factura*m* homini manifestissimae adpro*b*auit. sciebat enim dictum esse FECIT DEVS Gen i 27 HOMINEM. haec est factura quae et peccato et uanitati et morti obnoxia est. [homo enim creatus est, ideo et VANITATI Rom viii 20

116. extolleres *cod* 118. pertinentē *cod* 123. **monstras** *scripsi*: monstrans *cod* 127. reuelari *cod* 128. **creatur** *scripsi*: creatus *cod* 129. **in ipso**: *post haec uerba habet cod* homo enim creatus . . . in orbem terrarum, *quae omnia transtuli ad l* 179 *infra*

130. **Sic enim plus audetis de creato** *scripsi*: Si enim plaudetis decreto *cod* (*e mutilo ut conicio exemplari*) 131. **secundum uestrum problematae** *cod*: *locum corruptum sanare non potui* 134. **Iohannes**: Iohannem *cod** 139. **per gratiam**: *fortasse legendum* pro gratia 144. **quo** *cod*[2]: quod *cod**

145. **rem magis quam re** *cod*: *locus imperfectus* 146. posterioratıonem *cod** 148. potest *cod* 154. **quid**: qui *cod* 171. **res seruans** *scripsi*: reseruans *cod* 174. **sicut** *scripsi*: sic et *cod* **naturam . . . facturam** (naturā . . . facturā) *scripsi*: natura . . . factura *cod* 175. adprouabit *cod* 179–185: *quae in uncinis inclusa sunt, ea huc e l* 129 *huius capituli transtuli, certe e peruerso loco, nescio an in rectum* 179. uanitatis *cod*

SVBIECTVS quia facile persuasus. denique quid dicit spiritus per Salomonem? [Sap ii 23 24] DOMINVS CREAVIT HOMINEM INEXTERMINABILEM ET AD YMAGINEM SVAE SIMILITVDINIS FECIT ILLVM; INVIDIA AVTEM DIABOLI MORS INTROI*V*IT IN ORBEM TERRARVM.] denique et angeli facti sunt, testante [Ps ciii (civ) 4] scribtura in psalmo QVI FACIT ANGELOS SVOS SPIRITVS ET MINISTROS SVOS IGNEM FLAGRANTEM: [*cf cap* VIII *ll* 59–61] sic denique et peccatores extiterunt, sic denique diabolus cum angelis suis damnatur, ut apostolus [*fol* 142 *b*] beatissimus AN NESCITIS QVIA | ANGELOS [1 Cor vi 3] IVDICABIMVS? factum legimus et caelum, factam et terram. et tamen haec omnia ueterescere et inmutari habere scribtura testante cognoscimus: dicit [Ps ci 26 27 (cii 25 26)] enim in psalmo INITIVM TERRAM TV FVNDASTI DOMINE ET OPERA MANVVM TVARVM [Is li 6] SVNT CAELI, IPSI PERIBVNT TV AVTEM PERMANEBIS IN AETERNVM: et Esaias TOLLITE inquid IN CAELVM OCVLOS VESTROS ET ASPICITE IN TERRA DEORSVM, QVIA CAELVM VT FVMVS SOLIDATVM EST TERRA AVTEM SICVT VESTIMENTVM VETERESCIT, QVI VERO INHABITA*N*T SICVT HAEC MORIENTVR: SALVTARE AVTEM MEVM IN AETERNVM MANET, IVSTITIA AVTEM MEA NON DEFICIET. cognosce*n*s ergo quia serua*u*it scribtura honorem fili qu*em* SALVTARE appellauit AETERN*VM*, quomodo dicis quia 'fuit quando non fuit'? si enim fuit quando non fuit, quomodo potest AETERNVS nuncupari?

Sed reuertamur ad factura*m*. ecce facta sunt omnia et soluenda sunt: POST TRI[Matt xxiv 29 (Marc xiii 24 25)]BVLATIONEM AVTEM DIERVM ILLORVM SOL OBSCVRABITVR ET LVNA NON DABIT LVMEN SVVM, STELLAE CADENT DE CAELO ET VIRTVTES CAELORVM MOVEBVNTVR. uides ergo facturam accipere dissolutionem, filium autem dei et semper esse et semper futurum esse. qui si 'fuit quando non fuit,' et factus est, ut peruersa Arrianorum mens loquitur, trahitur a*d* natura*m* et participem suum possunt uniuersa tenere. quomodo dominus naturae est, quomodo totius creaturae opifex, si et ipse factus dicitur? sed si nomen facturae male interpraetatur, si apostol*os* putas uel propheta*s* dixisse de creatura, habes et alibi dictum esse per Hiezechihel ET FACTA EST SVPER ME MANVS DOMINI [Ezech xxxvii 1] ET EXTVLIT ME IN MEDIO CAMPO. quid est FACTA EST SVPER ME MANVS DOMINI? quas hic adferes interpraetationes? | [*fol* 143 *a*] FACTAM enim MANVM DOMINI dici*t* SVPER hominem: ergo ab alio manus dei facta est, et quomodo manus dei operatur omnia si ipsa SVPER hominem FACTA dicatur? quomodo legis MANVS MEA [Is lxvi 2] FECIT HAEC OMNIA et MANV MEA SOLI- [Is xlv 12] DAVI CAELVM, et hic legis FACTAM MANVM SVPER hominem? habes et alibi ET [Gen xv 1] FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ABRAHAM DICENS: quomodo VERBVM dei FACTVM EST AD ABRAHAM, ut ibi qu*od* primum erat Verbum dei, et dum dicitur factum [Gen i 3 *etc* Ps cxlviii 5] est, intelleg*a*tur Abrahae esse dictum? aut quas alias adferre potes interpraetationes? ut VERBVM dei, ante omnia dicis: hic autem AD ABRAHAM dicit esse FACTVM. numquid exinde FACTVM EST, ut merito FACTVM dicatur? sed significantia haec est, ut FACTVM EST dicatur quod 'statim loquitur': ut ad prophetas saepe dictum est ET FACTVS EST SERMO [Hier xiv 1 *etc*, i 11 (i 1) *etc*] DOMINI AD HIEREMIAM, ET FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ME DICENS. sic ergo

---

185. introibit *cod* 200. aesaias *cod* 205. inhabitat *cod* 208. **cognoscens** *scripsi*: cognosces *cod* seruabit *cod* 209. scribturas *cod** **quem** *scripsi*: qui *cod* 210. **aeternum** (aeternū) *scripsi*: aeterna *cod* 214. factura *cod*

224. **ad naturam** *scripsi*: a natura *cod* 229. malae *cod* apostolus *cod* 230. **prophetas** *scripsi*: propheta *cod* 236. **dicit** *scripsi*: dicis *cod* 241. **manu** (τῇ χειρί): manus *cod* 246. **quod** *scripsi*: q. *cod* 248. **intellegatur** *scripsi*: intellegitur *cod* 249. **potes**: potest *cod*

FACTVM intellegimus dum loquitur, dum uoluntatem dei patris prodit, dum quid obseruare homines deberent ut dei hoc uerbum homines corrigit.

VIII Prosequitur in fide **Vnius substantiae cum Patre, quod graeci dicunt homousion.** Non solum **ex substantia patris**, sed et **unius substantiae** dicit. unum, quod **ex substantia patris** nascitur filius et est persona secunda; aliud, quod diuinitas non diuid*i*tur, et uirtus paterna quae in filio est non saeparatur, sed una in duabus personis permanens indiuisa una est, etiam si per aliam personam
*ll* 14–92 ministretur. denique et lege probamus,
*ll* 93–102 et per prophetas dictum adserimus, et per
*ll* 103–167 saluatorem manifestatum aperimus.

In principio ipso, cum hominem facere
*fol* 143 *b* disponeret, FACIAMVS inquid HOMINEM | AD
Gen i 26 YMAGINEM ET SIMILITVDINEM NOSTRAM? unita uirtus ostenditur, quando ad opus alia persona consul*i*tur: non quo non ualebat, si alia*m* nollet intellegi persona*m* in unitate uirtutis esse coniunctam, quod uolebat efficere, aut habens iubendi potestatem nullius sibi uirtutem socians atque consilium iungens iubere ut fieret, aut sine interrogatione facere quod ipse uellet. quo sermone poteris aut tu, Arrie, aut Sabelli excusar*i*? qui longe deiungis quem filium dicis, aut tu qui ipsum patrem ipsumque filium nuncupas? non egeba*t*, Arri*e*, istius sibi uirtutem sociare aut in consilium hu*n*c d*u*cere quem, licet ut ipse dicis 'principium rerum fecerat,' tamen fecerat. sed quia filius, qui semper in patre, qui merit*o* per uirtutum nomina, quae inseparabiliter in re aliqua cuius sunt semper perseuerant, nuncupatus est, ritae cons*u*litur et in opere aduocatur: est enim Sapientia qua cuncta cogitantur, Virtus qua fiunt, Verbum quo facta nuntiantur. ritae ergo consuluit sensu Sapientiam suam, Virtute conpulit, Sermone patefecit. [sic
omnia alibi IN SAPIENTIA facta dicit: Ps ciii (civ) 24
quomodo Arriani dicunt hoc quia 'facta est Sapientia,' quando nihil sine Sapientia fit? prius est enim sapere aliquid et sic est implere.] tu quoque, Sabelli, ex hoc agnosce aliam esse personam Verbi.
clamat Iohannis et dicit IN PRINCIPIO Io i 1
ERAT VERBVM ET VERBVM ERAT APVD DEVM ET DEVS ERAT VERBVM. uides ergo quia APVD patrem alius in persona et nom*i*ne est filius, uirtute tamen et potestate
coniunctus. FACIAMVS enim dum unus Gen i 26
dicit, aliae se personae dicere ostendit: sed nolo sic sapias filium nega*n*s, qui christianum tibi nomen uindicas, ut Iudaei dicunt angelis esse dictum. deus
angelorum uirtute | in opera non egebat, *fol* 144 *a*
et maximae ante delictum aliquorum angelorum, quia *qui* post hominem aemulatione deiecti sunt uno nomine angeli dicebantur. numquam ergo ad hoc tantum opu*s* hos aduocaret quo*s* scilicet in parte perituros sciebat: sed hunc aduocauit quem suum et proprium
nouerat, quem quia ut ipse nouerat *cf cap* VII *l* 124

---

VIII 7. diuidetur *cod* 11. **ministretur** *cod*[2]: monstretur *cod**
18. consuletur *cod* 19. alia . . persona *cod* 23. **iubere . . facere** *scripsi*: iuberet . . . faceret *cod* 25. arriae *cod* 26. **excusari** *scripsi*: excusare *cod* 28. **egebat** *scripsi*: egebas *cod* 29. arrii *cod* 30. **hunc ducere** *scripsi*: huic dicere *cod*, *fortasse recte*

33. **merito** *scripsi*: meritum *cod* 36. **nuncupatus**; *praem* eā *cod* consolitur *cod* 37. sapientiā *cod* 41. **sic omnia alibi . . . sic est implere**: *quae in uncinis includuntur huc transtuli e l* 84 *infra, certe e peruerso loco, nescio an in rectum* sic *cod*[2]: si *cod** 51. **nomine** *scripsi*: nomen *cod* 54. **aliae se** *scripsi*; alia esse *cod* 55. **negans** *scripsi*: negas *cod* 60. **quia qui** *scripsi*: quia *cod* 63. opū *cod* **hos** *cod*[2]: hoc *cod** **quos**: quod *cod*

genera*uerat* filium nuncupabat, qui ex Prou viii 27 28 30 31 persona sui clamat per prophetam CVM PAR*A*RET CAELVM ADERAM ILLI, ET CVM SECERNERET SEDEM SVAM, CVM SVPER VENTOS VALIDAS FACERET DE SVMMO NVBES ET CVM CONFIRMATOS PONEBAT FONTES SVB CAELO, EGO ERAM POENES ILLVM COMPONENS, EGO ERAM A*D* QVE*M* CONGAVDEBAT, COTTIDIAE AVTEM IOCVNDABAR ANTE FACIEM EIVS CVM LAETARETVR ORBE PERFECTO: aperuit quia filius patri loquebatur: hunc in opere aduocabat. denique p*ro*sequitur Gen i 27 post factum hominem et dicit ET FECIT DEVS HOMINEM AD IMAGINEM DEI: alius utique qui FECIT, et alius AD cuius SIMILITVDINEM factus est. et ut ostenderet saluator generis nostri Christus quia ipse Gen ii 7 HOMINEM PLASMAVIT E LYMO TERRAE, Io ix 6 EXPVIT IN TERRA ET LVTVM FECIT et Gen ii 7 caeco oculos reddidit. sic*ut* INSVFFLAVIT IN Adam et ANIMAM VITAE dedit, sic et Io xx 22 23 discipulis post passionem suam fecit: ET INSVFFLAVIT inquid IN ILLOS ET AIT ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM, CVIVS REMISERITIS PECCATA DIMISSA ERVNT IN CAELO, QVORVM TENVERITIS DETENTA ERVNT.

*fol* 144 *b* Quid Esaias clamat et dicit? | Is xlv 14 15 LABORAVIT AEGYPTVS ET NEGOTIATIO AETHIOPVM, ET SABAI VIRI EXCELSI POST TE AMBVLABVNT VINCTI CONPEDIBUS ET POST TE SEQVENTVR ET IN TE DEPRAECABVNTVR, QVONIAM IN TE EST DEVS ET NON EST DEVS PRAETER TE: TV ES DEVS ET NON SCIERVNT. cum ergo dicit TV ES DEVS et IN TE EST DEVS, non utique *unum* sed manifestissimae du*os* in una uirtute coniunctos ostendit.

Quod saluator seruans Phylippo qu*ae*renti clamauit et dixit TANTO TEMPORE Io xiv 9 VOBISCVM SVM ET PATREM QVAERITIS PHYLIPPE? QVI ME VIDIT VIDIT ET PATREM: non unum se faciens aut unam personam ostendens, sed de aeternitate atque uirtute inseparatum sciens ignorantibus pataefecit. quid denique alibi, EGO IN Io xiv 10 PATRE ET PATER IN ME? et iterum unam sciens operam aeternitatem uirtutem, clamauit et dixit OMNIA MEA TVA SVNT ET Io xvii 10 TVA MEA: *sci*uit aliam se a patre habere personam, una tamen se ui*r*tute esse coniunctum. prosequitur in ipso capitulo CLARIFICATVS SVM inquid IN EIS: ET Io xvii 10 11 12 IAM NON SVM IN HOC MVNDO, ET HII IN HOC MVNDO SVNT *ET* EGO AD TE VENIO. PATER SANCTE, SERVA EOS IN NOMINE TVO. ET IN MVNDO CVM ESSEM CVM EIS, EGO SERVABAM EOS: ostendit se sicut pater posse seruare. denique prosequitur SICVT ME Io xvii 18–24 MISISTI IN HOC MVNDO, ET EGO MISI EOS IN HVNC MVNDVM: ET PRO EIS SANCTIFICO ME IPSVM VT SINT IPSI SANCTIFICATI IN VERITATE. NON PRO HIS AVTEM ROGO TANTVM, SED ET PRO HIS QVI CREDITVRI SVNT PER SERMONEM EORVM IN ME, VT OMNES VNVM SINT; SICVT TV PATER IN ME ET EGO IN TE, VT ET IPSI IN *N*OBIS SINT ET MVNDVS CREDAT QVIA TV ME MISISTI. ET EGO CLARITATEM QVAM DEDISTI MIHI DEDI EIS, VT SINT VNVM SICVT NOS VNVM, ET EGO IN EIS ET TV IN ME, ET SINT CONSVMMATI IN VNVM, ET COG|NOSCAT MVNDVS QVIA TV ME MISISTI ET *fol* 145 *a*

---

67. **generauerat** *scripsi*: generat *cod* 69. **pararet** *scripsi*: pareret *cod*, *cf Cypr* Test ii 1 *cod* A adheram *cod* 70. **cum super uentos** *cod*, *cum Cypr* Test ii 1 74. **ad quem** *scripsi*: atque *cod* 78. p̲sequitur *cod* 80. **dei**: + suā *cod** 84. **e**: ae *cod* **terrae**: *post hanc uocem habet cod* sic omnia . . . sic est implere, *uide supra ll* 41–46 86. **caeco** *scripsi*: caecos *cod*, *fortasse recte* **sicut** *scripsi*, *cf* VII 174: sic et *cod*

93. aesaias *cod*

101. **unum** *coniectura suppleui*: *om cod* 102. **duos** *scripsi*: dum *cod*

103. querenti *cod* 105. queritis *cod* 114. **sciuit** *scripsi*: soluit *cod* 115. **se uirtute** *scripsi*: seruitute *cod* 119. **et** *scripsi*: *om hic cod*, *habet manu prima super lineam post* serua eos 120. sanctae *cod* 131. **nobis** *scripsi*: uobis *cod* 133. **dedi** *cod*[2]: dedi* (*fortasse* dedit) *cod** 135. **et** (*ante* cognoscat) *cod*, *cum cod b Euangeliorum*

DILEXISTI EOS SICVT ME DILEXISTI. PATER, QVOS MIHI DEDISTI VOLO VT VBI EGO SVM SINT ET HII MECVM, VT VIDEANT CLARITATEM MEAM QVAM DEDISTI MIHI: QVIA DILEXISTI ME ANTE CONSTITVTIONE MVNDI. 'unum' dum dicit, non 'unus,' ut Sabellius audiat; et Arrianus dei filium recognoscat, qui hac ratione VNVM se dicebat. ut enim PATER HABET VITAM, SIC Io v 26 21 ET filius: et QVOD VVLT PATER VIVIFICAT, VIVIFICAT ET FILIVS. et in ipso euangelio Io xvi 15 dicit OMNIA QVAECVMQVE HABET PATER MEA SVNT, PROPTEREA DIXI QVIA DE MEO ACCIPIET ET ADNVNTIA*B*IT VOBIS. sic et Io x 31 33–38 alibi Iudaei VT ILLVM LAPIDARENT hac causa se facere dicebant QV*IA* CVM SIS HOMO FACIS TE IPSVM DEV*M*: RESPONDIT IESVS, NONNE SCRIBTVM EST IN LEGE QVIA EGO DIXI DII ESTIS? SI ILLOS DIXIT DEOS AD QVOS SERMO FIEBAT DEI ET NON POTEST SOLVI SCRIBTVRA, QVEM PATER SANCTIFICAVIT ET MISIT IN HVNC MVNDVM VOS DICITIS QVIA BLASPHEMAT, QVIA DIXI FILIVS DEI SVM? SI NON FACIO OPERA PATRIS MEI, NOLITE MIHI CREDERE; QVOD SI FACIO ET MIHI NON VVLTIS CREDERE, OPERIBVS CREDITE ET COGNOSCITE QVIA IN ME EST PATER ET EGO IN ILLO. prosequitur iterum CREDITIS IN DEVM, ET IN Io xiv 1 ME CREDITE: ostendit duas personas una uirtute credendas.

Denique per Iohannem beatissimum 1 Io i 5 apostolum dicitur DEVS LVX EST ET TENEBRAE IN ILLO NON SVNT; legimus et ipsum Io xii 46 (*cf cap* v *l* 12 *supra*) saluatorem dixisse EGO LVX IN HVNC MVNDVM VENI. cum sit unum nomen lucis, lux pater dicitur lux filius agnoscitur: hoc est quod in unitate uirtutis duae personae monstra*n*tur. IN LVMINE inquid TVO Ps xxxv 10 (xxxvi 9) VIDEBIMVS LVMEN: non quod patrem uidit Io i 18 aliquis aut lumen paternae uirtutis potuit intueri; | sed cum dicit IN LVMINE TVO VIDE- *fol* 145 *b* BIMVS LVMEN, ostendit IN LVMINE patris filium LVMEN ab hominibus esse uisum. sic ergo **unius substantiae**, id est unius uirtutis, sic unius cognoscitur potestatis.

Denique et NOMEN patris se habere Io xvii 11 12 dixit: *c*ur nisi quod ostendit se et semper esse et secundum a patre esse? prius est enim ut sit, deinde nomen habeat quod sit. luctatus denique Iacob Gen xxxii 29 h*o*c requirit, et audit HOC EST MIRABILE: interrogat et Moyses, et audit EGO SVM Exod iii 14 QVI SVM. si Ipse in euangelio aperuit quod per prophetam iam dixerat EGO Is lii 6 QVI LOQVEBAR VENI, ostendit quia ipse EST QVI EST, quia ipse locutus est cum Iacob, ipse nomen suum MIRABILE dixit. ipse et in euangelio postmodum ad patrem clamat et dicit PATER CLARIFICA NOMEN Io xii 28 TVVM. quid audi*t* e caelo? CLARIFICAVI ET ITERVM CLARIFICABO. ostendit se patris NOMEN quod est deus, qui de

---

143. **recognoscat** *scripsi*: recognoscebat *cod* 144. **qui hac ratione unum se dicebat** (dicebant *cod*): *add sup lin cod* 146. **quod** *cod*: *fortasse legendum* quos 150. adnuntiauit *cod* 151. **hac** *scripsi*: haec *cod* 152. **quia** *scripsi*, *cf codd a b f etc*: quae *cod* 153. **deum**: ds̄ *cod* 157. **scriptura**: scriburas *cod** scribturas *cod*², *fortasse recte*

170. **sunt** *cod*²: est *cod** **ipsum**: *praem* in *cod**

175. **monstrantur** *scripsi*: monstratur *cod* 177. **aliquis** *cod*²: aliquos *cod**

184. quur *cod* 188. **hoc** *scripsi*: hac *cod* **hoc est mirabile**: *iure ad Gen* xxxii 29 *referri ostendit mihi uir clarissimus F. C. Burkitt Cantabrigiensis, teste Speculo quod falso uocatur Augustini* (*ed. Weihrich p* 300): *confer etiam Heptateuchum Lugdunensem* Dic mihi nomen tuum, et ille dixit Vt quid hoc interrogas? nomen meum et ipsum est mirabile 192. **quia ipse est qui est quia ipse** *scripsi*: quia ipse est quia ipse est qui *cod*; *uoces* est qui *per homoeoarcton omissas, deinde ad marginem codicis additas, postremo peruerso loco non post* ipse 1° *sed post* ipse 2° *redditas suspicor* 193. **locutus** *cod*: *fortasse legendum* luctatus 197. **audit e** *scripsi*: audi ae *cod* 199. **qui** *scripsi*: quiui *cod*

deo patre processit, ut ipse dixit se EX Io viii 42 DEO EXISSE. qu*o*d beatissimus apostolus Phil ii 6 7 Paulus ostendens, IN FIGVRA DEI CONSTITVTVS NON RAPINA*M* ARBITRATVS EST ESSE SE AEQVALEM DEO SED SE IPSVM EXINANIVIT FORMA*M* SERVI ACCIPIENS. quid est AEQVALEM DEO? habens sempiternitatem, unam cum patre aeternitate*m* possidens, *SE* EXINANIVIT dum hominis corpus accipit, dum inmortalis et sempiternus creaturam susc*i*pit, iniurias patitur, mortem Act ii 32 suscepti corporis sentit. sed SVSCITAVIT DEVS, et non solum corpus quod susceperat sed et alia: in euangeliis ita dicit Matt xxvii 52 MONVMENTA APERTA SVNT ET MVLTORVM | *fol* 146 *a* CORPORA SANCTORVM SVNT SVSCITATA.

Habemus et alibi apostolum dixisse, Col i 15 QVI EST IMAGO DEI INVISIBILIS. IMAGO utique numquam diceretur si non similis, si non aeterna, si non totam patris in se similitudinem possidens. sed hac ratione, Arriae, times ‘similitudinem’ dicere, quia non potes nisi aeternam confitearis: dum aeternum et *c*oaeternum negas filium, et apostolo contradic*i*s, contradicis etiam omnibus scribturis. nullam enim *al*iam ‘similitudinem’ patris dicit filium nisi quod aeternus et coaeternus est patri, quippe qui semper est, et ab hoc deo patre inuisibili humani generis causa uisibilis esse uoluit, ut nos per ui*sibil*em et inuisibilem deum uidere possemus. denique Matt v 8 cum docet in euangelio sic ait, BEATI MVNDO CORDE QVONIAM IPSI DEVM VIDEBVNT; utique ostendit uider*e* habere patrem qui MVNDO CORDE esse uoluerint: sed uidebunt patrem per filium; QVI enim FILIVM Io iii 36 NON CREDIDERIT, et sic crediderit ut aeternum de aeterno et sempiternum de sempiterno confiteatur, deum patrem NON VIDEBIT, qui nec filium in terra cognouit. hoc est QVI ME VIDET VIDET ET PATREM: Io xiv 9 nisi enim qui intellexerit filium, deum patrem non uidebit.

IX **Per quem omnia facta sunt siue quae in caelo siue quae in terra.** Dicit enim euangelista OMNIA PER IPSVM Io i 3 4 FACTA SVNT ET SINE IPSO FACTVM EST NIHIL; QVOD FACTVM EST IN IPSO VITA EST (merito, QVIA DEVS MORTEM NON Sap i 13 FECIT NEC LAETATVR IN PERDITIONEM VIVORVM) ET VITA ERAT LVX HOMINVM. quia lux de deo patre, | sic VITA de deo *fol* 146 *b* patre filius, *c*ui uita*m* concessit. OMNE Io v 26 inquid QVOD DEDISTI MIHI VT DEM EIS Io xvii 2 3 VITAM AETERNAM, HAEC EST AVTEM VITA AETERNA VT COGNOSCANT TE SOLVM DEVM ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM.

X **Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, homo factus est. Descendit** et in paradiso, apparuit et *cf cap* VII *l* 93 patribus: nunc autem **incarnatus**, secundum quod et prophaetae dixerunt et euangelistae aperuerunt, quod dei filius filium hominis habebat accipere, ut qui fecerat in principio repararet in posterum, ut duo nomina quae dicta era*n*t primo et secundo opere conplerentur: dixerat enim AD IMAGINEM, prosecutus est ET Gen i 26 SIMILITVDINEM, ut IMAGO adsumptionem

---

201. **quod** *scripsi*: quid *cod* 203. rapina *cod* 205. forma *cod* 207. **patre aeternitatem** *scripsi*: patrē aeternitate *cod* **possidens se exinaniuit** (possidensseexinaniuit) *scripsi*: possidens exinaniuit *cod* 210. suscepit *cod* 222. **potes** *scripsi*: potest *cod* 223. quoaeternum *cod* 224. **apostolo** *scripsi*: apostolos *cod* **contradicis** 1°: contradices *cod* 225. **aliam** *scripsi*: etiam *cod* 226. **filium** *cod**: *fortasse* filii *cod*[2] 230. **uisibilem** *scripsi*: uirtutem *cod* 232. aeuangelio *cod*

234. uideri *cod* 236. **filium** *ut uid cod**: filiu (*fortasse pro* filio) *cod*[2] 237. **crediderit** 2°: crederit *cod** 241. **uidet uidet** *cod*: *fortasse legendum* uidit uidit, *cf l* 106 *supra*

IX 10. **cui** *scripsi cum Io* v 26: qui *cod* uita *cod* omnem *cod*

X 10. **erant** *scripsi*: erat *cod*

hominis monstraret, SIMILITVDO aeternitatem sus*pic*eret. ait enim propheta sic, [Baruch iii 36–38] IS DEVS NOSTER ET NON DEPVTABITVR ALIVS ABSQVE *I*LLVM; una Virtutis causa, quia cum patre coniunctus est: QVI INVENIT inquid OMNEM VIAM PRVDENTIAE, quasi Sapientia patris: ET DEDIT EAM IACOB PVERO SVO ET ISRAHEL DILECTO SIBI, [Gen xxviii 14] cum illum benedicit cuius benedictio per filium ad omne hominum genus monstrabatur habere uenire: POSTHAEC inquid IN TERRIS VISVS EST ET CVM HOMINIBVS CONVERSATVS EST. VISVS EST inter homines hominem portans: quia non decebat ueritatem mendacio homines inludere, ut hominem se monstraret qui hominis corpus non habebat. taceat Marchionis peruersitas, quae negat deum [*fol* 147 *a*] humanam carnem portas|se, erubescens scilicet de*o* humanum corpus adscribere, uteri et uentris causas praetendens quibus natiuitas formari consueuit. si hominis causa deus, et plasmator ipse dei filius, *c*ur non operis sui causa descendit, *c*ur intra suum opus se non continuit, quando tu qui denotare istas sordes conaris in tuo te opere uel terra fabricatis domibus consueuisti extollere et firm*um* reputas quod infirmus facis? denique opus tuum superuiue*t*, et si ante te esse non potuit tamen post te plus stabit: quid de aetern*o*, quid de inmortali opifice iudicabis, qui tuum opus saepe [Prou ix 1] laudare contendis? SAPIENTIA inquid AEDIFICAVIT SIBI DOMVM: quam DOMVM AEDIFICAVIT SAPIENTIA nisi hominem, ut legimus, cui et primum munus ANIMAM [Gen ii 7] INSVFFLAVIT et de sua uiuacitate inmortale*m* corpori possessionem concessit? quia ergo homo non solum ipsius opus erat sed et pignus, ritae **descendit**, ritae IN SVA HABITAVIT, ritae quod diaboli [Io i 11 14] fraude et inlicita libertate fuerat deceptum sua uirtute ad aeternitatem produxit.

Denique sic et euangelistae testantur. quid audit Maria loquente Gabrihelo? HA*V*E inquid GRATIA PLENA, DOMINVS [Luc i 28 31 34 35] TECVM. et prosequitur ECCE IN VTERO ACCIP*I*ES ET PARIES FILIVM ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM, IPSE ENIM SALVA*B*IT [Matt i 21] POPVLVM SVVM A PECCATIS EORVM. cui respondens ait QVOMODO ERIT HOC, QVIA VIRVM NON COGNOVI? ait SPIRITVS SANCTVS SVPERVENIET IN TE ET VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRA*B*IT TIBI, QVAPROPTER QVOD NASCETVR EX TE VOCABITVR FILIVS DEI. qu*i*d euangelista Iohannis, | qui non [*fol* 147 *b*] inmerito SVPER PECTVS DISCVMBENS salua- [Io xiii 25 xxi 20] toris, sciens filii omnipoten*ti*s dei mysterium quod de pectore consueuit exire, in principio euangelii sui clamauit et dixit? IN PRINCIPIO ERAT VERBVM ET [Io i 1–3] VERBVM ERAT APVD DEVM ET DEVS ERAT VERBVM: HOC ERAT IN PRINCIPIO APVD DEVM: OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT ET SINE IPSO FACTVM EST NIHIL. ET VERBVM [Io i 14] CARO FACTVM EST ET HABITAVIT IN NOBIS, ET VIDIMVS GLORIAM, GLORIAM TAMQVAM VNIGENITI A PATRE, PLENVM GRATIA ET VERITATE. sic homo dum corpus hominis susc*e*pit, sic dei filius dum de deo patre procedens VERBVM CARNEM nostri corporis sumpsit. unde clama*ba*t propheta atque dicebat ET HOMO EST, ET [Hier xvii 9] QVIS COGNOSC*E*T ILLVM? numquam pro-

15. **suspiceret** *scripsi*: susciperet *cod*, *fortasse recte* 16. **is**: his *cod* **noster**: nēr *cod*, *ut cap* 1 *l* 62 *supra* 17. **illum** *scripsi cum Cypr* Test ii 6 *codd* A L: ullum *cod* 23. omnem *cod* 33. **deo** *scripsi*: dm̄ *cod* 37, 38. quur *bis cod* 42. **firmum reputas** *scripsi*: firmiore putas *cod* 43. **superuiuet** *scripsi*: superuiues *cod* 44. **te plus** *scripsi*: templus *cod*; *fortasse legendum* te amplius 45. aeternū *cod*

51. inmortale *cod* 60. habe *cod* 62. accipes *cod* 63. saluauit *cod* 68. obumbrauit *cod* 70. **quid** *scripsi*, *cf l* 59: quod *cod* 72. omp̄s *cod*, *cf cap* 1 *l* 62 73. **pectore** *scripsi*: peccatore *cod* 84. suscipit *cod* 86. clamat *cod* 88. cognoscit *cod*

pheta hoc diceret, si hominem solum intellegi uellet: hominis enim unum nomen est, et quod est si hoc audierit iniuria*m* non sentit: dum loquitur QVIS COGNOSCET ILLVM, ostendit hominis personam deum dei filium baiulare. hoc enim uidebatur exterius quod humanum est et quod mortale est, quod et conpraehendi et pati potest: deus autem, qui hominem susceperat, ex ministerio corporis s*uscep*ti quis esset interior uirtutibus declarauit, dum haec dicit quae de mortalibus membris numquam homines [Matt viii 23 26] cogitare potuerunt. nauigat cum discipulis, iubet uentis, quiescit mare, dicunt [Matt xiv 33] apostoli VERE FILIVS DEI ES. legionem daemonum uerbo fugat, corpus posse*s*sum [Marc v 3 4 9] liberat, ligabatur enim CATENIS et NON POTERAT teneri: quem excogitata hominum uincla retinere non poterant ut uel in cor[*fol* 148 *a*]*pore* per|uersum tenerent spiritum, hunc iussu fugat, hominem cuius causa discenderat liberat. suscitat mortuum quasi deus, ostendit et inbecillitate*m* corporis sui ut crederetur quia uere inbecilla et humana [Matt iv 12] membra portabat: esuriit sub diabolo, sitiit sub Samaritidem, plora*uit* super [Io iv 7 xi 35] Lazarum. et tamen quis es*se*t hisdem locis quibus humana infirmitas monstrabatur diuina statim manifestata potentia est: [Matt iv 7] audit diabolus NON TEMPTABIS DOMINVM DEVM TVVM; audit Samaritis SI SCIRES [Io iv 10] DONVM DEI ET QVIS EST QVI TIBI DICIT DA MIHI BIBERE, TV FORSITAM PETISS*ES* AB EO ET DARET TIBI AQVAM VITAE; et post lacrimas clamat LAZARAE PROCEDI FORAS, [Io xi 43 39] statim mortis uincla soluuntur, corpus quarta die e tumulo suscitatur. hoc est ET HOMO EST, ET QVIS COGNOSCET ILLVM? [Hier xvii 9] quod ipse dominus lapidare se uolen- [Io x 31] tibus Iudaeis monstrauit se lapidari non posse si suam uellet potentiam demonstrare: SI MIHI inquid NON VVLTIS CRE- [Io x 38] DERE, FACTIS CREDITE ET COGNOSCITE QVIA IN ME EST PATER ET EGO IN ILLO. numquid mortem timebat qui mortuos suscitabat? uulnera uerebatur qui uerbo diuersa mortis genera sanitati donabat? sic ergo deus ex tantis uirtutibus, et ex ipsis inbecillitatibus hominem in sese portare, monstraba*tur*.

XI **Passus est, iterum resurrexit tertia die. Passus est,** quia homo: **resurrexit,** qu*i*a deus: et numquam Ipse resurgeret qui semper stetit, sed quia corpus quod susceperat morti erat obnoxium. ostendit passionem corporis sui, quia uoluit: resuscitauit | quod habuerat, quia [*fol* 148] potuit. denique hoc Ipse POTESTATE*M* [Io x 18] HABENS PONENDI ANIMAM MEAM ET POTESTATE*M* HABEO ITERVM SVMENDI EAM: HOC ENIM MANDATVM ACCEPI A PATRE. potuit non pati, qui ut pateretur habuit in potestate: sed quoniam de conscientia diuinae uirtutis resuscitare corpus quod susceperat poterat, maiorem uirtutis ostendit potestatem dum non solum in uita facit sed et po*st mo*rtem iterum suscitauit. prodidit se esse qui fecerat in principio hominem, qui illum iterum mortuum suscitauit.

---

92. iniuria *cod* 94. **hoc**: *bis cod* 96. **conpraehendi** *scripsi*: conpraehendit *cod* 99. **suscepti quis** *scripsi*, *cf* VIII 211: si antiquis *cod* (*e mutilo ut conicio exemplari* si . . . tiquis, *quod scriba male callidus in* si antiquis *compleuit*) 104. **es**: est *cod* 105. possensum *cod* 108. **in corpore peruersum** *scripsi*: in cor peruersum *cod* 112. inbecillitate *cod* 113. humanā *cod* 115. **plorauit** *scripsi*: plora (*ad finem lineae*) *cod* 116 **esset** *scripsi*, *cf* II 25, 56, VI 12, VII 168, X 99, XVIII 28, 34: est *cod* 120. **Samaritis** *scripsi*: Samaritidis *cod* scire *cod*

122. petissis *cod* 124. **procedi** *cod*: *lege uel* procede *uel* prodi 130. **posse si** *scripsi*: possessi *cod* 139. **monstrabatur** *scripsi*: monstrabat *cod*, *fortasse recte* XI 3. **quia**: qua *cod* 8, 9. **potestatem** *bis*: potestate *bis cod* 9. **habens** *cod*: *fortasse legendum* habeo 16. **in uita** *cod*: *fortasse legendum* in uitam 17. **post mortem** *scripsi*: portem *cod*

XII **Ascendit in caelos**, u*t*ique qui descenderat, ut apostolus dicit (Eph iv 10) QVI DESCENDIT IPSE EST ET QVI ASCENDIT.

XIII **Venturus iudicare uiuos et mortuos**, qui hanc in lege acceperat potestatem, ut in psalmo (Ps ii 6) EGO AVTEM CONSTITVTVS SVM REX AB EO SVPER SION MONTEM SANCTVM EIVS: quapropter REX CONSTITVTVS sit, aperuit in septuagesimo psalmo (Ps lxxi (lxxii) 1) DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA. hoc et Ipse (Io v 22) PATER NEMINEM IVDICAT SED OMNEM IVDICIVM FILIO TRADIDIT.

Quod dixerunt **uiuos et mortuos**, monstrarunt discretionem esse bonorum atque malorum. nam cum in uita hac agunt homines malitiae causa, mortui nuncupantur, ipso saluatore dicente (Matt viii 22) SINITE MORTVOS MORTVOS SAEPELIRE: non solum illum appellauit mortuum qui de uita recesserat, sed et qui in uita manebat. ac per hoc si*ue* opere quis malo occupatus hic uixerit semper in corpore, **mortuus** est, siue | (*fol* 149 *a*) de uita exiens in inferno detentus mortuus ad nos nuncupatur. sic et de **uiuis**: si qui in corpore est integre deo seruiens uiuit, (Io viii 51) MORTEM NON VIDEBIT. clamat primum in psalmo propheta (Ps cxiii 25 26 (cxv 17 18)) NON MORTVI LAVDABVNT TE DOMINE NEQVE OMNES QVI DESCENDVNT IN INFERNVM, SED NOS QVI VIVIMVS BENEDICIMVS DOMINVM EX HOC NVNC ET VSQVE IN SAECVLVM: non utique de pauci temporis hominibus loquitur, quando ait EX HOC NVNC ET VSQVE IN SAECVLVM. et ut de ceteris taceam, ipse dominus in euangelio, (Matt xxv 31 32) CVM VENERIT FILIVS HOMINIS IN CLARITATE SVA ET OMNES ANGELI CVM EO, SEDEBIT IN THRONO MAIESTATIS SVAE, ET CONGREGABVNTVR ANTE EVM OMNES GENTES ET SEGREGA*B*IT EAS AB INVICEM QVEMADMODVM PASTOR SEGREGAT OVES AB HAEDIS: saeparati sancti a malis ore iudicis (*cf* 2 Tim iv 8) iustitia*e* audient (Matt xxv 34) VENITE BENEDICTI PATR*I*S MEI, PERCIPITE REGNVM QVOD VOBIS PARATVM EST AB ORIGINE MVNDI; dic*e*t et iniustis (Matt xxv 41 46) RECEDITE A ME MALEDICTI IN GEHENNA QVAM PRAEPARAVIT PATER MEVS DIABOLO ET ANGELIS EIVS: ET HABIBVNT HII IN MORTE*M* AETERNAM, IVSTI AVTEM IN VITAM AETERNAM.

XIV **Et in Spiritu sancto.** Tertia persona est, de qua loquitur ipse saluator (Io xv 26 xiv 16 xvi 13) MITTAM VOBIS ALIVM ADVOCATVM QVI VOS INDVCAT IN OMNEM VERITATEM.

XV Prosecuntur autem **Eos qui dicunt Erat quando non erat.** Arriani haec solent dicere, dum semper fuisse filium nega*n*t.

XVI **Et priusquam nasceretur non erat.** Reuincuntur autem *ut* **natum de Patre** et, **antequam nasceretur**, [de deo patre] ille qui Virtus dictus est, qui Sapientia nuncupatus est, qui Verbum appellatus, de deo patre fuisse adseueretur. | (*fol* 149 *b*) qui etiam natus in patre esse dicebatur: nam et dominus dixit (Io xiv 10) EGO IN PATRE ET PATER IN ME; et apostolus ad Corinthios (2 Cor v 19)

---

XII 1. **utique** *scripsi*: uique *cod*
XIII 5. quiapropter *cod**
17. **manebat** *cod**: manebant *cod*[2] 18. **siue** *scripsi*: si *cod* 22. **si** *scripsi*: siue *cod* 29–32. **non utique . . . in saeculum**: *om per homoeoteleuton cod**, *addit ad calcem paginae cod*[2] (*manu fortasse eadem, sed alio atramento*)

38. segregauit *cod* quaemadmodum *cod* 41. **iustitiae** *scripsi*: iustitia *cod* patres *cod* 43. **dicet** *scripsi*: dicit *cod* 45. **meus** *cod*[2] (*cum Cypr* Test ii 30 *et* iii 1): uester *cod** 46. **habibunt** *scripsi* (abibunt *Cypr locc citt*): habitabunt *cod* 47. morte aeternā *cod*
XV 1. **autem eos** *cod*: *fortasse legendum* eos autem 3. **solent** *cod*[2]: solunt *cod** 4. negat *cod*
XVI 2. **ut** *scripsi*: et *cod* 3. **antequam nasceretur**: *ad humanam Christi natiuitatem spectauisse priscum Arrianorum dogma intellegit ut uidetur* (*cf ll* 7 124 *infra*) *noster, sed errore* **de deo patre** *cod*: *sed omittenda esse puto* 6. **adseueretur** *cod*[2]: adseruetur *cod**

DEVS ERAT IN CHRISTO MVNDVM RECONCILIANS SIBI, utique pater in filio. sic Arrianorum confunditur inperitia, cum paenae omnibus scribturis concurrentibus a creatura excludatur a*ut* factura.

Erubescens ista iam ponere nunc urbanitate se putat inludere ueritatem, ut et suis probet (quod saepe tractauit) quia se a sua infidelitate non abstulit, et sic se tractare ut creatura*m* uel factura*m*, uel fuisse quando non fuit, uel ex nihilo factum, non dicat. 'cogitationem' ponit ante filium: numquid, si aperte sibi, quia reuincitur, non uidetur negare, tamen manifestissima causa conpellit illum confiteri quod occulte dicit? ecce si hodie cogitatio praecedat filium, monstrauit utique ante cogitatione non fuisse cui cogitatione*m* praeposuit: quantacumque putas subtilitate inperitos lege decipere uel fideles inludere, detegeris. *cf cap* XV *l* 2 **fuit** ergo **quando non fuit**, qui adhuc nondum fuerat cogitatu*s*: et cum cogitatio uenisse*t*, statim est filius cogitatione—qui est utique super cogitationem. ut illum autem super cogitationem et ante cogitationem esse noueris aperiam. a deo Verbum dictus est, a deo Virtus, a deo Sapientia: nulla *aute*m umquam cogitatio, quan*tu*m humani sensus capiunt, sine sapientia cognita est, sine uirtute perfecta est, sine uerbo est pronuntiata; | *fol* 150 *a* si ergo istis tot uirtutum officiis filius nominatu*r*, *c*ur non etiam *cf cap* VIII *ll* 32–41 cogitatione*m* praecessit, qui cogitationi per haec etiam magnitudine *an*te*i*uit? clamat tibi propheta et dicit *Ps* xliv 2 (xlv 1) ERVCTVAVIT COR MEVM VERBVM BONVM: numquid dixit COGITAVIT COR MEVM VERBVM BONVM? quia uerbum dei est (quod ipse soles confiteri), dum denegas et post cogitationem deum facis, considera quia blasphemas.

Sed prudenter te dicis haec cogitasse, ne inpassibilitate*m* omnipotentis dei uidearis corrumpere dum filiu*m* dicis generatum: et dicis illum consequentia corporis pati posse, id est dolorem et *Gen* iii 16 gemitus, si filium generet, quia humana conuersatione nosti sine gemitus generar*i* non posse. o peruersitas animi et damnabilis conscientia, qua audes *h*ac turpi et passibili causa dei filium ex humana comparatione denegare, cum sci*as* et ipsos homines, id est mulier*em*, sine gemitu potuisse generare, si dei omnipotentis uoluisse*t* mandata seruare. denique post transgressione audit *Gen* iii 16 IN DOLORIBVS PARIES, qui ante audierat *Gen* i 28 CRESCITE ET MVLTIPLICAMINI ET REPLETE TERRAM. potest dolori esse subiectus qui inmortalis est? sentit gemitos qui morti obnoxius non est? audet aliquis dicere quod tu subtilitate tua uideris inducere,

---

12. **cum**: *praem* quae *cod* 13. concu*r*rentibus *in ras cod* 14. **aut** *scripsi*, *cf l* 19 *infra*: a *cod*

15. **Erubescens**: *auctor noster singulari numero nunc usus unum qualemcumque aduersarium ut uidetur aggreditur, qui Arrianam doctrinam ita* 'urbanitate' (XVI 16, XVII 5) *et* 'subtilitate' (XVI 29 73) *temperauit ut symboli anathemata eum uix adficerent* 16. urbanita*te ut uid in ras* *u*eritatem *in ras cod* 17. **ut** *scripsi*: aut *cod* 19. creatura uel factura *cod* 24. **tamen**: *praemittendum forte* non manifestissimae *cod* 28. cogitatione *cod* 31. **qui . . . cogitatus** *scripsi*: qui . . . cogitatum *cod*; *nisi malis* quia . . . cogitatum 33. uenisse *cod* 38. **autem** *scripsi*: enim *cod*; autem *et* enim *apud codices saepissime inter se permutantur*

39. **quantum** *scripsi*: quandam *cod* 43. nominatus *cod* qur *cod* 44. cogitatione *cod* 45. **magnitudine** (*sc* dignitate) **anteiuit** *scripsi*: magnitudinem tenuit *cod*

54. inpassibilitate *cod* 55. filius *cod* 59. generare *cod* 61. **qua** *scripsi*: quae *cod* **hac**: ac *cod* 63. degare *cod** 64. **scias** *scripsi*: scies *cod* **mulierem** *scripsi*: muliere *cod** mulieres *cod*[2] 66. uoluisse *cod* 68. **qui** *cod*: *fort leg* quae

quod mox 'ut uoluit genuit'? non te gentilium causa ad istam | conpulit blasphemi*am*, qua putas tibi posse proponere quod potuit gemere dum filium generat? dum cupis itaque infidelibus tollere scandalum, fidelibus introducis. [*fol 150 b*]

Ignoras tibi apostolum ante praedicasse quod Iudaeis esset scandalum et gentibus stultitia natiuitas et passio saluatoris? IVDAEI inquid SIGNA PETVNT, GRAECI PRVDENTIAM QV*A*ERVNT, NOS AVTEM PRAEDICAMVS IVDAEIS QVIDEM SCANDALVM GENTIBVS AVTEM STVLTITIAM. [1 Cor i 22 23] non esse SCANDALVM Iudaeis, nisi in homine*m* peccasse uiderentur ut in aliquem de CREATVRA qua*e* CORRVPTIO*NI* noscitur esse SVBIECTA: [Rom viii 20 21] nec gentibus esse STVLTITIAM, nisi quia dicimus dei filium et primo nat*um* de deo patre, et postmodum humanam carnem uoluisse portare, *et* tertio quo*d* passus est; totum utique inridere conatur et mysterium stultitia*m* nuncupat, quia VIRTVTEM SCRIBTVRARVM caelestium IGNORAT. [Matt xxii 29] times ne a gentibus inrisione*m* patiaris, et ideo placere huic qu*a*eris cui si fideliter diuina dicantur riduntur potius quam creduntur? quid ipse apostolus prosequitur? IPSI*S* AVTEM VOCATIS IVDAEIS ET GRECIS CHRISTVM DEI VIRTVTEM ET DEI SAPIENTIAM. [1 Cor i 24] non potes prius agnoscere antequam credas; quia diuinu*s* et caelestis clamat spiritus ET NISI CREDIDERITIS NON INTELLEGITIS, [Is vii 9] | et ipse saluator NISI CREDIDERITIS MORIEMINI. [*fol 151 a*] [Io viii 24] quid est quod credi debet? STVLTA MVNDI ELEGIT DEVS VT CONFVNDAT *SAPIENTES, ET INFIRMA MVNDI ELEGIT DEVS VT CONFVNDAT* FORTIA: NAM QVOD STVLTVM EST DEI SAPIENTIVS EST HOMINIBVS, ET QVOD INFIRMVM EST DEI FORTIVS EST HOMINIBVS. [1 Cor i 27 25] uides ergo quia cum gentibus potes sociari si gentili placueris, si apostolus negat se SERVVM CHRISTI esse posse SI HOMINIBVS PLACERE uellet. [Gal i 10] et qui erant HOMINES? qui in lege diuina uiuebant. nam de gentibus caelestis spiritus non homines sed animalia dicit: HOMO inquid CVM IN HONORE ESSET NON INTELLEXIT, AESTIMATVS EST IVMENTIS INSIPIENTIBVS. [Ps xlviii 13 (xlix 12)] confitendus est ergo et esse semper et **antequam nasceretur** in patre fuisse. non enim potes confiteri Verbum Virtutem Sapientiam, sicut et ipse dominus dixit et apostoli praedi-

---

74. **quod mox ut uoluit genuit**: *nota est disputatio inter Athanasianos et eorum aduersarios de quaestione* ὅτι οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει [*scilicet* ἀλλὰ φύσει] ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν (*confer symbolum quod uocatur Macrostichon apud Socratem* H. E. ii 19); *apud nostrum* ut uoluit genuit *respondere uidetur* τῷ βουλήσει ἢ θελήσει γεννᾶν, generare τῷ φύσει γεννᾶν 75. blasphemia *cod* 76. **qua putas**: + item in psalmo et scitote quia dominus ipse est deus: unde in euangelio uos uocatis me magister et dominus, et bene dicitis, sum etenim. qua putas, *quae uerba ad cap* XVII *l* 21 *transtuli*

84. querunt *cod* 86–90. **esse scandalum . . . esse stultitiam** *cod*: *fortasse legendum* esset scandalum . . . esset stultitia 87. in homine *cod* 88. peccasset *cod* **ut** *scripsi*: aut *cod* de creaturā *cod* 89. **quae corruptioni** *scripsi*: quia corruptio *cod* 92. **natum** *scripsi*: nato *cod* 93. **et tertio quod** *scripsi*: tertio quo (*om* et) *cod*; *fortasse legendum* et eam die suscitare tertio quo 95. stultitia *cod*

97. **times** *scripsi*: timens *cod* 98. inrisione *cod* 99. queris *cod* 100. **riduntur** *cod*: 'apud ueteres ridunt reperimus dictum' *Diomedes grammaticus* (*uide Neue-Wagener* Formenlehre der lateinischen Sprache[3] iii 271) 101. **ipsis**: ipsi *cod* 104. **potes**: potest *cod*, *cf ll* 115, 125 **credas** *fortasse cod**: credat *cod*[2] 105. diuinū *cod* 106. **intellegitis** *cod*, *cf Cypr* Test iii 41 *cod* L 10. **sapientes et infirma mundi elegit deus ut confundat** *ex apostolo suppleui*: *om per homoeoteleuton ut uid cod* 115. **potes**: potest *cod* 125. **potes**: potest *ccd*

cauerunt, nisi semper fuisse et futurum esse credideris.

XVII Posuerunt etiam dicentes **Et quia ex nullis extantibus factus est uel ex alia substantia.** Dicunt enim solum a solo patre ex nihilo esse factum. sed si modo urbanae secundum apostoli dictum EX DEO dicunt, (1 Cor xi 12 *et* 2 Cor v 18 (*cf* Rom xi 36 1 Cor viii 6)) ita tamen cupiu*nt* innocentes inludere uel suos possidere, dum EX DEO dicant 'sicut cetera,' quia nihil esse possit nisi deus uellet, nihil stare nisi ipse permitteret. ac per hoc non sic confiteri permitteris esse filium 'sicut sunt uniuersa,' sed hoc a te solum expetit fides catholica, ut confitearis 'de deo' | (*fol* 151 *b*) et 'de substantia ipsius,' ut merito una sit substantia dum de uno est, sit inmortalis de inmortali, perfectus de perfecto. qui enim nos uult esse perfectos, se utique cum patre pari perfectum qu*a*erit intellegi, ait enim sic (Matt v 48) ESTOTE PERFECTI SICVT PATER VESTER QVI IN CAELIS EST. [item in psalmo (Ps cix 3 (cx 2)) ET SCITOTE QVIA DOMINVS IPSE EST DEVS: unde in euangelio (Io xiii 13) VOS VOCATIS ME MAGISTER ET DOMINVS, ET BENE DICITIS, SVM ETENIM.]

XVIII **Mutabilem autem et conuertibilem Filium Dei.** Solent enim cum Sabelli temeritate misceri tractatus, qui sic **mutabilem filium** inducunt dum ipsum esse patrem aliquando adserunt, patrem etiam filium pronuntiare contendunt. sed pater pater est qui inuisibilis est; filius filius est de inuisibile deo, qui uideri uoluit patribus, qui (ut superius diximus) (*cap* VII *l* 90 *supra*) quia uidendus erat se patribus demonstrabat, non tamen ut erat intellegi poterat, se*d* ut humana illum capere fragilitas poterat. sic et hominibus apparebat ille cui nullus est similis in nubibus, de quo dicit propheta (Ps lxxxviii 7 (lxxxix 6)) QVIS IN NVBIBVS AEQVABITVR DOMINO? si ergo nullus IN NVBIBVS est qui aequari deo dei filio possit, et tamen unum de elementis, ut est, non possumus sustinere—si solem uelimus adtendere, numquam claritatem ipsius possumus peruidere; si calores ipsius refrigeria requirentes non uitauerimus, ardorem tolerare non possumus —quanto elementorum dominum, | (*fol* 152 *a*) quanto mundi opificem, patr*es* uidere non poss*ent*, nisi uideri se uolens suam magnitudinem temperasset. denique hoc aperuit in euangelio, et quis esset in monte apostoli*s* patefecit: (Luc ix 28) ASCENDERVNT inquid (Matt xvii 2) IN MONTE, ET DEMVTATVS EST IESVS ET RESPLENDVIT FACIES EIVS SICVT SOL IN (Apoc i 16?) CLARITATE SVA ET VESTIMENTA EIVS FACTA *SVNT* CANDIDA VELVT NIX. monstrauit futuris testibus quis esset; et tamen usque ad futuram passionem ut quod uidera*nt* tacerent ipse dominus erudiuit, (Matt xvii 9) NEMINI DIXERITIS DONEC FILIVS HOMINIS A MORTVIS RESVRGAT. sic semper et hominibus †causa† demonstrauit, et se deum de deo filium saluatorem ostendit.

---

XVII 3. **Dicunt**: *scilicet Arriani* 5. **urbanae**: *uide supra ad cap* XVI *l* 15, *et cf p* 353 *infra* 6. **cupiunt** *scripsi*: cupiuit *cod, fortasse recte* 14. **de substantia ipsius**: *respicit noster ut uid Tomum Damasi, uide p* 288 *supra, l* 79 18. **se** *scripsi*: sed *cod* **pari** *cod*: *fortasse legendum* pariter 19. querit *cod* 21. **item in ... etenim**: *quae in uncinis includuntur, ea huc transtuli e cap* XVI *l* 76, *certe e peruerso loco, nescio an in rectum*

XVIII 12. **intellegi poterat sed** *scripsi*: *tr* se intellegi poterat *cod* **humana** *cod*[2]: hamana *cod** 16. **si** *scripsi*: sic *cod* 18. aelementis *cod* 24. **quanto** *cod*: *sic noster pro* quanto magis *forte scribebat, unde textum immutare non ausus sum* aelementorum *cod* 25. patris *cod* 26. **possent** *scripsi, cf* I 120 VII 31 X 89 XI 3 *supra*: possunt *cod* 29. apostoli *cod* 33. **sunt** *scripsi*: est *cod* 35. uiderat *cod* 39. **causa** *cod, sed quid sibi uelit* causa *uel* causam *non liquet*: *fortasse legendum* carnem suam

xix Est ergo secundus a patre filius; est tertia persona spiritus, quem ascendens a patre misit, qui conplens fideles uirtutes loqui fecit. haec qui non crediderit, et istam confessionem usque ad finem uitae non semper tenens et fidelibus dixerit in confessione et gentilibus demonstrarit, iubente patre iubente filio spiritu sancto urguente in gehennam missus perpetuas luet poenas.

FIDES CATHOLICA APVT NICHEAM EXPOSITA EXPLICIT AMEN

XIX 3. a patrē *cod*

## I. Index locorum S. Scripturae

(*In locis iis quibus adfigitur obelus, diserte laudatur nomen libri*)

## II. Index nominum propriorum

## III. Index uerborum et locutionum

---

[*huius prooemii initium inuenies ad p 329 supra*]

*praeter alios celebrem et tritum, exempli gratia profero, Phil* ii 6 (*cap* VIII *l* 202, *p* 340 *infra*), *ubi uoces graecas* ἐν μορφῇ θεοῦ *ceteri omnes* 'in forma dei' *reddunt, solus cum Cypriano noster* 'in figura dei.' *nomen quoque* 'Moses' (VII *l* 140, *p* 335) *antiquitatis uidetur esse indicium: ante enim Vulgatum S. Hieronymi textum uix ullum inuenias scriptorem qui non forma* 'Moyses' *utatur, praeter Euangelia Bobiensia* (*k*) *et S. Cypriani Testimoniorum codicem Laureshamensem* (L).

*Hactenus de tempore quo scriptus est tractatus: iam de loco et ratione eius pauca dicenda sunt.*

*Imprimis Italicus est codex, Italica canonum sylloge in ea adseruatur: conferas exempli gratia interpretationem concilii Nicaeni, cuius unicus est testis, supra pp* 103–141. *Italiam fortasse septentrionalem spectat textus librorum sacrorum in tractatu nostro adhibitus.*

*Ad finem tractatus, singulari numero iam inde usus* (*capp* XVI 15–129, XVII 10–14), *in antistitem quendam Arrianorum noster inuehitur, qui* 'urbanitate' (XVI 16) *siue* 'urbane' (XVII 5) *fideles simplices ita inludebat ut catholicus esse uideretur, quippe qui* 'fuisse quando non fuit Filius Dei' *uel* 'ex nihilo factum' *dicere desineret, et nihilominus in* infidelitate sua *persisteret. iam pridem in mentem mihi uenerat episcopum istum appellari debuisse* Vrbanum: *sed utrum re uera* Vrbanus *aliquis inter episcopos Arrianos* A. D. 360–400 *exstitisset tunc temporis nesciebam, et de Auxentio Mediolanensi potius cogitabam. is scilicet, postquam inde ab anno* 363 *orbem occidentalem imperatores catholici rexerunt, solus ex Arrianis sedem suam episcopalem obtinuit, frustra in eum declamantibus Hilario Pictauiensi et Eusebio Vercellensi: tanta enim calliditate et astutia fidem suam coram Valentiniano imperatore exposuit* (*uel potius celauit*) *ut pro catholico et orthodoxo haberetur. sed domino Germano Morin, operis huius fautore amicissimo, per litteras me admonente, cognoui Ioannem nostrum Mercati in libello suo cui titulus* Parmensia (*Romae* A. D. 1902) *Vrbani cuiusdam, Ambrosio et Damaso aequalis, episcopatum apud Parmenses commemorasse: quod me latere minime oportuerat, quippe cui libellum illum scriptor iam donauisset. Vrbanum igitur Parmensem de cathedra sacerdotali depulisse, hortante Damaso, episcopos Italiae septentrionalis catholicos refert in tractatu* contra Ambrosium (*edente Fr. Kaufmann, Argentorati,* A.D. 1899, *pp* 87, 115) *siue Maximinus siue Palladius Arrianus:* 'denique ut Vrbani Parmensis episcopi ceterorumque causas pretermittamus, certe Leontium Salonitanum ex eius [*sc* Damasi] audistis mandato, auditum gradu sacerdotali

ut reum deiecistis.' *et facile conicias in Arrianae reos doctrinae dictam esse sententiam synodalem ab Arriano inuidia aspersam.*

---

*Auctorem nostrum e Tertulliano pendere (certiorem me faciente reuerendo patre Henrico Brewer e Societate Iesu) serius comperi quam ut id ad locum, cap* X *ll* 114–116 *p* 342 *supra, possem adnotare: confer* ad Praxean § 27 (*edente Aemilio Kroymann*, C. S. E. L. *tom* xlvii *p* 282 *l* 4) 'esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum,' *necnon* de carne Christi § 9 'esuriit sub diabolo, sitiit sub Samaritide, lacrimatus est super Lazarum.'

*confer etiam cum cap* XVII *l* 15, *p* 346 *supra*, ad Praxean § 2 'quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet unitatem'.

# APPENDIX X B

## Commentarius alter in Symbolum Nicaenum siue potius in Tomum Damasi papae

*Commentarius hicce non est eiusdem cum praecedente momenti: tamen cum et ipse antiquus sit et de auctoritate Tomi Damasiani (supra pp* 281–294) *idoneus sit testis, locum non recusaui.*

*codices contuli tres, unum quem ipse inueni, duo de quibus per Alexandrum Souter Oxoniensem nostrum et (intercedente A. Souter) Isidorum Hilberg Austriacum notitia mihi peruenit: scilicet Coloniensem* bibliothecae Capitularis lx, *fol* 108 *b* INCIPIT DE FIDE SIMBOLI APVD NICEAM EXPOSITIO (*codex e duabus constat partibus, quarum altera, foll* 1–217, *ineunte saeculo nono, altera, foll* 218–244, *ineunte fortasse saeculo decimo, exarata est*); *Vaticanum* lat. 355, *fol* 131 *b* INCIPIT DEFINITIO FIDEI SIMBVLIQVE NICENI CONCILII ·XLVIII· (*saec.* ix–x); *Karoliruhensem* Augiensem xviii, *fol* 16 *b* ITEM DEFINITIO FIDEI SYMBOLIQVE NICENI CONCILII BEATI HIERONIMI PRĒRI (*Reginberti manu saeculo* ix *ineunte scriptum*). *in codice Augiensi expositiones fidei undique collectas congessit, suis singulas auctoribus distribuit, Reginbertus notissimus ille librarius: Coloniensis et Vaticanus commentarium sine auctoris nomine praebent, Coloniensis tamen nihil aliud est atque epistularum Hieronymianarum sylloge, in Vaticano excipit libellum* 'epistula sancti Hieronimi ad Exuperantium ·xlviiii·' *unde putandum est uiros aeui Carolini eruditos opusculum* ἀνώνυμον ἀδέσποτον *uel inter Hieronymiana inuenisse uel Hieronymum auctorem ipsos finxisse. quam saepe priscae antiquitatis progenies salutem sibi sub tutela siue Hieronymi siue Augustini adepta sit, his solis latebris a labe temporum secura, nemo non nouit.*

*Coloniensem correxerunt librarii plures, tum coaeui, siue diorthota siue alii (quos siglo col*[2] *adhibui), tum recentiores (col*[3]); *e recentioribus unus lectiones multas et aliquando bonas introduxit, sed ut puto suo fretus ingenio magis quam codicis alterius auctoritate unde opus eius partim exscripsi, partim praetermisi.*

*e codicibus noster inrepsit in libros operum S. Hieronymi impressos; quorum librorum familia ceteris et aetate et numero praepollens pendet ex editione principe, quam curante Iohanne Aleriensi episcopo euulgauerunt Romae* A. D. 1468, *sine anni uel loci notitia, Sweynheim et Pannart* [Hain 8551, Proctor 3294; *in bibliotheca Bodleiana* Auct. VII Q i 2]: *tractatus in ordine tertius (scilicet post Rufinum* de symbolo *et Hieronymum* de expositione fidei ad Damasum) *auctore et titulo impresso caret, sed in indice ita praedicatur* Expositio fidei Niceni concilii in qua filium docet coeternum et consubstantialem patri Arium reuincens et spiritum sanctum docens ab utroque procedere. *item sine anni lociue notitia, anno* 1470 *uel paulo ante, prodiit Neapoli editio Romanae ut ita dicam gemina* [Hain 8550, Proctor 6747; *Bodl.* Auct. VI Q inf. i. 29, 30], *ubi tamen tertius Augustini liber* aduersus V haereses, *noster nonnisi quartus est: titulus in indice idem, in corpore libri* Expositio fidei Niceni concilii in qua docet filium coequalem coeternum et consubstantialem patri et Arrium confodit docet quoque spiritum sanctum deum esse et a patre filioque procedere. *his uel eadem uel simillima inueneris apud plures libros, exempli gratia Romae* 1470, *Venetiis* 1476, *Parmae* 1480, *Venetiis* 1488, *Basileae* 1489, *Norimbergae* 1495.

*secundam familiam unus quod sciam liber repraesentat, quem sine anni uel loci notitia Argentorati haud post* 1469 *euulgauit Mentelin* [Hain 8549, Proctor 203; *Bodl.* Auct. VI Q inf. ii 15]; *tractatus noster quinquagesimus octauus est in serie, titulum habet* Definicio simboli Niceni concilii.

*tertia librorum familia nomina Hieronymi et Cyrilli tractatui praemittit: inter quos agmen ducit liber Petri Schoeffer Moguntinus,* A. D. 1470 [Hain 8554, Proctor 92; *Bodl.* Auct. VII Q inf. i 1, 2], *tom* I *fol* 40 *b*, XXIII Iero. Cirillo Alexandrino episcopo explanans simbolum Niceni concilii. epistola nona: *quem secuti sunt posteriores, ut Erasmus* (*Basileae* 1516, *tom* II *fol* 57, Explanatio fidei ad Cyrillum) *et Vallarsi* (XI ii 149: *titulum repetit Erasmianum*). *recte monet Vallarsi eum qui Cyrilli*

*mentionem fecit illud Hieronymi animaduertere ubi dicit* 'sancto Cyrillo [*scilicet* Hierosolymitano] dedi conscriptam fidem' (*Hieron.* ep. XVII 4: *Vallarsi* I 44).

*tractatum Hieronymo abiudicatum recentiores in appendicem reiecerunt, codices operis spurii nouos conferre minime dignati sunt. ego, ne quid editioni meae desit, et codices et libros impressos antiquiores adhibui, codices sub siglis col* (*Coloniensem*) *vat* (*Vaticanum*) *aug* (*Augiensem*), *editiones* ℜ (*Romanam*) 𝔑 (*Neapolitanam*) 𝔖 (*Argentoratensem*), 𝔐 (*Moguntinam*). *quod ad ordinem uerborum adtinet, unicas librorum singulorum impressorum lectiones neglexi.*

*editionem Romanam e vat pendere, editionem Argentoratensem ex aug, Moguntinam fortasse e col, ueri simile uidetur.*

*de tempore quo scriptus est commentarius, necnon de fontibus eius, uide quae collegi ad finem appendicis, p* 367 *infra.*

[INCIPIT DE FIDE SIMBOLI APVD NICEAM EXPOSITIO]

I **Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium creatorem:**

**et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium eius, natum de substantia** Dei **Patris** ipsa, **quod grece dicitur homousion, Deum de Deo lumen de lumine Deum uerum de Deo uero natum—non factum,** sicut heretici dicunt—**per quem omnia** uisibilia et inuisibilia **facta sunt tam in caelis quam et in terra; qui propter nos homines et nostram salutem incarnatus homo factus passus resurrexit tertia die, ascendit in caelos, ueniens inde iudicare uiuos et mortuos:**

**et in Spiritu sancto**, qui de Patre processit **proprie**, et **Deus** est **uerus sicut Filius.** *cf Tomum Damasi l 98 (p 289 supra)*

**Hos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat** Filius natus, et **Priusquam nasceretur non erat, aut quod Ex nihilo factus sit** aut natus sit, **aut Mutabilem aut conuertibilem Filium Dei dicunt esse; hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.**

II Quod fides inuisibilium rerum est—non uisibilium, unde Arriani Saluatorem uidentes in carne putauerunt eius diuinitatem talem esse qualem et carnem, passibilem **mutabilem conuertibilem** conprehensibilem, et quasi formidantem, et quasi nescientem omnia, et proficientem AETATE ET SAPIENTIA, et nihil facientem ex se, et subiectum, et orantem ad Patrem, et gratias agentem et edentem et patientem et lacrimantem et gementem et quiescentem. et postremo quae sunt creaturae propria, haec carni creatae Saluatoris adscribenda sunt utique, non diuinitati, quia Dominus dicitur in scriptura et homo: quia ergo **propter nos** et **homo** dicitur, non debemus quae sunt carnis Deo adscribere et quae sunt Dei carnis aestimare propria. si quid igitur minus aut inaequale aut inpotens dicitur in scriptura aut subiectum aut humile,

*cf* Heb xi 1 *et uide infra cap* III *l* 77; Marc xiv 33; Mt xxiv 36; Luc ii 52; Jo v 19; Luc ii 51, vi 12; Jo vi 11; Mt ix 11; Mt xvii 17; Jo xi 35 38; Marc vi 31

---

I 6. **ipsa**: *om.* ℜ  **quod** *edd*: quod|quod *vat* quodque *col* quoque *aug*  7. **homousion** *col* ℜ: homoysion *vat* omousion 𝔖 𝔐 (*et, suprapositа lineola, aug*) ΟΜΟΟΥCΙΟΝ 𝔑  11. **tam . . . terra**: *om* 𝔑  12. **quam et** *col*: et *vat aug* quam ℜ 𝔖 𝔐  13. **et**: + propter 𝔑  15. **die**: dī *vat*  **in**: ad 𝔑  16. **ueniens**: uenturus ℜ 𝔑  18. **spiritu sancto** *col vat*: spiritum sanctum *aug edd*  19. **procedit** 𝔑  24. **aut natus sit**: *om* ℜ 𝔑  25. **mutabilis** *vat*  26. **esse**: *om aug**  **hos**: hoc *col** (*sed corr m p*) *vat*

II 1. **Quod**: Que ℜ Quoniam 𝔑  **fides**: *om aug*  5. **conuertibilem** et comprehensibilem ℜ comprehensibilem conertibilem 𝔑  9. **ad**: *om* 𝔑  10. agente *vat*  11. **gementem**: edentem *ut uid col**  12. **quiescentem**: *de requie* (Marc vi 31 *siue* Jo iv 6) *potius quam de morte*  postremomo *vat*  13. proprie 𝔖  15. diuinitate *aug**  **dominus dicitur in scriptura et homo** *codd* ℜ 𝔖: deus in s. et homo dicitur 𝔑 deus dicitur in s. et homo 𝔐 *fortasse recte*

carnis eius est adsumptae, quia uere natus est de carne et quia *uere* cum hominibus triginta et plus annos conuersatus est et uere habebat pati. ideo et uerus homo propter carnem accipitur, et uerus Deus incarnatus est, in carne passus natura passibili non deitatis. haec enim quae pati debuerat caro hominis, pro transgressis hominibus pati dignatus est Deus per carnem passibilem, ut et diuinitatis eius inenarrandam potentiam in re uisibile praedic*a*tam sentiamus, et BONITATIS EIVS DIVITIAS, id est per passionem remissa peccatorum, credentes in eum consequamur.

Rom ii 4

Quale est igitur malum hoc, ut audeat quis GRATIAM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, quam pro nos fecit, se humilians ut *nos* exalte*m*ur, humanis sensibus et uoce heretica non solum non intellegere, insuper etiam periculosis blasphemiis ad inritum eam adducere atque ultro ei aduersari, dicente scriptura SCITOTE ENIM GRATIAM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, QVONIAM DIVES CVM ESSET PROPTER NOS PAVPER FACTVS EST, VT NOS EIVS PAVPERTATE DIVITES EXISTAMVS. absit igitur in Filio Dei aliquid plus minusue aut in loco aut in tempore aut in potentia aut in scientia aut in aequalitate aut in subiectione, cum dicitur hoc ut deitati eius ea non carni adscribantur. si enim plus minus*ue* aliquid inuenitur—excepto hoc quod genuit Pater Filium (et excepto hoc quod Filius non ex semet ipso natus est sed **de Patre natus** est proprie) non in tempore sed semper, non aliunde sed **de** sua **substantia**, deali*ta*t*i*s propri*o* fo*n*te — secundum uerbum eorum, aut inuidens aut inpotens Pater, insuper etiam et temporalis *Filius*, agnoscitur. et

2 Cor viii 9

*Tom Dam ll 78 79 (p 288 supra)*

*cf Filastrium p 368 infra*

---

22. adsubte *vat* uero 𝔐 23. **uere** *addidi*: *om codd et edd* omnibus 𝔐 24. conuersa *aug** 25. *tr* et ideo ℜ 28. passibilis *vat* possibili *aug** 29. **debuerat**: habuerat (*cf l* 25 *supra*) *vat* **caro hominis pro transgressis hominibus** *col* 𝔐: caro hominis transgressis hominibus *aug* (*col**?) 𝔖 caro hominis pro transgressoris hominibus *vat* caro hominis transgressoris pro hominibus ℜ 𝔑 31. *tr* et ut ℜ 32. **potentiam**: penitentiam (*sic*) 𝔐 **uisibile** *vat*: uisibilem *col** uisibili *col²* *aug edd* 33. **praedicatam** *scripsi*: praedictam *codd* ℜ 𝔖 𝔐 preditam *col²* 𝔑 35. **remissa** *codd* 𝔖, *cf* III *l* 169 *infra*: remissam (*tr* peccatorum remissam ℜ) ℜ 𝔑 remissionem *col²* 𝔐; *adhibentur apud antiquos et* remissa remissae *et* remissa remissorum, *sed apud meliores testes* (*Tertullianum* adu. Marc. iv 18 [480. 13]; *Cyprianum passim*; *Optatum* i 8, v 4) *nonnisi* remissa *fem.*; remissa *neut. praebent cum nostro codices euangeliorum Palatinus* (*e*: Mc iii 29, Luc i 77, iii 3, xxiv 47) *et semel Veronensis* (*b*: Luc xxiv 47), *semel etiam Irenaei interpres* (III xii 2 = Act ii 38). *cf A. Souter* Study of Ambrosiaster *p* 136
37. **ut**: aut *ut uid col** 39. **pro nos** *col** *vat*: pro nobis *col²* *aug* ℜ 𝔖 𝔐 propter nos 𝔑 *tr* se fecit humilians *aug* fecit humilians se 𝔑 40. **nos exaltemur** *cum* ℜ *haesitans scripsi*: mox exaltetur *codd* 𝔑 mox exaltaretur *col³* 𝔖 𝔐 42. **blasphemiis** *col²* ℜ 𝔑: + et *codd* 𝔖 𝔐 43. eum? *col** 47. **ut**: et ℜ 48. **existamus**: existimamus (*sic*) ℜ 𝔖 **igitur**: ergo ℜ 52. **hoc**: haec ℜ diuinitati ℜ 𝔐 53. **ea** *col²*: eo *codd* et 𝔖 haec et 𝔐; *om* ℜ 𝔑 ascribatur 𝔖 **plus minusue** (*cf l* 49) *scripsi cum* ℜ 𝔑: plus minus aut *codd* 𝔖 plus aut minus *col²* plus minusue aut 𝔐 56. exemedipso *vat* a semet ipso 𝔖 𝔐 58. **non aliunde sed de sua substantia**: *e Tertulliano* (*ut uid*) adu. Praxean 4 'filium non aliunde deduco sed de substantia patris' 59. **dealitatis proprio fonte** *scripsi*: de alia ipsa propria forte *vat aug* 𝔐 de alia ipsa forte propria *col* si de alia ipsa propria forte 𝔖 si de alia et non de ipsa propria forte ℜ forte (*cet om*) ℜ 61. **pater**: + putatur 𝔐 62. et temporales *col** aut temporalis ℜ extemporalis 𝔑 **filius** *suppleui*: *om codd*

cum aperte hoc uetet scriptura et execretur, quomodo temporalem Deum, quemadmodum gentiles uenerantur, ipsi etiam similiter adorant? nam si temporalis est, nec **uerus** potest esse: et si non uerus, neque **potens omnia**. et quid iam huic tali Deo credendum est, qui **erat aliquando quando non erat** et **ex nihilo natus est**, dicente scriptura SI AVDIERIS ME ISRAHEL, NON ERIT IN TE DEVS RECENS.

Ps lxxx (lxxxi) 9 10

si ergo RECENS, non debet uerus credi: si autem sempiternus, quippe hic sempiternus Deus erat qui loquebatur in omnibus sanctis, et legem dedit Moysi in monte Syna, et **omnia potens** et **omnia** sciens,

*Tom Dam l* 83 (*p* 288)

et Adae in paradiso uisus est et in praedestinatione carnali futura enuntians ei, et cum Iacob luctatus est, et (quemadmodum humana fragilitas capere poterat) condescendens infirmitatibus omnium diuerso *re*rum genere adp*are*bat, aliis in gloria, timoris omnium causa, aliis in humilitate, eminentis eius bonitatis agnoscendae. si ergo sempiternus Filius de Patre est genitus, quippe et omnia sciens [et] **omnia potens** et **omnia saluans, omnia continens, omnia iudicans** creans, cum Patre semper et cum Spiritu sancto.

*Tom Dam ll* 119–121 (*p* 291 *supra*)

accipe igitur quod creatura **deus uerus** non potest esse,

*ib l* 81 (*p* 288)

neque creatura creaturam saluare, dicente scriptura ET COLVERVNT ET SERVIERVNT CREATVRAE POTIVS QVAM CREATORI QVI EST BENEDICTVS DEVS IN SAECVLA.

Rom i 25

uides igitur quod paganitatis est hoc quam christianitatis.

*Tom Dam l* 75 (*p* 288)

Et quod non in tempore est natus sed **semper** natus erat de Patre, dicit apostolus beatus INVISIBILIA ENIM EIVS A CREATVRA MVNDI PER EA QVAE FACTA SVNT INTELLECTA CONSPICIVNTVR, TAM SEMPITERNA EIVS VIRTVS ET DIVINITAS.

Rom i 20

uides igitur quod Christus Filius Dei VIRTVS Dei est non temporalis sed SEMPITERNVS.

*Tom Dam ll* 78 79

Quod **de substantia diuina** Patris **natus** est semper, ipse ait Saluator in euangelio QVOD NASCITVR DE CARNE CARO EST, ET QVOD NASCITVR DE SPIRITV SPIRITVS EST QVONIAM DEVS SPIRITVS EST.

Io iii 6

*Tom Dam l* 81

Et quod **uerus Deus** est **Filius Dei**,

---

*et edd* 63. **uetet**: notet 𝔑 execret 𝔑 64. extemporalem 𝔑 68. **neque**: nec 𝔖 𝔐 **huic**: huc *vat** 72 **israhel** 𝔑 𝔐 (*et col apud cap* III 106 *infra*): ihl (*uide L. Traube* Nomina Sacra *p* 109) *vat* isrl *col aug* 𝔖 73. **recens**: *praem* deus 𝔐 77. synai *vat* sina *aug* 𝔖 omnipotens *vat** 81. **humana . . . poterat**: *a Commentario supra impresso—uide cap* XVIII *l* 12, *p* 346—*haec mutuatus est noster*: *confer etiam ll* 78–80 *cum cap* VII *ll* 90–96, *p* 334 82. **condescendens**: *uide indicem uerborum p* 365 83. **diuerso rerum genere adparebat** *scripsi, collato Filastrio* (*uide p* 368 *infra*) 'diuersis rebus apparens': diuersorum genere adprobat *vat aug* (*col** ?) 𝔖 diuerso genere adprobatur *col*$^2$ diuersorum genera approbat ℜ 𝔐 diuersorum genera approbatura 𝔑 84. in gloriam *vat* ℜ 85. **bonitatis agnoscendae**: *subaudiendum* causa *e l* 84, *cf l* 135

88. **et 1°** *col*$^2$ ℜ 𝔑: *om codd* 𝔖 𝔐 **et omnia saluans**: *om col** (*suppl m p*?) **et 2°**: *om* 𝔑 90. *tr* semper cum patre 𝔑 91. **cum** *codd* ℜ: *om* 𝔑 𝔖 𝔐 *tr* sancto spiritu ℜ 93. **creatura**: *om vat* 94. **saluare** (*cf l* 89): seruare *col**, *fortasse recte* 96. **deus in saecula**: in secula deus 𝔑 in saecula (*omisso* deus) *aug* 𝔖 97. **paganitatis**: *de uoce* paganitas *uide quae disputaui p* 369 *infra* 98. *tr* hoc est *ut uid col** **quam** (*omisso* potius, *ut nonnumquam apud Plautum*, *cf cap* III *l* 157 *infra*) *codd*: potius quam ℜ 𝔑 magis quam 𝔖 𝔐 99. **est**: sit 𝔑 101. **beatus**: *om* ℜ **a**: *om aug** 103. **tam sempiterna** *codd* ℜ 𝔖: ita sempiterna 𝔑 sempiterna quoque 𝔐 105. **uirtus dei**: *om col** ℜ 106. sempiterna *col*$^2$ 𝔑 107. **substantia**: *praem* sua 𝔖 𝔐 112. **deus** *codd* ℜ: *om* 𝔑 𝔖 𝔐; + spiritus

(Io i 9) dicit scriptura ERAT LVMEN VERVM QVOD INLVMINAT OMNEM HOMINEM VENIENTEM IN HVNC MVNDVM. et iterum ipse euangelista beatus (1 Io v 20) HIC EST IESVS CHRISTVS DEVS VERVS.

(*Tom Dam l* 75) Et quod **semper** erat, ait ipse (Io i 1) IN PRINCIPIO ERAT VERBVM ET VERBVM ERAT APVD DEVM ET DEVS ERAT VERBVM.

(*Tom Dam l* 83) Et quod **omnipotens** est Filius omnium creator, ait ipse euangelista beatus (Io i 3) OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT. si ergo OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT **uisibilia et inuisibilia**, quomodo dicit ante passionem (Matt xxiv 36) Saluator quod DE DIE ET HORA NEMO NOVIT, NEQVE ANGELI CAELORVM NEQVE FILIVS HOMINIS, NISI PATER? adtendens igitur uides quod propter utilitatem hominum dixit se nescientem praefinitionem, ne neglegentiores efficiantur homines. nam et humilitatis suae causa hoc dixit (propter carnem passionis, quia quasi homo hominibus uidebatur) et utilitat*i*s omnium tacuit, res quidem gerendas in seculo eis adnuntians atque enumerans, diem autem et horam non eis aperiens. quod ergo pro utilitate nostra tacuit et se humiliauit, non debemus ultro ei esse ingrati, et non solum non intellegentes insuper etiam Iudaico more et hominem aestimantes, eiusdem aetatis et ignorantiae et inpotentiae participem iudicantes quam Iudaei. (Io viii 57)

Quod non diuinitas naturaliter patiebatur sed **caro**, ipse ostendit Iudaeis dicens SOLVITE HOC TEMPLVM ET IN TRIBVS DIEBVS EGO SVSCITABO EVM. et cui hoc dubium est quod **Deus** hoc dicebat, id est **Filius Dei** aeternus, Verbum u*iu*ens Patris, et SAPIENTIA DEI ET VIRTVS DEI aeterna et SEMPITERNA, et IMAGO DEI INVISIBILIS ab inuisibile **natus non factus?** facta autem est caro et plasmata in qua **Deus** erat, quam et **indutus erat** propter inuisibilitatem [et] inpossibilitatem uisionis nostrae. neque enim intrinsecus erat solum, sed extrinsecus et intrinsecus, et **in caelis** et **in terra**, et omnia continens [et] implens sicut *Pater*. (*Tom Dam l* 89 (*p* 289 *supra*); Io ii 19; *Tom Dam l* 89; *ib l* 119; 1 Cor i 24; Rom i 20; Col i 15; *Tom Dam ll* 89 90; *ib l* 86)

---

est et quod uerus deus *per dittographiam* ℜ **est**: *om* ℜ 115. **ipse**: ipsa *col* vat aug** *tr* beatus euangelista (*et l* 122) *col* 116. **beatus**: + iohannes ℜ 119. **uerbum 2°**: uerum *vat* 122. ipsa *col**, *ut in l* 115 *tr* beatus euangelista (*cf l* 115) *col* 125. **dicit**: *om col** 126. **de die**: + illa ℜ 128–139. *libellum* de aduentu Domini *et* de die et hora *anonymum* (*quod Ambrosiastro suo uindicat A. Souter*) *imitari uidetur noster*, *cf capp* xvii 1–xviii 1 (Journal of Theological Studies v 239) 'humiliando se' 'praefinita' 'pro utilitate hominum . . . diceret se nescire' 'neglegentes' 130. **praefinitionem ne** *aug edd*: prefinitione ne *vat* prefinitione *col** ne per prefinitionem *col²* 131. neglientiores *aug* 133. **hoc**: hec ℜ **passionis**: passiones *col** passibilem 𝔐 134. **homo**: homines *col**; *om per homoeoarcton vat** (*corr m p*) 135. **utilitatis** (*sc* causa *l* 132, *cf l* 85) *scripsi cum* 𝔖: utilitates *codd* utilitate ℜ 𝔑 causa utilitatis 𝔐 propter utilitates *col³* **omnium**: hominum ℜ **tacuit**: + et *vat** quidam *col** 136. generandas ℜ 137. **enumerans** *aug col²* 𝔐: innumeras *col* vat* innumerans 𝔖 insinuans ℜ 𝔑 141. *in*super *in ras col* 142 **et**: *om* ℜ 𝔑 145. **diuinitas**: diuitans? *col** du|uitans *vat* 146. ipse ostendit ipse *vat* 148. **ego**: *om* ℜ **eum** *codd* ℜ 𝔖 (*Gr* λαὸν . . . αὐτόν, *sed nusquam apud latinos inueni masculinum*): illud ℜ 𝔐 149. **id est**: et ℜ 150. **uiuens** *col²* 𝔐: ueniens *codd* ℜ 𝔑 𝔖 151. **et uirtus dei**: *om* ℜ 153. **inuisibilis**: + et ℜ **ab inuisibile** (*cf l* 32) *vat*: ad inuisibile *col** ad inuisibilem *col²* ab inuisibili *aug edd* 154. psalmata 𝔖 155. **quam** *codd* ℜ 𝔖 𝔐 (*cf Tom Dam*): qua *col²* ℜ 156. **et inpossibilitatem**: *om per homoeoteleuton* 𝔖 **et** *col²* ℜ 𝔑 𝔐: *om codd* 158. **enim**: *om* ℜ 160. **et implens sicut pater** *scripsi*, *collato Filastrio* Haer. xciii 7 (*uide p* 368 *infra*): et implens sicut ni*** (*sc* nihil, *e l* 162) *col** implens sicut nihil *vat*

Nihil ergo inperfectum in Filio Dei, nihil inaequale, nihil inpotens, nihil temporale, nihil incognitum : omnia uera, omnia possibilia, omnia ingentia, omnia aequalia Patri, dicente Saluatore NEMO NOVIT FILIVM NISI PATER ET NEMO NOVIT PATREM NISI FILIVS ET CVI VVLT FILIVS REVELARE. uides aequalitatem Filii ad Patrem. cum ergo PATREM NOVIT FILIVS inenarrandum et inconpraehensum, diem nescit et horam quam ipse fecit? absit ab sensibus nostris hoc. iterum ipse Saluator DA ILLIS PATER VT HONORIFICENT FILIVM SICVT HONORIFICANT PATREM.

Matt xi 27 — Io i 3 — Io v 23

**Aequalis** igitur Deo est Filius deitate, dicente apostolo QVI CVM IN FORMA DEI ESSET RAPINAM NON ARBITRATVS EST CVM ESSET AEQVALIS DEO, SED SEMET IPSVM EXINANIVIT FORMAM SERVI ACCIPIENS ; HVMILIAVIT SE VSQVE AD MORTEM, MORTEM AVTEM CRVCIS. uides quod utrumque scriptura non abnegat in Filio Dei, et quod Dei est Virtus omnipotentis omnia scientis omnia conplentis omnia continentis omnia habentis omnia dantis iudicantis saluantis creantis, et quod creatae naturae est, id est carnis eius et patientis et plorantis et quasi nescientis et quasi non potentis omnia quasi subiecti, et cetera huic similia.

*Tom Dam ll* 83 84 — Phil ii 6–8 — *cf cap* II *l* 6 *adde Marc* vi 5

Non ergo debet esse confusio rerum quamuis coniunct*arum mortalis* inmortalis. inmortalis De*us* rei mortali coniunct*us* est **propter nostram salutem** ; et **creditur**, et post **passionem** corporis in quo apparuit, in eo etiam permanens in perpetuum, ut et illi qui **cruci fixerunt** eum aspiciant et inpossibile *oculis* suis eius naturae diuinae per materiam conspicabilem sustine*a*tur et **iudicium** uisibiliter terminetur et mysterii secreti scientia reueletur et potentiae eius

*cf Filastrium p* 368 *infra* — *cf Tom Dam ll* 93–95 — Apoc i 7

---

*aug col*² 𝔖 et implens omnia ℜ implensque omnia 𝔐 omnia implens sicut deus 𝔑
164. uero *col* 165. **possibilia** : impassibilia ℜ **ingentia** : ingenia *col** ; *fortasse scribendum* ingenita *uel* ingenua
168. **uult** : uoluerit 𝔖 𝔐 169. **filii ad patrem. cum ergo patrem nouit** : patris ad filium. cumque ergo nouit patrem 𝔑
171. conpraehensum *col** 173. **ab** *col** : a *col*² *vat aug edd* *tr* ipse iterum *vat*
174. **saluator** *col** : + 'nescit *vat*, dicit *col*² *aug edd* honorificant *col** 175. pater *ut uid col** (*corr m p*)
176. aequales *col** *vat* **igitur** : ergo ℜ **deitate** : *om* ℜ 178. *tr* non rapinam *edd* **cum** : ecum *vat* **cum esset** (ess** *col**) **aequalis** : esse se aequalem 𝔑
181. **se** : semedipsum *vat* semetipsum 𝔑
183. **dei** 1° : *om* ℜ 184. **omnipotentis** (omnia potentis 𝔑) ℜ 𝔑 : *praem* et *codd* 𝔖 𝔐 **scientis** : + et ℜ 185. **omnia continentis** : *om* ℜ 186. *tr* dantis omnia habentis ℜ 𝔑 *tr* creantis saluantis 𝔑 187. natura *col** 188. **et quasi nescientis** : *om* ℜ
192. **coniunctarum mortalis immortalis. immortalis deus rei mortali coniunctus est** *scripsi* : coniuncti inmortalis immortalis dei rei mortalis coniuncta est *col** *vat* coniuncti inmortalis dei rei mortalis coniuncta est *aug* coniuncte immortalis mortali. immortalitas dei rei mortali coniuncta est *col*³ coniuncti mortalis immortalis. immortalitas dei rei mortali est coniuncta ℜ coniuncti immortalis dei res mortalis coniuncta est immortali 𝔑 coniunctio immortalis. immortalis dei rei mortalis coniuncta est 𝔖 coniunctim res mortalis immortali deo coniuncta est 𝔐 193–204. *Symbolum habes conpendio breuiatum* 195. **et** 1° *col vat* ℜ 𝔑 𝔖 : et ita 𝔐 ; *om aug* **et** 2° : *om* ℜ 196. im perpetuum *vat* 𝔑 198. **inpossibile oculis suis** *scripsi*, *cf l* 157 : inpossibilem suis *col** *vat aug* inpassibilem suis *col*² impassibilem scilicet ut ℜ impassibilem sui id est 𝔑 impassibilem sui 𝔖 impassibilem suis conspectibus 𝔐 199. **materiam conspicabilem** *col*² ℜ, *confer Gregorium Iliberritanum* de fide VIII 'quis filium dei uidere potuit antequam conspicabilem materiam sicut ei placuit adsumpsit?' : materiam conspicibilem *codd* ℜ 𝔖 𝔐 200. **sustineatur** *scripsi* : sustinentur *codd* sustinentes contemplentur ℜ sustineant 𝔑 con-

maiestas et bonitas a cunctis hominibus cognoscatur.

*Tom Dam l* 99 III Quid quod et Spiritum sanctum **uerum**
*ib l* 98 **Deum** inuenimus in scriptura et **de**
**Patre proprie** esse, et cum Filio et
Patre semper sed*ere* et regnare et creare
*ib l* 102 et **ubique esse** et **saluare** et **uiuificare**
*ib ll* 122 121 et peccata dimittere, et omnia complere et
*ib l* 121 sanctificare et **iudicare** et docere, et
omnia scire et inhabitare? et quemadmodum Filius Dei ita et Spiritus, per-
*ib ll* 117 118 sona tertia sicut Filii et Patris: **tres**
*ib l* 99 enim **personae** sunt quibus credimus,
*ib l* 78 **uerae, aequales, diuinae** unius **sub-**
*ib l* 98 **stantiae**, id est **de Patre Filius**, et
**Spiritus proprie et uere de Patre**
qui prodit.

Primum igitur accipe quod **de Patre**
**est proprie** et Spiritus sanctus, dicente
Ps xxxii (xxxiii) 6 scriptura VERBO DEI CAELI FVNDATI SVNT
ET SPIRITV ORIS EIVS OMNIS VIRTVS EORVM:
Io xv 26 xvi 14 et Saluator ait CVM AVTEM VENERIT PARACLITVS, SPIRITVS VERITATIS, QVI DE PATRE PROCEDIT, ILLE DE MEO ACCIPIET, QVONIAM IPSE ME GLORIFICABIT ET VENIENS ADNVNTIABIT VOBIS. et soluit statim interpretans Dominus, ostendens primum quidem quod persona sit Spiritus sanctus, dicens ILLE DE MEO ACCIPIET: et ut ne sicuti seruum aut creaturam aut part*i*m potentem
monstret, soluit interpretans et dicit IDEO Io xvi 15
AVTEM VOBIS DIXI QVOD ILLE DE MEO ACCIPIET quia OMNIA QVAE PATRIS SVNT MEA SVNT. si igitur ea quae Patris [sunt] ea Filii sunt, et OMNIA quae Filii sunt ea omnia Spiritus sancti sunt. nihil ergo in OMNIBVS deest Filio quod non ad eius adtineat potestatem, nihil quod non ab eo factum sit et eius nutu ac moderamine non regatur: cum ergo OMNIA habeat Filius in potestate, in OMNIBVS nihil deest omnium: horum igitur omnium habet potestatem et Spiritus sanctus quorum et Filius. sic enim dicit de Spiritu sancto
Saluator ILLE IVDICABIT MVNDVM ET CON- Io xvi 8–11
VINCET ET DOCEBIT DE PECCATO ET DE IVSTITIA ET DE IVDICIO: DE PECCATO QVIDEM QVOD NON CREDIDERVNT IN ME, DE IVSTITIA AVTEM QVONIAM VADO AD PATREM MEVM, DE IVDICIO AVTEM QVOD PRINCEPS HVIVS MVNDI IAM IVDICATVS EST. uides

---

tueantur 𝔖 𝔐 uisibile ℜ 203. **a**: *om* ℜ

III 1. **Quid quod**: Quodquod ℜ **et**: per ℜ 3. propria *col** *tr* patre et filio ℜ 𝔐 4. **sedere et** *scripsi*: sed et *codd* ℜ 𝔖 𝔐 et ℜ 5. ubicumque 𝔐 6. implere 𝔐 8. quemadmodum filius dei secunda ita et spiritus persona tertia et sicut filii spiritus sic et patris *col*[3] 9. **spiritus**: + sanctus ℜ 𝔖 𝔐 **persona**: + est ℜ 11. **quibus** *codd edd*: in quibus *col*[2] quas *aug*[2] 12. uere *codd edd* uniuscuiusque 𝔐 14. **spiritus**: + sanctus ℜ 𝔐 15. **prodit** *vat aug* ℜ 𝔖: procedit *col* ℜ filioque procedit 𝔐

17. **et** *col* ℜ: *om vat aug* ℜ 𝔖 𝔐 18. uerbi *aug** dei *codd* ℜ ℜ: domini 𝔖 𝔐 18. **fundati** *codd*: firmati *edd e Vulg* 19. spiritus 𝔖 20. paraclytus *vat* 21. **spiritus**: *praem* disciplina ℜ 23. glorificauit *col* vat* ℜ adnuntiauit *col* vat* 24. *tr* statim soluit *aug**

**statim**: *praem* totum ℜ 25. **quidem**: *om* ℜ 26. **persona**: per se non 𝔖 28. **partim potentem** *col*[3]: partem potentem *col** ℜ partem potens *vat in ras* (*sed m p*) partem *aug** ℜ partem pote *aug*[2] partem putemus 𝔖 𝔐 29. **monstret soluit** *col*[2]: monstret patrem non persoluit *codd* monstret patrem mox persoluit ℜ monstret patris mox persoluit ℜ monstret patri non imparem soluit 𝔖 𝔐 dixit ℜ 30. **quod** *codd* ℜ: quia ℜ quoniam 𝔖 𝔐 **accipiet**: + et (*per dittographiam*) *codd* 32. **quae**: quaequae *aug** **sunt** *col* ℜ: *om vat aug* ℜ 𝔖 𝔐, *fortasse recte* **ea** 2°: eadem ℜ 33. **sunt** 1°: *om* ℜ **et omnia quae filii sunt**: *om per homoeoteleuton* ℜ 36. **ab eo**: habeo *vat** 38. cumque ergo omnium habet potestatem filius ℜ 39. **deest** *vat* ℜ: id est *col aug* ℜ ei deest 𝔖 𝔐 40. **omnium** 1°: *om* 𝔐 43. iudicauit *vat* conuincit *codd* (– *col*[2]) 𝔖 48. **quod**: quia ℜ

igitur quod Spiritus sanctus ADNVNTIAT Filium et docet de Filio et de Patre: et *Filius docet de Patre* et de Spiritu, et Spiritus sanctus docet de Patre et de Filio.

Trina igitur *deitas* uera est, inenarranda est, inuisibilis est, omnipotens est, sese praedicat, sese ADNVNTIAT dignanter omni creaturae uisibili et inuisibili, non ualent*i* dignanter aut narrare aut mirari aut conprehendere aut inuestigare aut, quemadmodum est, humanis eam sensibus occupare. constat igitur infirmari hominem sanctae uenerandaeque Trinitatis in enarranda gloria maiestatis aut potentia. cuius igitur Trinitatis narratio gloriae si excedit, quanto magis frustrabuntur qui audent inter Patrem et Filium et Spiritum sanctum aut locum aut tempus aut aliquam causam humanam po*n*ent*es*, qui non solum quid sit deus *non* intellexerunt, qui nec etiam quid sit homo adtendere potuerunt. nihil ergo in Trinitate subitaneum, nihil nuperrimum, nihil temporale, nihil inpotens, nihil minus, nihil inaequale. Trinitas ueneranda deprecanda, Trinitas inenarranda ininuestiganda inconprehendenda.

[*cf Tom Dam l* 113]

Et quod inuisibilium rerum fides est, nobis dicit apostolus EST AVTEM FIDES SPERANDARVM SVBSTANTIA RERVM, INVISIBILIVM EXAMINATRIX: IN HAC ENIM TESTIMONIVM MERVERVNT SENIORES. et iterum in euangelio DEVM NEMO VIDIT VMQVAM. et iterum SPIRITVS VBI VVLT FLAT ET VOCEM EIVS AVDIS SED NESCIS VNDE VENIAT ET QVO VADIT.

[*cf cap* II *l* 1 *supra*; Heb xi 1 2; Io i 18; Io iii 8]

Quod **Deus** est Spiritus, dicit Petrus beatus apostolus VT QVID MENTITVS ES SPIRITVI SANCTO, ANANIA? NON ES MENTITVS HOMINIBVS SED DEO: non dixit 'Patri' aut 'Filio' sed SPIRITVI SANCTO. uides igitur quod Deus est Spiritus sanctus.

[*Tom Dam l* 99; Act v 3 4]

Et quod **ubique est**, dicit sanctus

[*ib l* 102]

---

50. **igitur**: ergo 𝔑 51. **docet de filio et de patre et filius docet de patre et de spiritu** *scripsi*: docet de filio et de patre (de patre *bis col*, ad finem paginae et ad sequentis initium*) et de spiritu (+sancto *vat* 𝔑) *codd* 𝔑 docet de filio et de patre et de filio et de spiritu sancto 𝔖 docet de filio et filius de patre et de spiritu sancto ℜ filius docet de filio et de patre et de spiritu sancto 𝔐 53. **sanctus**: *om* ℜ de 2°: *om* ℜ
54. **trina igitur deitas** *scripsi*: trina igitur quia *codd* 𝔖 𝔐 trinitas igitur quia *col*³ ℜ 𝔑 57. **omni . . . dignanter** (*l* 58): *om per homoeoteleuton aug* 58. **ualenti**: ualente *codd* 𝔑 𝔖 𝔐 ualenti quidem ℜ 61. informari 𝔐 62. **que**: *om* 𝔐 63. in enarrandam gloriam . . . potentiam *aug* magestatis *col** maiestate ℜ 𝔐 64. potentie *vat col*³ 𝔖 **cuius**: huius 𝔑 𝔐 **igitur**: +uim 𝔖 𝔐 trinitas *col** 65. **gloriae**: gloria *aug*; *om* 𝔑 **si excedit**: sic excedat ℜ 68. **humanam ponentes** *col*³: humanam potentis *col*² humana potentis *codd* humane potentie inducere ℜ humanam ponere 𝔑 𝔖 𝔐 69, 70. **quid** *bis*: quod *bis aug* 70. **non** *col*³ ℜ 𝔖 𝔐: *om codd* 𝔑 qui *codd* ℜ: sed 𝔑 𝔖 𝔐
71. intendere ℜ 72. **nuperrimum** (in primum 𝔑): *uocem rarissimam agnoscit Priscianus* III iii 20 '"nuperrimus" etiam proferebant antiquissimi,' *nonnisi unum tamen exemplum inuenit Neue-Wagener*³ ii 188, 213, *legem scilicet Constantini imperatoris anni* 326 (Codex Theodosianus XV i 4) 'experimentis nuperrimis.' *adde tamen Filastrium* Haer. cx (*secundum codicem alterum*) 'alia est haeresis quae dicit christianos nuperrimos' 73. **nihil minus**: *praem* nihil maius 𝔑 76. **ininuestiganda** (inuestiganda *aug** 𝔑): *laudat Forcellini-de Vit unicum Verecundum* Comm. in canticum Habacuc § 28 (*saec.* vi) **inconprehendenda**: *uocem ad instar* ininuestigandus *compositam alibi nusquam inueni*
79. **substantia**: *om* ℜ 80. **enim**: *om* 𝔑 83. **flat** *aug* 𝔑 𝔖 𝔐: spirat *col vat* ℜ *cum Vulg* 84. **sed**: et *aug* **et**: aut 𝔑 85. **uadit** (badit *vat*: quod adit? *vat**) *col* vat*: uadat *aug col*³ *edd*
90. **aut**: et 𝔐 **sed**: aut ℜ **spiritui** *vat col*² *aug*²: sp̄u *col* aug**

Ps cxxxviii (cxxxix) 7

propheta QVO FVGIAM A SPIRITV TVO, DOMINE, AVT A FACIE TVA QVO VADAM?

*Tom Dam l* 103 — Sap i 7

Et quod omnia complet [Deus] Spiritus **sicut Filius**, ait propheta SPIRITVS DOMINI REPLEVIT ORBEM TERRARVM.

Act xiii 2 — Act xv 28 — Osee viii 4 — Is xxx 1 — Mic ii 7

Et ita in Actis apostolorum haec dicit Spiritus, iubens SEPARATE MIHI BARNABAN ET PAVLVM AD OPVS QVOD VOCAVI EOS MITTERE: et iterum apostoli PLACVIT SPIRITVI SANCTO ET NOBIS. et in libro Regnorum dicit Deus in Iudaeis REGNAVERVNT NON PER ME NEQVE PER SPIRITVM MEVM. et in prophetis ita Dominus ISRAHEL CONCITAVIT SPIRITVM DOMINI.

1 Cor vi 19 — 1 Cor iii 16

Et quod habitet in homine Spiritus sanctus **quomodo Filius**, dicit et apostolus QVONIAM CORPORA VESTRA TEMPLVM EST SANCTI SPIRITVS QVI HABITAT IN VOBIS: et iterum NESCITIS QVONIAM TEMPLVM DEI ESTIS ET SPIRITVS DEI HABITAT IN VOBIS.

*Tom Dam l* 102 — 1 Cor xii 8–11 — 1 Cor xii 28

Et quod **omnia nouerit** Spiritus, dicit apostolus sanctus ita, ALII CVI DATVR PER SPIRITVM VERBVM SAPIENTIAE, ALII VERBVM SCIENTIAE IN EO SPIRITV, ALII FIDES, ALII LINGVARVM GENERA, ALII INTERPRETATIONES IN EO SPIRITV, ALII GVBERNATIO: HAEC AVTEM OMNIA OPERATVR VNVS ATQVE IDEM SPIRITVS, DIVIDENS OMNIBVS SICVT VVLT. non dixit 'sicut iubetur,' sed SICVT VVLT: ostendit non creaturam sed uerum Spiritum de Deo esse et **omnia posse sicut Filium.**

*Tom Dam ll* 101 103 — 1 Cor ii 11 (12) 10 — *Tom Dam ll* 101–103 — *ib l* 122

unde ait statim apostolus QVEMADMODVM NEMO NOVIT HOMINVM QVAE SVNT IN HOMINE NISI SPIRITVS HOMINIS QVI EST IN EO, SIC ET QVAE SVNT DEI NEMO NOVIT NISI SPIRITVS QVI DE DEO EST; SPIRITVS DEI ENIM PERSCRVTATVR ETIAM ALTA DEI. uides quemadmodum **omnia scientem** Spiritum sanctum et **omnia potentem** et **ubique esse** et omnia creasse et **omnia saluare** sancta nobis scriptura adnuntiat.

Matt xii 31 32

Vnde et Saluator in euangelio blasphemiam Spiritus sancti NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO hominibus statuit dimittendam, dicens IDEO VOBIS DICO QVOD OMNIS BLASPHEMIA ET OMNE PECCATVM DIMITTETVR HOMINIBVS, BLASPHEMIA AVTEM SPIRITVS SANCTI NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO DIMITTETVR HOMINIBVS. non utique BLASPHEMIAM dicebant aliam SPIRITVS SANCTI Iudaei nisi hoc quod aut Deus non erat aut de Deo proprie non est. nam inue-

---

95. **deus spiritus** *col* ℜ: deus *vat aug* spiritus ℜ 𝔖 𝔐  97. **repleuit** *col* ℜ 𝔖 𝔐: impleuit *vat aug* 𝔑
98. **in actis**: *bis col*; in actibus ℜ 𝔑  **haec**: hoc ℜ  100. Barnabam ℜ 𝔑  102. spiritu *col* aug*, *cf l* 90 *supra*  103. **regnorum**: *fallitur noster, apud Osee enim et Isaiam reperiuntur uerba in sequentibus laudata*  **in iudaeis** *codd* ℜ: in iudaeos 𝔖 𝔐 iudaeis 𝔑 de iudaeis *col*²  106. **dominus**: *om aug**  **israhel** *col*: ihl *vat* isrl *aug*
109. **et**: *om* 𝔖 𝔐  111. **sancti spiritus** *codd* 𝔖: *tr* spiritus sancti ℜ 𝔑 𝔐  112. **et iterum** *usque ad* **uobis** (*l* 113): *om per homoeoteleuton* 𝔑  nescites *col**
114. *tr* nouerit omnia *aug*  **spiritus dicit apostolus sanctus**: *tr* spiritus sanctus dicit apostolus ℜ 𝔑  115. **alii cui** *col**: alicui ℜ 𝔖 𝔐 alii *vat* 𝔑 alii quidem *aug col*³  **datur**: dant 𝔑  116. **sapientiae alii uerbum**: *om per homoeoteleuton* 𝔖  117. **eo**: eodem *aug*  **alii fides . . . spiritu** (*l* 119): *om aug*  118. **genera alii**: *om* 𝔖  interpretationis *col** interpretationum ℜ  122. dicit ℜ  123. **ostendit** *vat aug* ℜ: ostenditur *ut uid col** ostendit enim *col*² ostendens 𝔑 𝔖 𝔐  124. **uerum**: + deum 𝔐  125. **sicut**: sit? *col**  filius ℜ  127. hominem 𝔖  **nisi**: ni *aug**  130. **dei enim** *col vat* 𝔖: *tr* enim dei *aug* ℜ 𝔑 𝔐  131. **etiam**: et ℜ  132. sciente *vat aug* (*col** ?)
137. **hic**: in hoc ℜ  138. **futuro**: + seculo ℜ  dimittenda *vat*  139. *tr* dico uobis ℜ 𝔖 𝔐  **omnis**: omne *col**  140. dimittitur 𝔖  143. *tr* hominibus dimittetur 𝔖 𝔐  144. **dicebant . . . iudaei** ℜ 𝔐: dicebat . . . iudaeis *codd* ℜ 𝔖  145. **quod** *col*² 𝔐: *om codd* ℜ 𝔑 𝔖  **aut**: *om* 𝔐  146. **est**: erat *col*³ (*et col** ?)

nimus quod Iudaei non audent denegare Spiritum, quod iudaeis in scripturis sic ubique *legunt*; sed legentes aut creaturam accipiunt sicut **angelum**, aut ipsum [*Tom Dam ll* 143 151] Patrem existimant et *non* tertiam personam accipiunt, aut conpositum arbitrantur Deum Patrem cum sit propriae naturae spiritus Pater. ex his Spiritu etiam altero putant eum consistere et Verbo, cum sit hoc rei conpositiciae et crealis quam uere diuinae incorporeae simplicisque: solet a **Iudaeis** hoc sic [*ib ll* 152 153] intellegi, et *a* **paganis** interdum. NOBIS [1 Cor viii 6] igitur VNVS PATER, ET VNVS Filius eius uerus Deus, et unus Spiritus sanctus [1 Io v 7] uerus Deus, ET HII TRES VNVM SVNT, **una diuinitas** et **potentia** et **regnum**. [*Tom Dam ll* 112–114]

Sunt autem **tres personae**, non duae, [*Tom Dam l* 117] non una: non secundum relationem aut **collectionem** aut confusionem, sed [*ib l* 63] **semper** manentibus personis diuinis. [*ib ll* 75 76]

Harum fides datur de **baptisma**, ab [*ib ll* 150 156] his et remissa dantur peccati, et **uita** [*ib l* 158 (*secundum codd* C)] **aeterna sine** aliqua **dubitatione** speratur. huic **Trinitati credentes** uere [*ib l* 155] sancti et beati patriarchae prophetae et apostoli et martyres et martyrii gratiam meruerunt, et spem uitae perennitatis adepti sunt, et regnum caelorum hereditatione non ambigua sunt sortiti.

---

147. **quod**: quoniam 𝔖 𝔐 148. **quod iudaeis** (*sc* iudaicis) *codd*: quodque (*om* iudaeis *col*[3] quod iudaicis𝔖; *om* (*quasi per dittographiam e l* 147?) ℜ 𝔑 𝔐 **sic ubique legunt** *scripsi*: sicubique *col vat aug*[2] 𝔑 𝔖 𝔐 sicubi *aug** ℜ 149. **sed** (se *aug**): *tr ante* in scripturis (*l* 148) ℜ 𝔑 𝔐; *om* 𝔖 **legentes**: + spiritum *col*[3] 150. **angelum**: euangelium ℜ 151. **non** *col*[3]: *om codd edd* 154. **spiritus pater** *vat aug* 𝔖 𝔐 (*recte, ut puto, sequitur enim* spiritu altero, *ita ut et* pater *ipse sit* spiritus): sanctus pater (scs *pro* sps) *col* spiritus et pater 𝔑 sicut pater ℜ ex hiis 𝔐 **spiritu etiam altero** *col*[2]: etiam spiritu altero ℜ spiritum etiam altero *codd* spiritum etiam alterum 𝔖 etiam spiritum alterum 𝔐 etiam spiritus altero 𝔑 156. **hoc**: + magis ℜ **conpositiciae** *codd* 𝔐: conposiciae *col*[2] conpositae ℜ 𝔑 𝔖 157. **crealis** (creati 𝔑 creatura *col*[3]): *uocem inauditam mutare non ausus sum* **uere**: *fortasse legendum* uerae **incorporeae simplicisque** *col*[2 uel 3] 𝔖 𝔐 *feliciter*: in corpore ac simplicisque *codd* incorporeae ac simplicis que ℜ 𝔑 158. **hoc**: *om* ℜ 159. **et**: ut ℜ **a** *col*[3] ℜ 𝔐: *om codd* 𝔑 𝔖 160. **et unus**: unusque ℜ 162. **hii** *col aug* 𝔐: hi *vat* ℜ 𝔑 𝔖 163. **potentia et regnum** *col*[3] ℜ 𝔖 𝔐: potentie regnum *vat* potentia regnum *col** *aug* una potentia et unum regnum ℜ

165. **relationem** *col*[3], *scilicet* σχετικῶς, *optime*: reuelationem *codd edd* 166. **sed semper manentibus**: *om aug** 168. **de baptisma** *codd*, *sc abl fem*: *laudat E. W. Watson* Style and Language of St. Cyprian (Studia Biblica iv, A.D. 1896, *p* 297) *Cypr.* epp. lxxiii §§ 14, 23, lxxv § 8: *addit* Thes. Ling. Lat. *nonnisi solam Didascaliam Apostolorum* 'baptismas': de baptismo ℜ 𝔖 in baptismo 𝔑 𝔐 169. iis ℜ hiis 𝔐 **remissa**: *uide ad cap* II *l* 35 datur ℜ peccanti 𝔐 171. hunc *col** ueri 𝔑 172. et prophetae et apostoli ℜ prophetae apostoli 𝔑 𝔐 173. **martyrii**: martirum ℜ **gratiam**: gloriam ℜ 174. **spem**: semp *aug* **perennitatis** (perhennitatis *vat*) *codd* 𝔖: perennis *col*[3] 𝔑 𝔐 eternitatis ℜ 175. hortatione *ut uid col*[3] 176. *tr* sortiti sunt 𝔖 𝔐

## I. Index locorum S. Scripturae



## II. Index nominum propriorum



## III. Index uerborum et locutionum

(*ubi praefigitur asteriscus, uide quae notaui in apparatu critico, pp* 355–363 *supra*)

## De aetate commentarioli

*de tempore quo scriptus sit quaerenti et commata de sacris Scripturis laudata cum opere Petri Sabatier* Bibliorum sacrorum latinae uersiones antiquae *conferenti, multa apud nostrum occurrunt singularia* (*exempli gratia cap* II *l* 44, 2 Cor viii 9 'scitote' 'diuites existamus'; *ib l* 101, Rom i 20 'tam sempiterna'; *ib l* 126, Matt xxiv 36 'filius hominis'; *ib l* 147, Io ii 19 'suscitabo eum'; *cap* III *l* 78, Heb xi 1 'inuisibilium examinatrix'; *ib l* 99, Act xiii 2 'uocaui eos mittere'; *ib l* 115, 1 Cor xii 8 'uerbum sapientiae' 'uerbum scientiae'), *multa quae alibi nonnisi apud unum aliquem scriptorem inueniuntur, e quibus praecipue sunt nominandi Victorinus Afer* (II 178, 'cum esset' *noster*, 'ut esset' *Vict.*, 'quod esset' *Gaudentius Brixianus*, 'esse' *testes ceteri*; III 43 'conuincet' *noster cum Vict.*, 'arguet' *ceteri*; III 126 'quemadmodum' *noster*, 'sicut' *Vict.*, 'quis' *ceteri*; III 139 'blasphemia... peccatum' *noster cum Vict.*, 'peccatum ... blasphemia' *ceteri*), *Filastrius et Gaudentius Brixiani* (II 178 *uide supra*; III 93 'fugiam... uadam,' *ceteri* 'abibo [*uel* ibo] ... fugiam'; III 104 'regnauerunt non per me' *cum solo Filastrio noster*), *denique, ut monuit me Germanus Morin, Phoebadius Aginnensis* (II 180 'formam serui accipiens humiliauit se usque ad mortem,' *omissis quae apud Apostolum post* accipiens *et post* se *inueniuntur*). *quibus omnibus perpensis, recte forsitan colligas auctorem nostrum non multo post annum* 400 *a Christo nato commentarium in Symbolum scripsisse. animaduertendum est laudare nostrum 'commatis Iohannei' quod uocatur partem* (III 162 = 1 Io v 7).

*praefanda sunt etiam nonnulla de auctoribus quibus usus est noster: litterarum enim christianarum flosculos undique petitos delibauit. praeter Tomum Damasi quem totum fere exscripsit atque exposuit, legerat ut uidetur Tertullianum* aduersus Praxean, *cf cap* II *l* 58, *p* 356 *supra; legerat anonymi* de die et hora *tractatum, quem et Ioannes Mercati et* (*apud ephemeridem* The Journal of Theological Studies v 218, A. D. 1904) *ego euulgauimus, cf cap* II *ll* 128–139, *p* 358 *supra; legerat Gregorium Iliberritanum* de fide orthodoxa, *cf cap* II *l* 199, *p* 359 *supra; legerat Commentarium in Symbolum Nicaenum, quem supra in hac appendice, pp* 329–354, *edidi, cf cap* II *l* 81, *p* 357 *supra. legerat etiam Filastri Brixiani episcopi* diuersarum haereseon *librum, nisi inuersa ratione putes quae ambobus communia sunt nostrum commodauisse, mutuatum esse Filastrium: de qua re ut quisque quid sib uideatur iudicet, placet locos singulos singulis e regione opponere.*

| *Filastrius* Haeres<br>(*secundum editionem Friderici Marx*<br>C. S. E. L. xxxviii, *Vindobonae*, 1898) | *noster, ut supra* |
|---|---|
| lxx § 2 (37. 8) '**res** istae [uerbum et caro] in unum **coniunctae pro nostra salute** . . . | *cap* II *l* 191 **rerum** quamuis **coniunctarum** [coniuncti *codd*] . . . inmortalis deus rei mortalis coniunctus [mortalis coniuncta *codd*] est **propter nostram salutem.** |
| adsumptionem magis **rei uisibilis** declarabant.' | *cap* II *l* 32 diuinitatis . . . potentiam in **re uisibile** praedicatam [praedictam *codd*]. |
| xciii § 7 (53. 23) 'cum **omnia** et ipse filius **compleat contineat cum patre et** sancto **spiritu.**' | *cap* II *l* 89 omnia continens . . . **cum patre** semper **et cum spiritu** sancto.<br>*l* 160 '**omnia continens et implens** sicut pater' [*om* pater *codd*]. |
| [*apud Tomum Damasi inuenimus* omnia continere, *non autem* omnia complere (implere).] | *l* 184 '**omnia complentis** omnia continentis.'<br>*cap* III *l* 95 '**omnia complet** deus spiritus sicut filius.' |
| xciii § 8 (54. 4) '**humilitas** enituit saeculo et **inenarranda** resplenduit **bonitas et condescensio fragilitatis humanae.**' | *cap* II *l* 80 'quemadmodum **humana fragilitas** capere poterat **condescendens** . . . in **humilitate**, eminentis eius **bonitatis** agnoscendae.'<br>*l* 32 '**inenarrandam** potentiam . . . et **bonitatis** diuitias.' |
| cxxvii §§ 3, 4 (92. 23) '**non tamen in tempore** . . . genitum de patre **proprie** . . . cumque patre eum **in perpetuum manere** atque **semper** mansisse . . . ne **temporalis filius** aestimetur.' | *cap* II *l* 55 'genuit pater filium . . . de patre natus est **proprie non in tempore** sed **semper** . . . secundum uerbum eorum . . . **temporalis filius** [*om* filius *codd*] agnoscitur.'<br>*l* 196 'in eo [*sc* corpore] etiam **permanens in perpetuum.**' |
| cxxxvii §§ 6, 7 (108.6) '**patriarchae, prophetae,** sacerdotes, iudices, **apostoli** atque euangelistae **et martyres,** qui **trinitati credentes** . . . **regni caelestis** consortium **speret.**' | *cap* III *l* 171 'huic **trinitati credentes** uere sancti et beati **patriarchae prophetae** et **apostoli et martyres** . . . **spem** uitae . . . et **regnum caelorum** sunt . . . **sortiti.**' |
| cxxxviii §§ 2–4 (109. 2) '**loquebatur** de caelo . . . et apparere dignabatur ut Abrahae . . . sub Mosi autem **diuersis rebus apparens** et quod erat **timoris** atque terroris in **monte Sina** demonstrabat . . .<br>postea uero in incorporationem apparens . . . diuersa remedia hominum **infirmitatibus** conferebat.' | *cap* II *l* 75 '**loquebatur** in omnibus sanctis et legem dedit Moysi **in monte Syna** . . . condescendens **infirmitatibus** omnium **diuerso rerum** genere **adparebat** [diuersorum genere adprobat *codd*], aliis in gloria, **timoris** omnium causa . . .' |
*Sunt quibus haec testimonia de* plenario totius orbis concilio *nonnisi ad concilium Nicaenum iure referri uideantur. sed patres Nicaeni nihil de hac quaestione aperte pronuntiauerunt, nec utrum cum Cypriano an cum Augustino adsenserint satis liquet: magis dixeris eos neutrum ex toto probare sed mediam inter ambos uiam tenere; si enim Nouatianos non iterato baptismo recipiendos esse decreuerunt* (*can* viii), *de Paulianistis tamen statuerunt* ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος (*can* xviiii). *hoc ipse memorans Augustinus*—de haeresibus § 44 'istos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica Nicaeno concilio constitutum est: unde credendum est eos regulam baptismatis non tenere'—*profecto non ita loquitur ut qui concilium Nicaenum generalem de hac re definitionem edidisse pro certo habeat.*

*Arelatensis autem concilli canon octauus adeo Augustini uerbis respondet—confer can* viii 'si ad ecclesiam aliquis de heresi uenerit' *cum Aug* haer. § lxviiii 'placuerit nec in ipsis hereticis baptisma commune rescindere'—*ut non facile putes sanctum doctorem eum non respicere. quid tamen de eo quod paullo supra uidimus eundem Augustinum, cum originem schismatis Donatistarum enarraret, nomen* plenarii ecclesiae uniuersae concilii *conuentui Arelatensi abiudicare?*

*Ideo autem* plenarium *potius quam* uniuersale *concilium appellat Augustinus, quod mos erat apud Africanos concilia totius Africae* uniuersalia *dicere: uide quae collegi infra p* 622.

## 1. De codicibus imperfectis (*uide p* 373)

*Codices nostri* C Λ *k* T ($T_1$), *in Gallia intra annos post Christum* 550 *et* 700 *descripti, concilium Arelatense ea conditione edunt ut* (1) *corpus canonum deminuant, omissis scilicet omnibus quae uel de paganismo uel de ratione inter ecclesiam et rem publicam aeuo Constantiniano primum habita tractabant,* (2) *auctoritatem concilii quasi* episcoporum sexcentorum (*uide p* 381 *col a in notulis*) *extollant. unde censeo editionem istam neque temporibus adeo antiquis, sed exeunte fortasse quinto saeculo, neque longe a ciuitate Arelato, esse conpactam.*

[*Supplementum ad codicum recensum p.* 373. *codices* F *f ex codice ff descriptos esse probauit Turner t* i 2, 3 *p* ix.—E. S.]

### Tituli canonum Arelatensium e codd F

INCIPIVNT CAPITVLA SYNODI ARELATENSIS

I De pascha dominicae resurrectionis.
II De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint.
III De his qui arma proiciunt in pace.
IIII De agitatoribus qui fideles sunt.
V De theatricis.
VI De his qui in infirmitate credere uolunt.
VII De praesidibus fidelibus qui ad praesidatum prosiliunt.
VIII De his qui rem publicam agere uolunt.
VIIII De Afris quod propria lege sua utantur.
X De his qui confessorum litteras adferunt.
XI De his quicum suas in adulterio depraehendunt.
XII De his qui fidelibus puellis iunguntur.
XIII De ministris qui fuerant.
XIIII De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur et reliqua.
XV De his qui falso accusant fratres suos.
XVI De diaconibus quos cognouimus multis locis offerre.
XVII De his qui pro delicto suo a communione separantur.
XVIII De diaconibus Vrbicis ut non sibi tantum praesumant.
XVIIII De episcopis peregrinis.
XX De his qui usurpant sibi solis debere episcopos ordinari.
XXI De presbyteris aut diaconibus qui solent remittere loca sua in quibus ordinati sunt.
XXII De his qui apostatant et se ad ecclesiam non repraesentant.

### Epistula Constantini Augusti ad Aelafium Vicarium Africae data

*fol 29 b* INCIPIT EXEMPLVM EPISTOLAE CONSTANTINI

Constantinus Agustus Aelafio:

Iam quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam apud Africam nostram plures uesano furore uanis criminationibus contra se inuicem super obseruantiam sanctissim*ae* legis catholicae discedere coepisse; dirimendae dissensionis huiuscemodi causa placuerat mihi ut ad Vrbem Romam tam Caecilianus Carthaginiensis episcopus, contra quem uel maxime *d*iuersi saepe me conuene*r*ant, quam etiam aliqui ex his qui ei quaedam obicienda crediderant, praesentiam sui exhiberent. nam etiam ad supra dictam Vrbem Romam nostram quosdam episcopos ex Galliis ire praeceperam, ut tam hii pro integritate uitae suae atque laudabili instituto [sed et septem eiusdem communionis], quam etiam Vrbis Romae episcopus, atque *ali*i qui cum hisdem cognoscerent, possent rei quae uidetur esse commota fi*n*em debit*um* adhibere. *qui* quidem ea quaecumque inpraesentiarum fuerant gesta, cuncta ad scientiam meam etiam actis habitis retulerunt; uerbo insuper adfirmantes quod iudicium suum pro rerum fuisset aequitate depromtum, eosque potius causae obnoxios esse dicentes qui contra Caecilianum quaedam putauerunt commouere: adeo ut ist*inc* post iudicium habitum Africam ipsos remeasse prohibere*m*.

Inde propter haec omnia probabili rerum aestimatione sperauer*am* quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quae ab iis hominibus uidebantur subito commotae, | finis debitus fuisset im- *fol 30 a*

---

*cor Hanc epistulam una cum aliis documentis ad Donatistarum sectae origines pertinentibus, ab Optato fortasse collectis, conseruauit nobis unicus codex Parisinus* lat. 1711, *olim ecclesiae S. Pauli Cormaricensis* (*Cormery-sur-Indre*): *saec.* x: *fol* 29 *b. syllogen edidit primus Petrus Pithou et post eum Iacobus Sirmond* Concilia Galliae i *p* 1 (𝔖), *L. E. Dupin, ad calcem libri sui* Sancti Optati opera *Lutetiae* A. D. 1700, *p* 283, *et recentissimus C. Ziwsa* S. Optati Mileuitani libri VII (C. S. E. L. *tom* xxvi) *Vindobonae* A. D. 1893, *p* 204: *codicem, quem denuo contuli, sub siglo cor adhibui*
1. Ag̃ *cor** Aug̃ *cor*[2] 4. **uesano** *cor* (*primis curis incipiebat* uen . . . *scribere, sed ipse in* ues . . . *correxit*): nefario *Dupin* 6. scĩssime *cor* **legis**: fidei 𝔖 7. **discedere** *cor*: dissidere 𝔖, *fortasse recte* 8. causae *cor* 11. **diuersi** *scripsi, collata epistula Constantini ad Miltiadem Romanum, ap. Eus.* H. E. x 5 παρά τινων κολλήγων: uniuersi *cor* **conuenerant** 𝔖: conuenerunt *cor* 16. **quosdam**: *scilicet Reticium Augustodunensem, Maternum Coloniensem, Marinum Arelatensem, ut ex epistula ad Miltiadem supra* (*ad l* 11) *laudata accipimus* 18. **sed et septem eiusdem communionis** *cor*: *sed Galli episcopi non plus tres, Itali non minus quindecim, Romae aderant. unde transponenda esse haec uerba conicio supra l* 10, *ut legatur* tam Caecilianus Carthaginiensis episcopus sed et septem eiusdem communionis quam etiam 20. **episcopus**: ep̃i *cor* episcopi *edd, sed compendia* epi eps epis episc *antiquitus pro quolibet numero uel casu adhibebantur; uide sis quae collegi p* 534 *infra* **alii** *scripsi*: illi *cor* 22. uidebatur 𝔖 **finem debitum** 𝔖, *cf l* 37 *infra*: fidem debitam *cor* 23. **qui** *supplet* 𝔖: *om per homoeoarcton cor* 24. **inpraesentiarum** *cor*: in praesentia eorum *edd* 31. **istinc** *scripsi, scilicet* '*ex Roma*': istum *cor* istud 𝔖 32. **prohiberem** *coniecit Dupin*: prohiberent *cor* perhiberent 𝔖
34. **sperauer**am 𝔖: sperauerunt *cor* 36. **ab iis** *optime* 𝔖: aliis *cor* 37.

p*osi*tus. sed cum Dicationis tuae scripta legissem, quae ad Nicasium et ceteros super hisdem simul*t*atibus Grauitas tua mittenda crediderat, euidenter agnoui quod neque respectu*m* salutis suae neque (quod est maius) Dei omnipotentis uneratione*m* ante oculos suos uelint ponere; siquidem ea agere persistant, quae non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendi dent facultatem qui longe ab huiuscemodi sanctissima obseruantia sensus suos noscuntur auertere. nam id quoque te scire conuenit, quod ex hisdem uenerunt adserentes quod minus dignus idem Caecilianus cultu sanctissimae religionis habeatur, et contra id quod hisdem responderam, 'frustra eos id iactare, quippe cum re*s* fuisset apud Vrbem Romam ab idoneis ac probatissimis uiris episcopis terminata,' obnixe ac pertinaciter respondendum aestimauerunt, quod enim omnis causa non fuisset audita sed potius idem episcopi quodam loco se clausissent et prout ipsis aptum fuerat iudicassent.

Quare cum haec tot et tanta nimium obnixe dissensiones protrahere perui derem, ita ut nullo modo finis isdem dari posse uideatur, nisi et Caecilianus idem *et* ex his qui contra eum dissident tres aliqui, in iudicium eorum qu*ae* contra Caecilianum sentiunt, consensum *d*ede*ri*nt ad Arelatense oppidum uenire; iniungendum Solertiae tuae duxi, ut mox has litteras meas acc*e*per*i*s, tam Caecilianum supra dictum cum aliquibus ex his quos ipse delegerit, sed et de Byzacenae Trispolitanae Numidiarum et Mauretaniarum prouintiis singul*o*s (quique aliquantos | ex suis per- *fol* 30 *b* ducere debebunt, quos ipsi putauerint eligendos), sed etiam aliquos ex his qui contra eundem Caecilianum dissentiunt, data euectione publica per Africam et Mauritaniam, inde ad Hispanias

---

*cor* **impositus** 𝕾: impetus *cor* 38. **dicationis** *scripsi, collatis* (1) *relatione Anulini proconsulis ad Constantinum anno* 313 *data* (*ap. Augustini* ep. lxxxviii [*ed. Goldbacher* 408. 11]; *Dupin p* 280) 'libellum sine signo obtulerunt Dicationi meae', (2) Cod. Theodos. XI XXX I (*anni* 312 *uel* 313) 'iam Dicationis tuae est': dictationis *cor* 40. **simultatibus** *scripsi*: simulationibus *cor* 42. **respectum** 𝕾: respectus *cor* 44. uneratione *cor* 54. **sanctissimae**: sincerissimae *scripsit Dupin, sed quarto post Christum saeculo frequentissimus est uocis* sanctissimus *usus*; *cf in hac epistula l* 6 'sanctissima lex catholica', *l* 50 'sanctissima obseruantia', *l* 119 'sanctissimum deum', *cf p* 488 *infra* 57. **res fuisset . . . terminata** 𝕾: rei fuissent . . . terminata *cor* res fuissent . . . terminatae *Dupin* 61. **enim** *cor*: eorum 𝕾, *fortasse recte*

66. obnixę *cor* obnixas 𝕾 68. uideretur 𝕾 *cor* 69. **et ex** *edd*: ex *cor* 70. **quae** *scripsi*: qui *cor* 71. **contra Caecilianum** *cor*: cum Caeciliano 𝕾 **consensum dederint** *scripsi*: consensumq; debent *cor* 72. arelatensem *cor* uenerint 𝕾 74. **acceperis** 𝕾: acciperes *cor* 77. **Byzacenae . . . prouintiis**: *enumerat imperator praeter* Africam *sex prouincias ad dioecesem Africanam pertinentes; de Byzacena, Tripolitana* (*orthographiam* Trispolitana *alibi nusquam inueni*), *duabus Mauretaniis, nulla oritur quaestio, duarum tamen Numidiarum notitiam praebet solus e laterculis insignis ille Veronensis, uide tabulam apud I. B. Bury opus edentem Edwardi Gibbon* Decline and Fall of the Roman Empire ii (A. D. 1897) 555 78. **Mauretaniarum**: + et *cor* 79. **singulos** *scripsi*: singulis *cor* singuli 𝕾 **quique** *cor, scilicet* et hi: *confer epistulam ad Chrestum episcopum, infra p* 379 *l* 51 *συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς* 83 datam euectionē publicā *cor*

breui tractu facias nauigare. et inde †nihilominus huiusmodi his in† singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supra dictum locum intra diem kalendarum Augustarum possi*nt* peruenire celeriter; intimaturus hisdem, ut antequam proficiscantur debeant disponere, quatenus absentibus ipsis et disciplinae conpetens *cura* habeatur et nulla forte seditio uel aliquorum altercati*o* quae ad maximum dedecus spectet oriatur. †de secreto† plena cognitione suscepta finis adhibeatur: qu*ia* cum praesentiam sui exhibuerint, uniuersa qu*ae* nunc in contentione esse noscuntur qu*ae*que non inmerito finem debent accipere maturum [ut] protinus possint terminari atque conponi.

Nam cum apud me *de*cretum sit te quoque Dei summi esse cultorem, confiteor Grauitati tuae quod nequaquam fas esse ducam ut eiusmodi contentiones et altercationes dissimulentur a nobis: ex quibus forsitan commoueri possit summa Diuinitas, non solum contra *h*umanum genus sed etiam in me ipsum, cuius curae nutu suo caelesti terrena omnia moderanda commisit, et secus aliquid, hactenus incitata, decern*at*. tunc enim reuera et plenissime potero esse securus et semper de promptissima beniuolentia potentissimi Dei prosperrima et optima quaeque sperare, cum uniuersos sensero debito cultu catholicae religionis sanctissimum Deum concordi obseruantia fraternitati*s* uenerari.

AMEN

EXPLICIT

---

*cor* 85. **breui tractu**: *anglice* 'by the short crossing' 86. †**nihilominus** (nihilhominus *cor*) **huiusmodi his in**†: nihilominus his in (*om* huiusmodi) 𝔖; *locus imperfectus, sed posteriores tres litterae* s in *fortasse per dittographiam e uoce sequenti* singulis *repetuntur* 87. **tractorias**: *tractoriae litterae* 'dabantur a principe legatis aliisque ab eo missis aliquo ut eis necessaria itineri publice praeberentur, adscriptis locis per quae transituri erant et euectione ac uiatico quod suppeditari oporteret' *Forcellini-de Vit s. v.* 89. possit *cor* 93. **disciplinae conpetens cura habeatur** *scripsi*: disciplinae conpetens | habeatur *cor* disciplina competens habeatur 𝔖 94. **altercatio** 𝔖: altercantiū *cor* altercantium contentio *Ziwsa* 96. **de secreto** *cor*: de cetero *edd* 97. **quia** 𝔖: quae *cor* 98. **uniuersa quae** 𝔖: uniuersi qui *cor* 99. **in contentione** *cor*²: intentione *cor** 100. **quaeque** *Ziwsa*: quique *cor* 101. **ut** *cor*, *sed fortasse omittendum, nisi secundum graecorum idioma* ὡς τάχιστα *conieceris dictum* ut protinus

103. **decretum sit** *scripsi*: cretum sit *cor cor* certum sit 𝔖 106. **ducam** *cor*²: dicam *cor** 110. umanum *cor* 112. **et** *cor*: ut 𝔖 113. decernet *cor* 120. concordis 𝔖 **obseruantia fraternitatis** 𝔖: obseruantiae fraternitati *cor* obseruantiae fraternitate *Dupin*

EXPLC *cor*

## Epistulae Constantini Augusti ad Chrestum episcopum datae interpretatio graeca

### Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων

*Ἤδη μὲν πρότερον, ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου Δυνάμεως καὶ τῆς Αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιΐστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν ὥστε—ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τούτων κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων, παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου—τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως κατορθώσεως τυχεῖν.*

*ἀλλ᾽ ἐπειδή, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοί τινες καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ Αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι καὶ διοριζόμενοι ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν, ἢ καί, μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν· ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτούς, ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς (μᾶλλον δὲ μυσερῶς) ἀλλήλων ἀποδιεστάναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης Θρησκείας ταύτης πρόφασιν χλεύης διδόναι.*

*ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο ὅπως τοῦτο, ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτε δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ κονρήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβών, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τῆς σης Στερρότητος καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως καὶ τοῦτο, ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι᾽ αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μέλλοντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ᾽ ἀλλήλων διεστώτων (οὕσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν), δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι.*

*ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξαι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.*

---

*Litterarum quae a pari datae erant plurimis episcopis Gallis Italis Hispanis Britannis unum exemplar, ad Chrestum Syracusanum destinatum, graece uersum cum aliis eiusdem temporis monumentis* Historiae *suae adscripsit Eusebius* lib x cap 5 §§ 21–24 (*edente E. Schwartz* 888. 24–890. 2), τῶν βασιλικῶν διατάξεων τὰς ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς μεταληφθείσας ἑρμηνείας

52. ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου, *sc* de minore clero: *ne de presbyteris tantum intellegatur, uetat quod Chrestum comitabatur nonnisi diaconus, uide p* 398 *infra*

## NVMERI ET ORDINIS CANONVM ARELATENSIVM SECVNDVM DIVERSAS SYLLOGAS CONSPECTVS

| | *codd* E *f ff* | *cod* K | *cod nov* | *cod wirc* | Sp | *cod* R | *cod* D | *codd* L *g* | *codd* C A *k* | *cod* T | *cod* T₁ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| DOMINO SANCTISSIMO (*p* 381) | | | | | | | | | | | |
| [Hic Siluester] . . . . . . . | | | | | | *habet* | *habet* | | | *habet* | |
| Quid decreuerimus (*p* 382) . . . . . . . | | 1 | | | | | | | | *om* | |
| [Placuit ergo praesentibus] . . . . . | | | *habent* | | | | | | | | |
| 1. Primo in loco de obseruatione . . . . . . | 1 | | 1 | 1 | 1 | 1 | [1] | 1 | 1 | *om* | 1 |
| [Placuit ergo praesente] . . . . . | | *habet* | | | | | | | | | |
| 2. De his qui in quibuscumque . . . . . . | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | [2] | 2 | 2 | *om* | 2 |
| 3. De his qui arma proiciunt . . . . . . . | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | [3] | 3 | *om* | 1 | *om* |
| 4. De agitatoribus qui fideles . . . . . . . | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | [4] | 4 | 3 | *om* | 3 |
| 5. De theatricis et ipsos . . . . . . . . | 5 | 5 | 5 | 5 | 5 | 5 | *om hic* | 5 | *om* | *om* | 4 |
| 6. De his qui in infirmitate . . . . . . . | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | [5] | 6 | *om* | 2 | *om* |
| 7. De praesidibus qui fideles . . . . . . . | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | [6] | *om* | *om* | 3 | *om* |
| [5. De theatricis et ipsos] . . . . . | | | | | | | [7] | | | | |
| 8. Similiter et de his qui . . . . . . . | 8 | 8 | 8 | 8 | | | *om* | *om* | *om* | *om* | *om* |
| 9. De Afris quod propria . . . . . . . | 9 | 9 | 9 | 9 | 8 | 8 | [8] | 7 | 4 | *om* | 5 |
| | | | | | | | | | | | 6 |
| 10. De his qui confessorum . . . . . . . | 10 | 10 | 10 | 10 | 9 | 9 | [9] | *om* | *om* | 4 | *om* |
| 11. De his qui coniuges suas . . . . . . . | 11 | 11 | 11 | 11 | 10 | 10 | [10] | 8 | 5 | *om* | 7 |
| 12. De puellis fidelibus quae . . . . . . . | 12 | 12 | 12 | 12 | 11 | 11 | [11] | 9 | *om* | 5 | *om* |
| 13. De ministris qui fenerant . . . . . . . | 13 | 13 | 13 | 13 | 12 | 12 | [12] | 10 | 6 | *om* | 8 |
| 14. De his qui scripturas . . . . . . . . | 14 | 14 | 14 | 14 | 13 | 13 | [13] | 11 | *om* | 6 | *om* |
| 15. De his qui falso accusant . . . . . . . | 15 | 15 | 15 | 15 | 14 | 14 | [14] | 12 | 7 | *om* | 9 |
| 16. De diaconibus quos . . . . . . . . | 16 | 16 | 16 | 16 | 15 | 15 | [15] | 13 | *om* | 7 | *om* |
| 17. De his qui pro delicto . . . . . . . | 17 | 17 | 17 | 17 | 16 | 16 | [16] | 14 | 8 | *om* | 10 |
| | | 18 | 18 | 18 | 17 | 17 | [17] | 15 | 9 | *om* | |
| 18. De diaconibus Vrbicis . . . . . . . | 18 | 19 | 19 | 19 | 18 | 18 | [18] | 16 | | 8 | *om* |
| 19. De episcopis peregrinis . . . . . . . | 19 | 20 | 20 | 20 | 19 | 19 | [19] | 17 | | 9 | *om* |
| 20. De his qui usurpant sibi . . . . . . . | 20 | 21 | 21 | 21 | 20 | 20 | [20] | 18 | | 10 | *om* |
| 21. De presbyteris aut . . . . . . . . | 21 | 22 | 22 | 22 | 21 | 21 | [21] | 19 | | 11 | *om* |
| 22. De his qui apostatant . . . . . . . | 22 | 23 | 23 | 22 | 22 | 22 | [22] | 20 | | | *om* |
| [Placuit ut quantum (*p* 416)] . . . . | | | 24 | 23 | | | | | | | |
| [Placuit ut mulierem] . . . . . | | | 25 | 24 | | | | | | | |
| [De aliena ecclesia] . . . . . | | | 26 | 25 | | | | | | | |
| [Abstentum clericum] . . . . . | | | 27 | 26 | | | | | | | |
| [Venientes de Donatistis] . . . . | | | 28 | 27 | | | | | | | |
| [Praeterea quod dignum] . . . . | | | 29 | 28 | | | | | | | |
| SYNODVS HABITA EPISCOPORVM . . . . . . | *om* | *habet* | 30 | 29 | | *habet* | *habet* | *om* | *om* | *om* | *habet* |
| *Nomina episcoporum* . . . . . . . . | *om* | *habet* | *habent* | | *habet* | *habet* | *habet* | *om* | *om* | *om* | *habet* |

**Canones ad Siluestrum**

[INCIPIT SYNODVS ARELATENSIS]

Domino sanctissimo fratri Siluestro coetus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.

---

F *f ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D T *pal* *wirc nov*

INCIPIT (*om* INCIPIT **L** C²) SYNODVS ARELATENSIS **F L** C²; VII ROMANAE ECCLESIAE ARELATENSIS EPISCOPORVM DC K; INC̄P̄ (*om* D) CANONES ARELATENSES SVB SANCTO MARINO (MAVRINO D) EPISCOPO TEMPORE (TEMPOR̄ R) CONSTANTINI IMPERATORIS (IMPR̄S R) R D; SYNODVS HABITA IN (CONCILIVM ARELATENSE PRIMVM A PLVRIMIS EPISCOPIS GESTVM Sp-ed) CIVITATE ARELATO APVD MARINVM EPISCOPVM TEMPORIBVS CONSTANTINI IMPERATORIS EO TEMPORE QVO ETIAM CONCILIVM NICAENVM HABITVM EST TRECENTORVM DECEM ET OCTO EPISCOPORVM **Sp**; INCIPIT CONCILIVM ARELATENSE (ARLATENSIS *nov*) TEMPORE MARINI EPISCOPI (*om* EPISCOPI *nov*) ACTVM A ·CXXIII· (CENTVM VIGINTI TRIBVS *wirc*) EPISCOPIS QVI ET PAPAE SILVESTRO SCRIPSERVNT *wirc nov*; INCIPIVNT CAPITVLA DE CANONIBVS GALLICANIS $T_1$: *nihil habent* C* T Λ, *nihil nisi numerum* (XXXV) *k*

**Domino**: + et Sp **sanctissimo**: sancto D, *sed frequens est apud antiqua concilia usus uerborum* beatissimus sanctissimus; *exempla uidesis ad p* 377 *col a l* 54 **fratri**: *om* T* D **Sp** **Siluestro coetus**: Marino uel coetui R (*Gallici lectio scribae, cui Marinus 'papa alterius orbis' uisus est*) **coetus**: *praem* episcopo **Sp** papa *nov* **episcoporum** **F** R D $T_1$ *wirc nov* **Sp**: episcoporum sexcentorum (siscentorum K) **L** C K *k* Λ sescentorum episcoporum T **fuerant** *pal* **in**: *om wirc*

*Post titulum comma de papa Siluestro*

---

domno *k** sanctisimo R scissimimo *ff** eprum C episcuporum *k* opido F *f** *ff* R Λ arelatense K arlatensi *pal*

**Epistula ad Siluestrum**

INCIPIT CONCILIVM EPISCOPORVM *fol* 31 *a*
ARELATE CELEBRATVM
ET DIRECTVM
SILVESTRO EPISCOPO ROMANORVM

Dilectissimo papae Siluestrio Marinus Acratius Natalis Theodorus Proterius Vocius Verus Probatius Caecilianus Faustinus Surgentius Gregorius Reticius Ambitausus Termatius Merocles Pardus Adelfius Hibernius Fortunatus Aristasius Lampadius Vitalis et Maternus Liberius Gregorius Crescens Auitianus Dafnus Orantalis Quintasius Victor Victor Epictetus: in Domino aeternam salutem.

Communi copul*ae* CARITATI*S* et VNI- Eph iv 3, 4
TATE matris ecclesiae catholicae VINCVLO inherentes, ad Arelatensium ciuitatem piissimi Imperatoris uoluntate adducti, inde te, gloriosissime papa, cum merita reuerentia salutamus, ubi grauem ac pernitiosam legis nostrae atque traditionis †. . . . . . . . . . .† effrenatae mentis

---

*Hanc epistulam synodicam seruauit nobis* cor *unicus cod. Parisinus* lat. 1711 *fol* 31 *a*, *uide p* 376 *col a*, *ubi et libros impressos commemoraui*

**Siluestrio**: *conferas inscriptionem a L. Duchesne* Liber Pontificalis I 201 *laudatam* SANCTO SILVESTRIO ANCILLA SVA VOTVM SOLVIT, *quae tamen saeculo quinto exeunte uix est antiquior*

*De nominibus uide pp* 398 *seqq*: *e quadraginta quattuor ecclesiis ibi enumeratis, habes hic triginta quattuor, scilicet* 5 8 21 28 4 2 17 9 29 34 11 39 42 16 14 31 6 3 25 23? 32 37 35 41 18 26 1 15 10 20 33 36 40 43: *omittuntur, ut par erat, diaconi* (12 19). *nota tamen duos esse hic* Gregorios, *in indice infra nonnisi unum* (42)

1. **copulae caritatis**: copulo caritati *cor* **unitate** *cor*: *fortasse legendum* unicae 9 . . . **effrenatae** *cor*: *lacunam signi-*

**Canones ad Siluestrum**

Quid decreuerimus communi consilio caritati tuae significauimus, ut et *e*piscopi sciant quid in futurum obseruare debeant.

---

R D T *subiungunt codd* R D T, *ut sequitur*: Hic Siluester (Seluester et R) XXXIII (tricensimus tertius T) in ordine numeratur (nomerantur R numeratus T numerato D) a sancto apostolo Petro nec quisquam (quicquam D) post apostolum in sacerdotio (in sacerdutium R) longeuior (logeueor R* longiuior T*) fuit; uixit in episcopato (sedit *pro* u. i. e. T) annos (annus R annis D) XXIII (XX et D) menses (menš T annus R) XI dies XI: *numeri a catalogo Liberiano anni* 354 *discrepant* (*qui Siluestro* annos XXI menses XI *recte tribuit*), *cum catalogis quinti et sexti saeculi necnon cum Libro Pontificali fere concordant* (Siluester ann XXIII m X d XI)

¶ T

F *f ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ *wirc nov pal*

1. **Quid . . . debeant**: *om* T, *quippe qui ut puto ea tantum modo repraesentet quae apud familiam codicum* C Λ *k desunt* **Quid**: Quicquid *wirc* decreuimus *f* D $T_1$ *pal wirc* concilio $T_1$ *pal nov* 2. ad caritatem tuam **F**, *fortasse recte* **significauimus** **L** C K *k* $T_1$ Λ *wirc nov*: signauimus **F** significamus R D **Sp** **ut**: *om f* **et episcopi** *scripsi*: et ipsi (*pro* epsi, *de quo compendio uide quae collegi p* 534) **F** R *wirc* ipsi D ipse *nov* omnes (omnis K) **L** C K *k* $T_1$ Λ **Sp** 3. **sciant**: dicant *f* **quid . . . debeant**: *om* (*per homoeoteleuton*?) C quod *nov* in futuro **L** R D *wirc* futurum *pal* obseruari debeant *f* obseruari debeat *wirc*

*Comma ex epistula desumptum praebent hic codd wirc nov: uide p* 383 *col b, ad l* 37

---

1. decreuirimus *k* commune K L *g* commoni D 2. caretati *ut uid* C caritate L 3. obseruari *f wirc*

**Epistula ad Siluestrum**

homines pertulimus; quos et Dei nostri praesens auctoritas et traditio ac regula ueritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret aut accusandi modus ullus aut probatio conueniret: ideo iudice Deo et matre ecclesia, quae SVOS NOVIT et conprobat, aut damnati sunt aut repulsi. et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesses! tant*o* fecisse*s* profectu! credimus quia in eos seuerior fuisset sententia prolata, et te pariter nobiscum iudicante coetus noster maiori laetitia exultasset. sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus et apostoli †cotidie sedent† et cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur . . .

*cf* 2 Tim ii 19 (Num xvi 5)

Non tamen haec sola nobis uisa sunt | tractanda, frater carissime, ad quae fueramus inuitati, sed et *omnibus* consulendum dum nobismet ipsis consuluimus; et quam diuersae sunt prouintiae ex quibus aduenimus, ita et uaria contingunt quae nos censemus obseruar*i* debere.

*fol* 31 *b*

---

*ficaui, supplere non ausus sum* (iniuriam et *Ziwsa, sed mallem* iniuriam per nonnullos) 13. **ratio subsisteret**: *cf can* XIIII *l* 9 *p* 391 *et Leonem Magnum* Serm. i 'apud iustum Iudicem sacerdotii mei ratio subsistat' 20. **interesses tanto fecisses profectu** *scripsi*: interesses tanti fecisse profectu *cor* interesse tanti fecisses profecto (*sc* profecto credimus) *edd*, *fortasse melius* 26. **cotidie sedent** *cor*: *sed corruptus uidetur locus*; *fortasse* apostolorum corpora usque hodie sedent 28. **testatur**: *hic lacunam significaui* 31. **omnibus** *suppleui*: *om cor* 32. **dum**: *om* $\mathfrak{S}$ 33. censuimus $\mathfrak{S}$ **quam** *cor* (*sc* quam diuersae . . . tam uaria, *sed pro* tam *posuerunt* ita et): cum (sint) $\mathfrak{S}$ quia *Ziwsa* 36. obseruare *cor*

*cor*

**Canones ad Siluestrum**

I Primo in loco de obseruatione

I: *numerum om* K, *quippe qui canonem primum praefationi coniungat; numerum et hic et apud reliquos canones om* D: *canonem om* T *Tit praem* Vt uno die et tempore pascha celebretur **Sp**: *notaueris hos in sylloge* **Sp** *canonibus praemissos titulos idem fere esse ac canonum epitomen quam 'Hispanam' uocant, uide ad calcem paginae*

F *ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D *pal wirc nov*

I. **Primo in loco** F C K *k* $T_1$ Λ *wirc nov, cf cor* (*col b l* 46): Primo loco R D Primo hoc loco L; *om* **Sp** de: *om* F

**Epitome canonum Hispana**

IIII EX CONCILIO ARELATENSI

I Vno die uno tempore pascha teneatur.

U Z *h* IIII: III U; *om h*

I: *numerum om* U: *canonem totum om h, sed uerba* uno tempore *canoni Nicaeno ultimo subiungit, uide p* 241 *col a supra* I. teneantur U

**Epistula ad Siluestrum**

Placuit ergo, praesente Spiritu sancto et angelis eiusdem, ut de his quae singulos quosque mouebant iudicia proferremus qu*asi* te praesente: placuit etiam, an*nuen*te qui maiores dioceses tene*t*, per te potissimum omnibus insinuari. quid autem sit quod senserimus, scriptis nostrae mediocritatis subiunximus.

37–55. *Hoc comma ex epistula desumptum cor* K *wirc nov canonibus* (*post finitum can* I dirigas, *uide p* 384 *col a*) *inserit cod* K: *item ll* 37–60 *ante canonem* I (*post* obseruare debeant, *p* 382 *col a*) *inserunt codd wirc nov*: *edidit Fr. Maassen p* 950

37. **praesente spiritu sancto et angelis eiusdem** (eius *cor*) K *cor*: praesentibus patribus sanctis euangelistae eiusdem *nov* praesentibus sanctis patribus (*cet om*) *wirc* 38. uti K de K *wirc nov*: et *cor* ex *Ziwsa* 39. **quae singulos quosque mouebant** K *wirc nov*: qui singulos quos mouebat *cor* 40. **iudicia**: iudicare *cor* proferemus *wirc nov* **quasi te praesente** *conicere ausus sum*: de quiete praesenti *cor*: quae consistente K qq̄ te consistente *wirc* (*et ut conicere licet nov**: [te] quoque cons[entiente] *nov-ed*) 41. **annuente qui maiores dioceses tenet** *scripsi*: antequam (antea scribi *Ziwsa*) ante (a te S ad te *Ziwsa*) qui maiores diocheseos tenes *cor* (*ubi* antequam *librarii* σφάλμα *pro* ante qui, *quod corrector aliquis reposuit, esse iudico*) antiqui diocisis (*cet om*) K ante (*cet om*) *wirc nov.* ante qui *corruptum esse suspicor ex* annuente qui, *et de Constantino imperatore dictum*; diocesis *enim tunc temporis saecularem redolebat administrationem, non ecclesiasticam* 42. **per te** *cor*: partem K; *om wirc nov* **potissimum** *cor*: *om* K *wirc nov* 43. **omnibus**: omnia *wirc* 44. **senserimus** *cor nov*: consenserimus *wirc* sancxerimus K **scriptis** K *nov*: scripto *cor* et scriptis *wirc* 45. subiungimus *nov*

**Canones ad Siluestrum**

paschae dominicae: Vt uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis obseruaretur, ut iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

II De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri: In ipsis locis perseuerent.

F *f* *ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D *pal* *wirc nov*

2. pascha **F** (F *f** *ff*) *recte?* paschae et *pal* **Vt uno die**: Et uno die *pal* Vt in uno die *nov*; *om wirc* 3. **per omnem orbem**: per orbem (urbe L) omnem **L**; *om wirc nov* **orbem**: urbem **F** (L) **a nobis**: *om* **Sp** 4. obseruare C obseruetur **L** Λ **Sp** *wirc nov* **ut**: et **F** *wirc* **Sp** 5. **ad omnes tu**: ad omne studiū F *ff* ad omne studium *f* ad omnem tu D adeōnisi $T_1$ **tu**: *om* C ($T_1$) 6. diriges *nov*

*Sequitur in cod* K *fragmentum epistulae synodalis secundum recensionem alteram; uide p* 383 *col b, ad l* 37

II: *canonem om* T *Tit praem* Vt ubi quisque ordinatur (+ibi *pal*) permaneat **Sp** 1. **qui**: *om* C *pal* 2. **ministri . . . perseuerent**: *om per homoeoteleuton* K **in**: *om* C R D 3. **locis**: *om g wirc* **perseuerent**: permaneant *pal*

I 2. dominica ?.'*k* diae F R Λ 4. consuitudinem *k* Λ* consuaetudinem F 5. omnis K ($T_1$) 6. diregas K Λ*
II 3. perseuerint *k* L *g* R

**Epitome canonum Hispana**

II Quis ubi ordinatus fuerit permaneat.

U Z *h* II: *numerum om hic et semper h*

**Epistula ad Siluestrum**

Id primo in loco de uita nostra adque utilitate tractandum fuit, ut quia VNVS PRO OMNIBVS MORTVVS EST ET RESVRREXIT, ab omnibus tempus ipsum ita religiosa mente obseruetur, ne diuisiones uel dissensiones in tanto obsequio deuotionis possint exsurgere. censuimus ergo pascha Domini per orbem totum una die obseruari. De his quoque *qui* quibuscumque locis ordinati fuerint ministri: In ipsis locis perseuerent.

2 Cor v 14, 15

46. **Id** (*praem* Ad *cor* At $) **primo in loco** *cor*, *cf col a p* 383: Id praecipuo loco K Id principali loco *nov* Id est in prinupali loco *wirc* 47. **utilitate** *cor* K: uirtute *wirc nov* **quia** *wirc nov*: qui *cor* K **unus pro omnibus** K *wirc nov*, *quae lectio per uoces* ab omnibus *l* 49 *praecipue confirmatur*: unus pro multis *cor* (*cf Rom* v 19 διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί), *lectio ut uidetur ab homine partis Augustinianae, cui minus notum erat illud aeque Paulinum* εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, *perperam in textum inserta* 49. ab hominibus *nov* **tempus ipsum** *cor*: tempus ipsut (ipsud *nov*) K *nov* ipsum tempus *wirc* 50. obseruaretur K **ne diuisiones uel dissensiones**: ne diuisioni uel dissensioni *cor* ne diuitionis (*cet om*) K ne quid desentionis uel discessionis *nov* ne quid dispensionis uel discissionis *wirc* 52. obsequia *cor* deuutionis K possit *wirc nov* exurgire K exurgere *wirc nov* 53. **censuimus** (cinsuimus K) K *wirc nov*: censemus *cor* pascham K, *fortasse recte* 54. **die**: + et tempore K obseruare *nov* obseruaturi *cor* obseruaturum iri *Dupin* (*fortasse legendum* obseruatum iri)
55. **De his quoque** *cor*: Et de hisdem *wirc nov* **qui**: *om per homoeoarcton codd* **quibuscumque** *cor*: cuiusque *wirc nov* 56. **locis**: + ut quibus (*forte e margine archetypi* uel quibus, *pro* cuius *l* 55) *wirc* **in**: *praem* ut *Dupin* 57. **locis**: *om wirc*

*cor* K *wirc nov*

¶ K

**Canones ad Siluestrum**

*cf p 434 inf conc Arel* II *can* XX : *et conc Iliberritani can* LXII

*cf conc Iliberritani can* XXXVIIII

III De his qui arma proiciunt in pace: Placuit abstineri eos a communione.

IIII De agitatoribus qui fideles sunt: Placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari.

V De theatricis: Et ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

VI De his qui in infirmitate credere uolunt: Placuit eis debere manum inponi.

**Epistula ad Siluestrum**

De his agitur etiam qui arma proiciunt in pace: Placuit abstineri eos a communione.

De circissariis agitatoribus qui fideles sunt: Placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari.

De theatricis: Ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

De his agitur qui in infirmitate sunt constituti et credere uolunt: Placuit eis manum inponi.

---

F *ff* L *g* K T R D *wirc nov pal*

III : I T : *canonem om* C Λ *k* T₁ *Tit praem* Vt qui in pace arma proiciunt excommunicentur (*de hoc uerbo cf col b ad l* 59) **Sp** 1. **in** : *om* K **pace** : id est gladiatur T 2. abstinere **F** D T **L** *wirc pal* (*tr* eos abstinere *pal*) **eos** : *om* **L** a communionem F *ff* T a common. D a communicatione K ¶ T

§ C Λ *k* T₁ IIII : III C Λ *k* T₁ : *canonem om* T *Tit praem* Vt aurigae dum agitant excommunicentur **Sp** ¶ C Λ *k* T₁ 2. agant D 3. separare D*

V : IIII T₁ : *canonem om* C Λ *k* T *pal**, *in medium canonem* VII (*uide p* 386) *transponit* D, *supplet ad calcem paginae manu coaeua pal*² *Tit praem* Vt qui in theatris conueniunt excommunicentur **Sp** 1. De theatris *pal*² ipso **F** (F *f** *ff*) D 2. **quamdiu** : cum diu D* agant K id agunt L agunt eclesiasticas D a commune L a com D **a communione separari**: abstineri a communione K (*de* K *uide p* 395 *col b*) § T

VI : II T : *canonem om* C Λ *k* T₁ *Tit praem* Vt (*om* Vt Sp-ed) in infirmitate conuersi manus impositionem (-ones *pal*) accipiant **Sp** 1. **in** : *om* R D **L** *wirc nov* 2. **uolunt** : *om ff** his debere K debere his **Sp** manus K manu T 3. poni D ¶ L *g*

58. **De his agitur etiam**: De his agitur enim *cor* Et de his (*cet om*) *wirc nov* De his etiam (*om* agitur *hic et l* 66) **S** *cor wir nov* 59. **abstineri** (-ere *wirc*): *pro* excommunicare, *quod nondum in usu erat* (*habes tamen* non communicare *can* xv 3), *adhibent patres Arelatenses* a communione abstinere (*cann* iii 2, xiii 3, *et ita saepius S. Cyprianus*), separare (iiii 3, v 3, xii 4, xvii 2), excludere (vii 10), *cf p* 488 exterminare; *similiter* communionem petere (xxii 5), dare (xxii 6), consequi (xvii 5) 60. **eos** : *post hanc uocem cessant wirc nov* ¶ *wirc et n* 61. **circissariis** *scilicet* 'qui in circo conuersantur': *testem de hoc uerbo unicum laudat* Thes. Ling. Lat. *Aug* in psalm. xxxix 8 (*ed. Bened.* IV 332 B) 'quis est iste circissarius? quis est iste amator et laudator illius uenatoris, illius histrionis?' 67. **credere** : recedere *cor*

---

**Epitome canonum Hispana**

III Qui arma proicit in pace excommunicetur.

IIII Agitatores dum agitant excommunicentur.

V Similiter et theatrici.

VI Qui in infirmitate conuerti uolunt manus inpositionem accipiant.

---

III 1. proieciunt K 2. absteneri K abstinere F *f* D T *wirc* abstenere *ff*
IIII 1. fidelis C *k ff* L fidilis K
V 1. atheatricis T₁ heatricis *wirc* ipsus R 2. quamdeu K commonione R 3. seperari D
VI 2. uo|uolunt F

U Z *h*

III : II U 1. excummunicetur U
IIII : III U 1. agetatores U agitatoris Z excummunicetur U
V : IIII U
VI : V U 1. in infirmitatem *h* 2. manus impositionis Z *h*, *sed cf can* viii *l* 3 *p* 388 accipiat U

### Canones ad Siluestrum

*cf concilii Iliberritani cann* LV LVI

VII De praesidibus qui fideles ad praesidatum prosiliunt: Ita placuit ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias; ita tamen ut, in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura illis agatur, et cum coeperint contra disciplinam agere tunc demum a communione excludantur.

---

F *ff pal* K T R D *wirc nov*

VII: III T: *canonem om* C Λ *k* **L** $T_1$ *Tit praem* De praesidibus ut cum conscientia episcopi sui communicent **Sp** 1. **praesidibus**: his K *ad* K *in ras* a praesidatu *nov* 2. **prosiliunt** (*idem quod anglice dicimus* 'jump at'?): p̄siliunt (*sc* praesiliunt) F *ff* impetu prosiliunt *wirc nov* **ita**: *om pal* 3. **promoti**: probati K prouecti *wirc nov* **fuerint**: *post hoc uerbum (sed sine ullo noui canonis indicio) inseritur in cod* D *canon* V, *uide supra* 4. accipiunt F **ecclesiasticas**: *om* K **communicatorias**: commonitoria *pal*; *praem* et *wirc nov*; *uerbum ut uidetur non ante saeculum post Christum quam (concilio scilicet Iliberritano) usitatum* 5. **tamen**: *om* K 6. **locis . . . cura**: *in ras* F, *sed manu prima* gesserunt R gesserit D epis K episcopis *wirc nov* 7. **eiusdem**: eorundem locorum *wirc* **loci**: locis R; *om* D **loci cura illis agatur**: illuc sicut in aliis agatur (agantur *wirc*) *wirc nov* curam D **illis**: illius **F** *pal* **et**: ut **Sp** 8. **cum**: si K, *cf col b l* 76 coeperit . . . excludatur R D contra disciplina *nov* contra disciplinam publicam Sp-ed cum disciplina publica *pal* 9. **tunc F** K *pal wirc nov*: tum R D T Sp-ed **demum**: *om* F*

¶ T D **a communione**: ab ecclesia K

---

VII 1. praesedibus T D fidelis R *ff* (-ibus *ff**) fidilis K 2. praesedatum T D p̄siliunt F *ff* 3. promuti R D literas F 4. eclesiasticas D* communicaturias T D communi***caturias R. 6. epis K 8. coeper K 9. agire K daemum T *f ff*

### Epistula ad Siluestrum

De praesidibus autem qui fideles sunt et ad praesidatum consiliunt: Ita placuit ut cum promoti fuerint litteras quid*e*m accipiant ecclesiasticas communicatorias; ita tamen ut, in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura illis agatur, et si coeperint contra disciplinam agere tunc demum a communione exclud*a*ntur.

---

70. **consiliunt**: *uerbum non agnoscit* Thesaurus Linguae Latinae *nisi apud Pauli Diaconi* Festum 'consilium uel a consulendo dicitur uel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant et conueniant' *cor* 72. **quidem**: quidam *cor* 74. **episcopo** *scripsi*: epis *cor*, *quod compendium in archetypo sine dubio singularem numerum* episcopo *significauit, cf cod* K *in col a* (*can* vii *l* 6), *confer quae collegi p* 534 76 (*et* VII 8 *col a*). **contra disciplinam agere**: *scilicet sacrificia ut flamen celebrando, uel poenas capitales ut iudex indicendo; quod tamen intellegi maluerunt patres Arelatenses quam diserte adfirmari* 78. excluduntur *cor*

---

### Epitome canonum Hispana

VII De pr*e*sidibus ut cum conscientia episcopi sui communicent.

---

VII 1. prisidibus U prisidebus Z cunscientia U U Z *h* consientia *h* 2. cummunicent U communicet Z

**Canones ad Siluestrum**

VIII Similiter et de his qui rem publicam agere uolunt.

VIIII [VIII] De Afris quod propria lege sua utantur ut rebaptizent: Placuit ut si ad ecclesiam aliquis de heresi uenerit, interrogent eum symbolum, et si peruiderint eum in Patrem et Filium et Spiritum

F *f ff pal* K T R *wirc nov* VIII **F** K *wirc nov*; *canonem praecedenti coniungunt* R **Sp**, *om* C Λ *k* **L** $T_1$ D T 1. *tr* De his qui in re publica aliquid agire uolunt similiter K *cum col b* de: *om pal* 2. **agere**: *om pal* uoluit *nov*

§ L *g* C Λ $T_1$ D VIIII **F** K *wirc nov*: VIII R *g* **Sp** (D) VII L V $T_1$ IIII C Λ *k*; *canonem om* T *Tit praem* Vt ex haerese conuersi, si in Trinitate baptizati sunt, manus impositionem accipiant (*om* manus imp. acc. *pal*) **Sp**

1. **Afris F**: Aphoriis *wirc nov* Arriis C K *k* Λ R D **L** $T_1$ Arrianis *pal* Arianis Sp-ed; *conferas quae disputaui in col b* **quod**: qui R D *wirc* **Sp** 2. **sua**: *om pal wirc nov* **utantur F** (*cf col b*): utuntur *codd rell* et rebaptizant **F** ut rebaptizant R ut rebaptizentur D[2] *wirc* **Sp**

3. **Placuit**: *incipit hinc nouus canon* (VI) *in* $T_1$ **placuit**: + eos quamdiu (*e can* IIII *supra*) C* **ut**: *om wirc nov* Sp-ed **si**: ipsi D* ad eclesia C ab aeclesiam R ecclesiam *pal** aquilis *ut uid* F* aliqui . . . uenerint (uouerint *pal*) . . . eos *wirc* **Sp** D[2] aliquis . . . uenerint . . . eos D* 4. **de heresi**: *om wirc nov* **de**: de eorum (deorum Λ*) K *k* Λ **L** de hac **Sp**, *scilicet de* Arrianorum (Arriana) heresi interroget C R 5. **symbolum**: symbolo R D; *om wirc nov* **symbolum . . . filio**: *deperierunt in* Λ *litterae* symbolu *et* nt eos in patre et filio **et**: *om pal* prouiderint D *wirc* praeuiderint *pal nov* **eum F** (+ut *f**, et *ff*): eos *codd rell* (+ credere *wirc*) 6. **in patrem et filium et spiritum sanctum F*** (*ut uid*) *wirc nov*, *cf Tert* Praescr. 20 adu. Prax. 26: in

VIII 2. agire K

VIIII 2. rebaptisgent K 3. ecles. C aecles. R L 4. herese D $T_1$ 5. symbul. D $T_1$ *ff g* simbol. *f*

**Epistula ad Siluestrum**

Et de his quidem qui in re | publica *fol 32 a*
agere uolunt similiter.

De Africa autem quod propria lege sua utantur ut rebaptizent: Placuit ut, ad ecclesiam si aliqui hereticus uenerit, interrogent eum symbolum, et si peruiderint eum in Patre et Filio et Spiritu sancto esse

*cor*

VIIII *Hunc canonem, secundum plurimorum codicum lectionem* (*necnon secundum concilii Arelatensis* II *canonem* XVII, *uide p* 432 *inf*) *de Arrianis statuentem, respicere credo librum qui uocatur Theodori* Paenitentialem v 6 (*edentibus A. W. Haddan et W. Stubbs* Councils and Ecclesiastical Documents iii 181) '"Si quis baptizatur ab heretico qui recte Trinitatem non crediderit, iterum baptizetur." hoc Theodorum dixisse non credimus contra Nicenae [concilium et] sinodi decreta, sicut de Arrianis conuersis, Trinitatem non recte credentibus, confirmatur.' 81. **Africa** *cor*: Afris **S** *cum col a*, *fortasse recte*

**Epitome canonum Hispana**

VIII Ex Arrio ueniente in catholico, si in trinitate confessus baptizatus

VIII 1. arriano *h* **ueniente** *codd*, *anglice* 'when an ex-Arian becomes a catholic' U Z *h* in catholicum *h* 2. in trinitatem *h* baptidiatur U*

**Canones ad Siluestrum**

sanctum esse baptizatum, manus ei tantum inponatur ut accipiat Spiritum [sanctum]. quod si interrogatus non responderit hanc trinitatem, baptizetur.

X [VIIII] De his qui confessorum litteras afferunt: Placuit ut sublatis eis litteris alias accipiant communicaturias.

**Epistula ad Siluestrum**

baptizatum, manus tantum ei inponatur. quod si interrogatus symbolum non responderit trinitatem hanc, merito baptizetur.

ET CETERA.

TVNC TAEDIANS IVSSIT OMNES AD SEDES SVAS REDIRE

AMEN

*Confer concilii Iliberritani canonem* XXV

F *f ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D *pal wirc nov*

patre et filium et spiritum sanctum F in patre et filium et spiritu sancto *f** in patre et filium et spiritum sancto *ff* in patre et filio et spiritu sancto *f*² *codd rell* et 2°: + in Sp-ed 7. **esse baptizatum . . . sanctum**: *om wirc nov* **baptizatum** *f*, *cf col b*: baptizatos *codd rell cum* F (*ff*) 8. **ei F**: eis *codd rell* **tantum**: *om* $T_1$ inponat **F** (−*f*²) inponantur *pal* **accipiat F** C: accipiant *ff** K *k* Λ R D **L** $T_1$ **Sp** 9. **spiritum sanctum**: sanctum spiritum R spiritum *fortasse recte* **L** **quod si**: et *wirc* **si**: *om* R **interrogatus non responderit F**: interrogationem responderent *g* interrogati (interrogationi Λ interroganti *wirc nov*) non (*om* non *wirc*) responderint *codd rell* 10. **responderit**: *sequitur dimidiae lineae spatium in* Λ hinc F 11. trinitate **F** **baptizetur**

¶ L *g* C* Λ *k* $T_1$ § T

**F** C (*uel* C²): baptizentur *codd rell* X **F** K *wirc nov*: VIIII R Sp-ed (D) IIII T; *canonem om* C* Λ *k* **L** $T_1$, *habet ad calcem paginae* (*manu fere coaeua*) C² *Tit praem* Vt qui confessorum litteras portant alias accipiant (recipiant Sp-ed) **Sp**

2. afferent T offerunt *pal* portant (*cf tit in* **Sp**) K **ut**: aut *wirc*; *om* R D oblatis K 3. **eis**: eius D; *om wirc* **litteris alias**: litteras fidilis K litteras alias *f*² litteris alias litteras *wirc nov* aliam

¶ T

suscipiant R **communicaturias**: *om* K

7. baptiszatos F* baptizatus C K *k* Λ L *g ff* R 10. responderent Λ* L R 11. trinitate F *f ff* baptisgentur K baptiszentur *k*

90. **hanc** *cor*: tunc *Dupin* *cor*

TAEDIANS: *uerbum hic in clausula sylloges adhibitum respicere uidetur S. Augustinus ep.* CV § 8 'nec sic totiens uicti quieuerunt, sed de Felice Aptungitano (per quem Caecilianus fuerat ordinatus) cotidianis interpellationibus ipsi imperatori **taedium** fecerunt, dicentes eum esse traditorem et ideo Caecilianum episcopum esse non posse quod a traditore fuerit ordinatus: donec et ipse Felix, iussu imperatoris causa cognita ab Aeliano proconsule, innocens probatur': *ib* § 10 'quem [Constantinum] **taediosissime** de Felice Aptungitano interpellauerunt' ¶ *cor*

**Epitome canonum Hispana**

fuerit, manus inpositionem accipiat: si non, baptizetur.

VIIII Qui confessorum litteras portant, alias recipiant.

3. inpossitionem U 4. **si** U Z: et *h* baptidietur U bap- U Z *h*

VIIII 2. recipiat U accipiant *h*

**Canones ad Siluestrum**

XI [X] De his qui coniuges suas in adulterio depraehendunt, et idem sunt adulescentes fideles et prohibentur nubere: Placuit ut quantum possit consilium eis detur ne alias uxores, uiuentibus etiam uxoribus suis licet adulteris, accipiant.

XII [XI] De puellis fidelibus quae gentilibus iunguntur: Placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

---

F *f ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D *pal wirc nov* — XI **F** K *wirc nov*: X R **Sp** (D) CIII **L** VII $T_1$ V C Λ *k*; *can om* T *Tit praem* Vt si cuius uxor adulterauerit aliam non accipiat **Sp**

1. **qui coniuges**: quicumque **F** (qui uxores $f^2$) in adulterium C *nov* in adiutorio *wirc* 2. **idem**: item *wirc* 3. **sunt**: sumunt *wirc nov* adolescentules *pal* **fideles . . . placuit ut**: *om* **L** **et**: *om wirc nov* **prohibentur nubere**: *om wirc* probentur Λ* (*sed corr m p*) prohibere D 4. **ut F** K *wirc nov*: *om* C Λ *k* R D $T_1$ **Sp** 5. **possit F** C Λ *k* **L** *wirc nov* **Sp**: posse $T_1$ potest K D p̄p R *tr* eis consilium C **alias uxores F** K *wirc nov*: *om* (*addita uoce* alias *post* adulteris) C Λ *k* **L** R D $T_1$ **Sp** 6. *tr* accipiant uiuentibus uxoribus suis licet adulteris K **etiam**: *om* C K *wirc nov* 7. liceat R $T_1$ **adulteris**: adulterae sint ut non Sp-ed accipiat D*

¶ C Λ *k* $T_1$ § T — XII **F** K *wirc nov*: XI R **Sp** (D) VIIII L (CIIII *g*) V T: *can om* C Λ *k* $T_1$ *Tit praem* Vt feminae fideles quae gentilibus (gentibus *pal*) sese iunxerint excommunicentur **Sp**

1. **De . . . gentilibus**: Qui puellis fidelibus **F** *tr* De fidelibus puellis *wirc nov* **quae gentilibus**: quod ex gentibus *ut uid pal*; *om* D (*et, ut conicere licet, codicum* **F** *archetypus*) 2. coniunguntur F* *wirc nov* 3. aliquantum R aliquando *g*

¶ T **a communione**: ea com̄ D

---

XI 2. depraehundunt C* 3. aduliscentes K *k* L *g* $T_1$ R $f^2$ *ff** aduliscentis *f** *ff*$^2$ fidelis *k* *f** *ff* fidilis K 6. uxoris *ff* eciam R aetiam F 7. licit *k* lecet Λ adulteres D

XII 1. fidilibus K 4. seperentur D

*Confer concilii Iliberritani canonem* VIIII

*Confer concilii Iliberritani canones* XV XVI

---

XI: *quod* L *g habent numerum* CIII *pro* VIII, *et in sequenti canone g* CIIII *pro* VIIII, *id pendet e forma* ς *sine dubio in eorum archetypo usitata*

---

**Epitome canonum Hispana**

X Si cuius uxor adulterauerit, non liceat aliam accipere.

XI Puellae fideles quae cum gentibus iunguntur excommunicentur.

---

X 1. oxor U **adulterauerit** (aduterauerit Z) U Z *h* Z *h*, *cf col a* (*et tit apud* **Sp**): fornicauerit U **non** Z: nun ? U tamen *h* 2. leceat U **aliam**: *om* U accepere U

XI 1. puella *h* fedelis U **quae**: qui U (*et h** ?) gentilibus Z 2. excummunicetur U

**Canones ad Siluestrum**

XIII [XII] De ministris qui fenerant: Placuit eos iuxta formam diuinitus datam a communione abstineri.

Ezech. xviii 8 *etc*

XIIII [XIII] De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur uel uasa dominica uel nomina fratrum suorum: Placuit nobis ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non uerbis nudis, ab ordine cleri amoueatur. nam si idem aliquos ordinasse fuerint depraehensi,

---

F *f ff* L *g* K C Λ *k* $T_1$ R D *pal wirc nov*

XIII **F** K *wirc nov*: XII R **Sp** (D) X **L** VIII $T_1$ VI C Λ *k*: *canonem om* T *Tit praem* Vt clerici feneratores (*tr* fen. clerici *pal*) excommunicentur **Sp**

XIIII 2. dedirit K conductur K condoctor L *g* 3. aliene K torpis *f** 4. nigutiationis T negutiationis L *g ff* negutiationes Pi 5. execuerit *anic* 6. alienos K Pi

---

**Epitome eiusdem Hispana**

XIII De alia in alia ecclesia non uadat clericus: quod si ordinatus fuerit, irritum sit.

XIIII Quicumque clericus usurarius negotians inuentus fuerit, excommunicetur et deponatur.

---

XIII: *canonem om h* 2. **quod si** U, *cf* U Z *col a*: quod et si Z
XIIII: *canonem om h* 1. usurius U 2 negutians U excummunicetur U

XV In secretario diaconus inter presbyteros sedere non liceat, uel corpus Christi praesente presbytero tradere non praesumat: quod si fecerit, ab officio diaconatus abscedat.

XVI Fotiniacos siue Paulianistas **secundum patrum statuta** baptizari oportere.

XVII Bonosiacos autem ex eodem errore uenientes, quos sicut Arrianos baptizare in Trinitatem manifestum est, si interrogati fidem nostram ex

F *f ff* C K T Pi L *g am anic pal*

XV K Pi *am* **Sp**: XII C **L** *f ff* XI T F 1. **diaconus** (*cum* diaconus . . . liceat *confer can* V *ll* 1 3 Episcopus . . . liceat) F *f*: diānus C diac̄s K diacōs T diacono Pi **Sp** **𝔖** diac̄ L *g ff am* dyacom *anic* 2. **presbyteros**: prbt Pi 5. **ab**: de *pal* **diaconatus**: diac̄s (*ad finem lineae*) K diaconatu T* abscedatur *anic*

XVI K Pi *am* **Sp**: XIII C **L** *f ff* XII T F 1. **Fotiniacos** K T: Fotiniacus C Pi **L** Futiniacus **F** Fortiniacus *am* Fotinianos *anic pal* Photinianos uero Sp-ed **siue**: et *pal* Paulianistae Pi Paulianistos *pal* 2. **patrum**: petrum *pal*; *om am* stata K baptizare Pi **L** F 3. oportet *pal*

XVII K Pi *am* **Sp**: XIIII C **L** *f ff* XIII T F 1. **eodem**: eorum **L** 2. errorem **F** K Pi orrore **L** **quos sicut**: quod sicut **F** quo si quod et *am* 3. baptizari **F** K L *am anic* **Sp** **𝔖** **in trinitatem** T: in trinitate *codd rell et edd* 4. **si**: dum **Sp**; *om* T Pi *tr* nostram fidem *pal*

XV 1. **diaconus**: *uide notulas superiores* 2. prbs K prbos T prbrs *f* prsbs *ff* prbt Pi presbiteros L presbyteres Sp-ed sedire Pi 3. prb K* prbo $K^2$ T *am* prbro L *g* prsbo *ff* praesbitero *f* 4. praesummat F 5. offitio *f* abscidat K Pi

XVII 1. bonosiacus F K Pi *g ff anic* bonisiachos T bosoniacus *f* boniciacos *pal* bonitiacos Sp-ed 2. uenientis *f ff am* arrianus K T L Pi *g* * *f ff am* arianus F arrius *anic* 3. baptisz. K babtiz. *pal* 4. **nostram**: ūram (*pro* n̄ram) F

= *concilii Nicaeni can* XVIII

*cf Gall-Hisp p* 230 *l* 8 'conpertum est quod aliquanti diacones presentibus episcopis et presbyteris eucharistiam corporis populo tradant: quam presumptionem . . .'

*ib p* 232 *l* 18 'nec sedere in medio presbiterorum diaconibus liceat'

*ib p* 234 *l* 22 'ab officio diaconii'

= *concilii Nicaeni can* XVIIII

*cf Ruf p* 235 *l* 1 'Paulianistae qui sunt Fotiniaci baptizentur'

= *concilii Arelatensis* I *can* VIIII *p* 387: *ei qui canones concilii Arelatensis* II *confecit praesto iam fuisse falsam lectionem* Arrianis *pro* Afris *apparet*

**Epitome eiusdem Hispana**

XV Diaconus presente presbytero nec communionem tradat nec sedeat: quod si fecerit, deponatur.

XVI Fotiniacos uel Paulianistas baptizari oportet.

XVII Bonosiaci chrismate et manus inpositione confirmentur.

XV 1. **presbytero**: ēpo *inceperat scribere h* U Z *h* 2. cummunionem U communione Z

XVI 1. Fotiniacus U Fotineacos Z Fotinianos *h* Paulianista U Z

XVII 1. Bonosiani *h* crismate U 2. inpositionis Z *h* firmentur *h*

toto corde confessi fuerint, cum crismate et manus inpositione in ecclesia recipi sufficit.

XVIII Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Marini tempore legimus celebratum fuisse concilium adque conuentum. si qui commonitus infirmitatis causa defuerit, personam uice sua dirigat.

XVIIII Si quis autem adesse neglexerit aut coetum fratrum ante quam concilium dissoluatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communione cognoscat; nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

*cf concilii Arelatensis* I *titulum catalogo episcoporum praemissum p* 396 *coll a b, necnon titulos codicum diuersorum p* 381 *col a in notulis* (SVB SANCTO MARINO EPISCOPO TEMPORE CONSTANTINI IMPERATORIS *codd* R D): *nota tamen Arelate apud titulos istos semper* ciuitatem *uocari, nusquam nisi hic* urbem

---

F *f ff* C K T Pi L *g am anic pal*

6. inpositiones *pal* **in ecclesia**: *om* Pi 7. sufficet L suffecit K T *anic*

XVIII K Pi *am* **Sp**: XV C **L** *f ff* XIIII T F 1. Ad arlatenses epōs synodus congreganda (*desunt in hoc loco cetera usque ad finem concilii*) *pal* **ad quam**: atque in *am* ¶ *pal* 3. orbem C* 4. **partibus**: + praecipue Galliganorum *am* praecipue Gallicanis R Martini F tempora *ut uid* C* (*corr m p*) temporibus Pi 5. **legimus**: elegimus F elegemus *f ff* legebus C consilium T 6. **adque**: ad quem *anic* **qui**: quis K Sp-ed **S** conmunitus C 8. persona K T in uice *am* *tr* sua uice Sp-ed diligat *anic**

XVIIII K Pi *am* Sp-ed: XVI C **L** *f ff* XV T F 2. coetus C K Pi **L** coetu *am* **ante quam**: antiquam Pi 3. concilia Pi 4. **deserendum**: dissoluendum K **L** 6. **nec eum**: ne cum L* (*corr m p*) licet L* **nisi in**: nis|in C sequentis Pi

---

5. com Pi 6. chrismate **F** 7. eclesia L aecclesia F *g* recepi K Pi F sufficet L

XVIII 1. arelatinsis Pi epīs K 2. sinodus *f* C synodos Pi sinodis *anic* 5. caelebratum K L Pi *f g* 6. atque T L *g f ff* 8. uicae Pi

XVIIII 1. neclexerit K L nelexerit C 3. desoluatur **F** crederit T credederit C L 5. cummunione C cognuscat C L Pi *ff g** 6. reci *g** leceat C 7. sinodo C absolutos T[2]

---

**Epitome eiusdem Hispana**

XVIII Episcopus pro infirmitate sua uicarium dirigat in concilio.

XVIIII Absque consensu concilii si dimisso concilio quis ambulauerit, excommunicetur.

---

U Z *h*

XVIII 2. uigarium U

XVIIII: *Canonis initium cum h et col a distinxi; praecedenti coniungunt* U Z 1. cunsensum U cuncilii U conciliis Z 2. demisso Z

XX De agitatoribus siue theatricis qui fideles sunt; placuit eos, quamdiu agunt, a communione separari.

XXI Paenitens quae defuncto uiro alii nubere praesumpserit, uel suspecta uel interdicta familiaritate cum extraneo uixerit, cum eodem ab ecclesiae liminibus arceatur; hoc etiam de uiro in paenitentia posito placuit obseruari.

XXII Paenitentiam coniugatis nonnisi ex consensu dandam.

XXIII Si in alicuius episcopi territorio infideles aut faculas accendunt aut arbores fontes uel saxa uenerantur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat. dominus aut ordinator rei ipsius, si

F *f ff* C K T Pi L *g am anic*

XX K Pi *am* Sp-ed: XVII C **L** *f ff* XVI T F 3. agitant Pi

XXI K Pi *am* Sp-ed: XVIII C **L** *f ff* XVII T F 1. Paenitentes . . . aliis . . . praesumpserint . . . uixerint . . . arceantur Sp-ed **Paenitens quae**: Paenitentes qui Pi **quae**: quaecumque **F S** quaeque *anic* 2. suscepta Pi *am* 4. cum eundem *am* 6. **etiam**: + et Sp-ed posita K

XXII K Pi Sp-ed: XVIIII C **L** *f ff* XVIII T F; *canonem praecedenti coniungit am* 1. Paenitentia *am* 2. danda T

XXIII K Pi Sp-ed: XXII *am* XX C **L** *f ff* XVIIII T F 1. **episcopi**: presbyteri Sp-ed territurium Pi territo *anic* 2. **faculas**: fani cultus K 3. fortes uel saxo Pi 4. **si**: sic *f* neclexerint ac religii K 5. **sacrilegii . . . esse**: sacrilegum sese *anic* sacrilegiis *f* *tr* se reum K 6. **aut ordinator**: auctor donatur K **rei**: re T*

XX 1. agetatoribus Pi 2. fedelis C fidilis K fidelis L *g* am* quamdio C quamdi *f** 3. cummunione C commonione *f*

XXI 1. penitens *f* uero K 4. aeodem Pi 5. eclesiae L aecclesiae *g* archeatur K 6. aetiam K eciam Pi uero K paenitencia Pi

XXII 1. paenetentiam L paenitenciam Pi penitentiam *f* 2. consenso K consu *g*

XXIII 1. territurio T *f ff* 2. infidilis K infidelis T L *g am* 3. arboris K 4. neclex. K L Pi 5. cognuscat Pi L *g* ff* 6. ordinatur Pi L *g am*[2]

= *concilii Arelatensis cann* IIII V *p* 385 *col a*

**Epitome eiusdem Hispana**

XX Agitatores uel theatrici, quamdiu agunt, non communicent.

XXI Penitens utroque sexu, si acceperit uxorem aliam post mortem uxoris, excommunicetur.

XXII Penitentiam coniugatis nonnisi ex consensu dandam.

XXIII Sacrilegus, si dominus aut si ordinator moniti fuerint et non uetauerint, excommunicetur.

XX: XVIIII Z 1. Agitores U treatrici U Z *h ut uid* Z quandio U 2. agitant *h* cummunicent U communicentur *ut uid h**

XXI: XX Z 1. **utroque sexu** U *h*: utrosque sexu Z

XXII: XXI Z 1. Penitentia U cuiugatis U **nonnisi . . . dandam** U Z, *cum col a*: nisi . . . non dandam *h* 2. cunsinsu U danda U

XXIII: XXII Z; *canonem om h* 1. Sacriligus U 2. ordinatur U 3. excum̄un̄ U

admonitus emendare noluerit, communione priuetur.

XXIIII Eos qui falso fratribus suis capitalia obiecisse conuicti fuerint; placuit eos usque ad exitum non communicare, sicut **magna synodus** ante constituit, nisi digna satisfactione paenituerint.

XXV Hii qui post sanctam religionis professionem apostatant et ad saeculum redeunt, et postmodum paenitentiae remedia non requirunt, sine paenitentia communionem paenitus non accipiant: quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. et quicumque ille post paenitentiam habitum saecularem non praesumat; quod si praesumserit, ab ecclesia alienus habeatur.

---

F *f ff* C K T Pi L *g am anic*

7. emundare Pi  a communione T

XXIIII K Pi Sp-ed: XXIII *am* XXI C **L** *f ff* XX T F  1. falsum T  3. **eos F** C K T Pi *am*: *om* **L** *anic* S Sp-ed  **usque**: + et Pi  5. **magna synodus**: *scilicet Arelatensis* I  6. paenituerit K T **L**

XXV K Pi Sp-ed: XXIIII *am* XXII C **L** *f ff* XXI T F  1. His C Hi Pi *anic* S Sp-ed  2. professione F  apostata K  5. **sine**: nisi *anic*  paenitentiam *am**  communione T  6. **quos etiam**: quo sequi K  7. *tr* officium clericatus Sp-ed  officii K  8. post paenitentia K  9. saeculare K *am*  11. ab ecclesiam T ab ecclesias Pi  **alienus habeatur**: habeatur extraneus T

---

7. ammonitus *f ff*

XXIIII 2. capitulia Pi  obicisse K Pi  conuincti *f anic*  3. fuerent Pi  4. cummunicare C  5. sinodos Pi  6. satesfactione K  penet. C Pi paenet. L *g* penit. F *f ff*

XXV 1. relegiones L *g** relegionis Pi *g*²  3. ad: a Pi  saecolum C  4, 5. paenet. *bis* C (*et* 1° L) penit. *bis* F  5. sene K sinae *f*  cummunionem C  6. penitus *g*  eciam Pi  7. iobemus K  clerecatus C  offitium *f*  8. dmittit Pi  9. abitum Pi *f*  saecolarem C  10. presumat C  praesumpserit T L *g ff*  11. ecclesa C aecclesia F *g* eclesia L  alienos K

= *concilii Arelatensis* I *can* XV *p* 391

= *concilii Arelatensis* I *can* XXII *p* 395

---

**De canonum numero**

*Concilium Arelatense* II *trifariam memoriae tradunt codices nostri;* (*a*) *canones* XXV, *e conciliis Nicaeno et Arelatensi* I *plerumque iteratos, habent* Pi *et sylloge Hispana, quos et in editionem nostram suscipimus;* (*b*) *canones* XXXVI (*editionis Sirmondianae* I–XXV XLVI–LVI), *additis scilicet e concilio Vasensi canonibus nonnullis, praebent* **F** Λ C K T **L** *am cum epitome Hispana* (*canones tamen* X–XII *omittunt* **F** Λ C K T **L**); (*c*) *totam* LVI *canonum seriem, additis e concilio Arausicano canonibus uiginti, solus obtinet* R (cod. Berol. Phillip. 84 *fol.* 110 *a*), *titulo post canonem* XXVI *praemisso* CAPITVLA DE SYNODO QVAE IN TERRITORIO ARAVSICO CELEBRATA EST, *quem secutus est Iacobus Sirmond* Concilia Galliae I 102.

---

**Epitome eiusdem Hispana**

XXIIII Criminator si non probauerit, in exitu communicet.

XXV Apostatae qui non requirunt penitentiam nullatenus communicent, nec in clero promoueantur.

---

U Z *h*

XXIIII: XX I Z  1. **Criminator** (Criminatur? U) . . . **probauerit** (prouauerit U) . . . **communicet** (cummunicit U) U Z: criminatores . . . probauerint . . . communicent *h*, *cum col a*  2. exitum U

XXV: XXIIII Z  1. requiruntur *h*  2. nullatinus U  3. promoueatur U

## APPENDIX XI

# CONCILII NICAENI CANONES

## APVD CONCILIA GALLICA

## ET APVD CAESARIVM EPISCOPVM ARELATENSEM

### A

### APVD CONCILIA GALLICA

**Concilii Nemausensis anno 394 uel 396 habiti** *canones* III IIII

*conc Nicaen can* V

III Illud etiam repetere **secundum canonem** placuit, ut nullus episcopus siue clericum siue laicum, a suo episcopo iudicatum, in communionem admittat inlicitam.

*ib can* XVI ?

IIII Neque sibi alter episcopus de clerico alterius, inconsulto episcopo cuius minister est, iudicium uindicet.

**Concilii Taurinatis anno 401 (uel, ut alii uolunt, 417) habiti** *canones* II VII

II Illud deinde inter episcopos urbium Arelatensis et Viennensis, qui de primatus aput nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex his adprobauerit suam ciuitatem esse metropolim, his totius prouinciae honorem primatus obtineat, et ipse **iuxta canonum praeceptum** ordinationum habeat potestatem. certe ad pacis uinculum conseruandum hoc consilio utiliore decretum est, ut, si placet memoratarum urbium episcopis, unaquaeque de his uiciniores sibi intra prouinciam uindicet ciuitates, adque eas ecclesias uisitet quas oppidis suis proximas magis esse constiterit, ita ut memores unanimitatis adque concordiae non alter alterum longius sibi usurpando quod est alii propius inquietet.

*ib cann* IIII VI

VII Nec illut praetermittendum fuit quod synodi sententia definitum est, ut clericum alterius **secundum statuta canonum** nemo suscipiat, neque suae ecclesiae (licet in alio gradu) audeat ordinare, neque abiectum recipiat in communione.

*ib cann* XVI V

---

K *De concilio Nemausensi codicem* K *adhibui, qui unicus hoc concilium memoriae tradidit, fol* 30 *b*

III 1. repetire K 2. **episcopus**: episcopum K

IIII 3. uindecit K

K T D *anic* 𝔖 Sp-ed *De concilio Taurinati codices adhibui* K *fol* 86 *a*, T *fol* 58 *a*, D *fol* 92 *a*, *anic* (*Paris.* lat. 1452) *fol* 154 *a*, *et editiones Iacobi Sirmond* Concilia Galliae I *p* 27 (𝔖) *et Francisci Gonzalez* Collectio canonum ecclesiae Hispanae *col* 209 (Sp-ed)

II: *canoni* I *coniungit* Sp-ed 1. **deinde inter**: de inter T 2. **qui**: quod *anic* 3. *tr* honore apud nos Sp-ed honor *anic* **a**: *om* K 4. **his**: ipsis D is *anic* eis 𝔖 5. adprobarit K adprobauerint *anic* 6. **his** K: is *anic* 𝔖 Sp-ed; *om* T **honorem**: *om* T 7. canones K 8. ordinationi K 10. consilium T concilio D 11. memoratorum T D 12. una quae T **his**: *om* K uici iunioris T uicioris D 13. prouincia D uindicent *anic* 14. **uisitet** (*cum aem et aliis codd Hispanis*): uindicet *anic* Sp-ed 15. **proximas**: uicinas 𝔖 17. alterutrum K aliter alterum T 18. **quod est**: *om* D alios T aliis D **propius** *scripsi cum* 𝔖: proprius K D *anic* proprios T proprium Sp-ed inquietam D ¶ D

VII: VI Sp-ed; *canonem om* D 4. **neque**: et non audeat *anic* 5. **licet . . . audeat**: *om anic* **licet**: *om* Sp-ed 6. in communionem *anic* 𝔖 Sp-ed

**Concilii Regensis anno 439 habiti** *prooemium*, *canonum* II *pars posterior*, III *pars*, IIII *pars posterior*, VIII.

Cum in uoluntate Domini apud Regensem ecclesiam conuenissemus et transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitae remedium quaereretur, qua **sacris ecclesiae canonibus ac reuerendis patrum constitutionibus** (*conc Nicaen can* IIII) omni parte neglectis, absque trium praesentia, absque conprouincialium litteris, sine metropolitani auctoritate, **inritam** (*cf Ruf p* 189 *col a*) ordinationis speciem a duobus temere conuenientibus praesumptam esse clarebat; non minus doloris de praesumentium lapsu quam de ecclesiae ipsius conuulsione in pectoribus omnium diutina conlatione uersatum est.

II . . . Itaque ordinationem quam **canones inritam** (*ib can* IIII *Ruf*) definiunt nos quoque euacuandam esse censuimus, in qua praetermissa trium praesentia, nec expetitis conprouincialium litteris, metropolitani quoque uoluntate neglecta, prorsus nihil quod episcopum faceret ostensum est.

[III] . . . Quod ergo in quibusdam scismaticis magis quam hereticis recipiendis **Nichenum concilium** statuit (*ib can* VIII) [a] singulis per territoria sua, hoc etiam praesens conuentus in hoc statuit ab omnibus debere seruari; id est ut cuicumque de fratribus tale aliquid caritatis consilia dictauerint, liceat ei unam **parrociarum** (*cf Isid p* 207 *col b ll* 34 35) suarum ecclesiam cedere, in qua aut **chorepiscopi** nomine, ut **idem canon loquitur**, aut peregrina ut aiunt communione frueretur . . .

[IIII] . . . Plebi quam acceperit ex constitutionis huius permissione benedicere et (ut supra definitum est) in una atque eadem ecclesia neophytos confirmare, in **castellis ac uicis** totum illi (*cf Gall-Hisp p* 204 *col b l* 18 ?) ante presbyteros sicubi uenerit liceat quod **in ciuitatibus** omnino praescribitur.

[VIII] Quae uoluntate communi in uoluntate Domini constituta omnes communi consensu conseruanda, neque (quod absit) sine offensa omnium ac Dei a quoquam transgredienda, definiunt: adicientes ut **secundum antiquam constitutionem** (*conc Nicaen can* V), si quies temporum erit, **bis**

---

K *k* T $T_1$ *ff g* $\mathfrak{S}$ Sp-ed — *De concilio Regensi codices adhibui* K *fol* 55 *b et k fol* 128 *b*, T *fol* 25 *b et* $T_1$ *fol* 63 *a*, F (*ad can* VIII) *fol* 83 *a*, *ff*, *g fol* 23; *editiones* $\mathfrak{S}$ *p* 65 *et* Sp-ed *col* 211. *notandum tamen istos codices, uno excepto* $T_1$, *canones* II III IIII *omittere*

1. Reginsim K Regensim T Reginse *ff* Reiensim *g* Regiensem Sp-ed 2. **et**: ut *g* 3. Ebreduninsim K Ebrodunense *ff* 4. habita *ff* 5. eccl̄ *k* ecclesiis T 6. reuertendis K referendis *k* reuerentes T **constitutionibus**: constitutionem suae T 7. **trium**: + episcoporum $\mathfrak{S}$ 9. auctoritatem K 11. uenientibus K 12. dolore K dolores *k* T **de**: *om* T 13. lapsum K *k ff* ecclesias *ff* 14. conuultionem K conuultione *k* **in pectoribus . . . conlatione**: *om per homoeot ff* **omnium**: hominum *g* **diutina**: *om* T*

¶ K *k* T *ff g* — II 3. uacuandam Sp-ed

III 2. **magis quam hereticis**: *om per homoeotel* Sp-ed 4. **a** $\mathfrak{S}$ Sp-ed: *om* $T_1$ 9. ecclesiae $T_1$ 10. **chorepiscopi** $T_1$ $\mathfrak{S}$, *recte*: coepiscopi Sp-ed episcopi *alv-ed* 12. **frueretur** $T_1$ Sp-ed: foueatur $\mathfrak{S}$

IIII: *canoni* III *adiungit* Sp-ed 1. acciperet Sp-ed 2. permissu $\mathfrak{S}$ 3. **et**: *om* Sp-ed 4. **atque eadem** $T_1$: eademque $\mathfrak{S}$ Sp-ed — ¶ Sp-ed

VIII *Pro hoc canone supponit e solo codice Vrgellensi canonem Antiocheni concilii* XX Sp-ed *Tit praem* De conuentu annuo *k* (K) $T_1$ *ff g* — § K *k* T F *ff* 1. **Quae . . . ut** (*l* 6): *om g* **communi in uoluntate**: *om per homoeoteleuton* **F** **communi**: conuenit *ut uid* K 2. omnis K *k* commune $T_1$ **F** communis *k* 3. conseruandā **F** **neque**: ne quid $T_1$ 4. **a**: *om* $T_1$ 6. § *g* **constitutionem**: + et definitionem K, difinitum est *g* 7. **quies**: quis *k* qui est **F**

*cf Gall-Hisp p* 192 *l* 12? **in anno conuentus agant**—certe inter quaslibet anxietates, neglectis propriis ac domesticis necessitatibus, quoquo modo semel—gratias agentes Deo, quo donante solum ecclesiae remedium, remota ultionis prurigine adque omni animositate, quaesissent.

**Concilii Arausicani primi anno 441 habiti** *canones* III VIII XXI *et canonis* XXVIIII *pars prior.*

[III] [De his] qui recedunt de corpore paenitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus inpositione eis communicari, quod morientes sufficit consolationi **secundum definitiones patrum**, qui huiusmodi communionem congruenter **uiaticum** nominarunt; **ut, si superuixerint** stent in ordinem **paenitentum,** et ostensis necessariis paenitentiae fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus inpositione percipiant.

*ib can* XIII

*cf Gall* p 218 *col a l* 4 *Gall-Hisp col b ll* 5 6

[VIII] Si quis alibi consistentem ordinandum putauerit, prius definiat ut cum ipso habitet: sic quoque non sine consultatione eius episcopi cum quo ante habitauit, eum qui fortasse non sine causā diu ab alio ordinatus non est ordinare praesumat. *cf conc Nicaen can* XVI

[XXI] In nostris prouinciis placuit de praesumptoribus, ut sicubi contigerit duos episcopos episcopum inuitum facere, auctoribus damnatis, unius eorum ecclesiae ipse qui uim passus est substituatur, si tamen uita respondit, et alter in alterius deiecti loco nihilominus ordinetur. si uoluntarium duo fecerint, et ipse damnabitur, quo cautius ea quae sunt **antiquitus statuta** seruentur. *ib can* IIII

[XXVIIII] Haec quae subscribimus, cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi uolumus et habenda sancimus; non ita praetereuntes eos qui synodo, aut per se aut per consensus suos destinando, adesse detractant, ut sibi supra nos illi placeant, qui **patrum statuta** dispiciunt quibus bis in anno (quod nobis pro temporum qualitate difficile est) sanctum est conueniri . . . *conc Nicaen can* V

---

K *k* T $T_1$ *ff g* 𝔖 Sp-ed

8. conuentos T $T_1$  agunt $T_1$ agantur *g*  9. quas habet $T_1$  **ac** : a F  10. **quoquo** : quo **F**  11. **semel** : simul 𝔖  **quo donante** : + quo (quicquid 𝔖) Spiritu considerant consurgentes $T_1$ 𝔖, *quae uerba quid sibi velint plane nescio*  12. remedio T $T_1$  remota ut ultioris **F**  13. **prurigine** : prorigine K prorigene *k* pro (*om* pro $T_1$) origine T $T_1$ F ; *om ff*  **omni** : *om* **F**

K F *ff g* 𝔖 Sp-ed *De concilio Arausicano codices adhibui* K *fol* 31 *b*, F (*ad cann* III VIII) *fol* 81 *a*, *ff fol* 134 *b*, *g fol* 24 *b*, *libros editos* 𝔖 *p* 70, Sp-ed *col* 217

III : IIII K  1. **De his** K : *om* **F** *g* 𝔖 Sp-ed  3. communicare *ff*  4. **morientes** *codd* : morientis 𝔖 Sp-ed  suffecit K  consolationis **F**  7. **ut** : quod 𝔖  8. in ordine *g* 𝔖 Sp-ed  9. et **F** 𝔖 : ut K *g* Sp-ed  10. legitimae K  11. accipiant Sp-ed

VIII : VII F *g* VIIII K  1. **alibi** : aliquid **F**  *tr* consistentem alibi Sp-ed  **consistentem** (consistentibus K) K **F** *g* : + clericum 𝔖 Sp-ed  4. **consultatione** : consulatione K consolatione *ff g* conlatione F  5. **eum** : *praem* ne K, nec Sp-ed  6. **sine causa diu** : sine dubio **F**  **non** : *om* K (*suppl m p*)  7. non praesumat K **F** ¶ F

XXI : XV *g* XXIII K  3. epš post epm K  4. unus *ff g*  6. in uita K  respondet 𝔖 Sp-ed  **alter in** : *om* Sp-ed  7. eiecti *ff*  locum *g*  **nihilo** : *om ff*  8. **si uoluntarium** : *incipit can* XXIIII *in cod* K  9. cautiosae aliquae *ff*  10. seruantur *g*

XXVIIII : XVIIII *g* XXXII K  1. Hae K subscripsimus *ff g* 𝔖  2. concordiā *ff*  **consensus** : conpraehensus K  3. **rata** : tractandi *ff*  4. uoluemus *ff*  **et** : *om ff*  5. sancximus *ff*  7. **suos** K *ff g* : + uel ad uicem sui per legatos 𝔖 Sp-ed  destinandos 𝔖  9. **bis** : his *ff*  10. nos *ff*  11. **sanctum** : statum *g*

**Concilii Andegauensis anno 453 habiti** *canonis* IIII *pars prior*.

*cf conc Nicaen can* III

[IIII] Familiaritatem extranearum feminarum nouerint esse uitandam. sed si qui sunt caelibes, nonnisi a sororibus aut amitis suis aut a matribus consolentur: quia sicut BONVM NON EST HOMINI SOLVM ESSE, ita familiares esse clericos feminis non oportet extraneis . . .

Gen ii 18

**Concilii primi Turonici anno 461 habiti** *canon* XIII.

[XIII] Illud etiam secundum scripturarum auctoritatem uel **patrum constitutionem** addendum credidimus, ut ne quis clericus qui negotiandi studium habere uoluerit usuras accipiat, quia scriptum est QVI PECVNIAM NON DEDIT AD VSVRAM et alio loco IN PLATEIS EIVS VSVRA ET DOLVS. manifestum est enim beatitudinis non posse consequi gloriam qui a praeceptis diuinis deuiauerit.

*ib can* XVII

Ps xiv (xv) 5

Ps liv (lv) 12

F *ff* $\mathfrak{S}$ *De concilio Andegauensi codices adhibui* F *ff*, *editionem* $\mathfrak{S}$ *p* 116

IIII : V F 1. Familiaritate . . . uitanda F 3. caeleps F 6. familiaris esse clericus F

*am* $\mathfrak{S}$ *De concilio Turonico primo codicem adhibui am* (*scilicet Amandinum, nunc Parisinum* lat. 3846, *fol* 167 *a*), *editionem* $\mathfrak{S}$ *p* 123

XIII 6. **pecuniam** *am* : + suam $\mathfrak{S}$

**Concilii Agatensis anno 506 habiti** *canon* X.

[X] Id etiam ad custodiendam uitam et famam speciali ordinatione praecipimus, ut **nullus clericorum extraneae mulieri** qualibet consolatione aut familiaritate iungatur: et non solum in domo illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem. sed cum matre tantum sorore filia et nepte, si habuerit aut uoluerit, uiuendi liberam habeat potestatem: de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

*ib can* III

*cf Isid p* 187 *ll* 4-6

*cf p* 427 *can* III *ll* 3 4

C K T Pi F D $\mathfrak{S}$ Sp-ed *De concilio Agatensi codices adhibui* C *fol* 205 *b*, K *fol* 41 *a*, T *fol* 66 *a*, Pi *fol* 6 *a*, F *fol* 73 *b*, D *fol* 97 *b*; *editiones* $\mathfrak{S}$ *p* 160, Sp-ed *col* 229

X : XIII F; *numerum om* T 1. **Id** : Idem F 2. **et famam** : *om* T 4. **qualibet consolatione** C T F $\mathfrak{S}$, *cf* in solacio suo *p* 427 *can* III *l* 2 *supra* : qualibet collatione Sp-ed quolibet (quilibet D) consortio K Pi D 5. coniungatur F 6. domum F extraneae T F D 7. **nec** : *om* F frequentanti F 9. matrem C tanto T **sorore filia et nepte** T Pi $\mathfrak{S}$ : sororem filiam et neptem C K sororem filiam et nepte F sorore filia et neptem D sorore filia aut nepte Sp-ed 10. *tr* uoluerit aut habuerit D **aut uoluerit** : *om* K **liberam** : libera T F; *om* $\mathfrak{S}$ 12. **quam** : p (*sc* pro) D naturam F D

**Concilii Epaonensis anno 517 habiti** *canones* XXXI *et* XXXVI.

[XXXI] De paenitentia homicidarum qui saeculi leges euaserint, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari quod **antiqui Nicaeni canones** decreuerunt.

*conc Ancyr cann* XXII XXIII (*cf Tom* II *p* 10)

[XXXVI] Ne ullus sine remedio aut spe ueniae ab ecclesia repellatur, neue ulli, si aut paenituerit aut correxerit, ad ueniam redeundi aditus obstruatur; sed si cui forsitan discrimen mortis inmineat, [ut] damnationis constituta tempora relaxentur. quod si aegrotum **accepto** uiatico reualescere fortasse contingit, **statuti temporis** spatia obseruare conueniet.

*conc Nicaen can* XIII

*cf Ruf p* 219 *ll* 4 5

---

K *ff g* (F Pi A L R D A *am*)

*De concilio Epaonensi uide Fr. Maassen* Concilia Aeui Merouingici (Monumenta Germaniae Historica: Legum Sectio III Concilia Tom I) *pp* 15 26 27: *codices ipse adhibui* K *ff et g fol* 39 *b*

XXXI: XXX K XXIIII **L** 1. homicidiarum Λ A F Pi 4. **antiqui Nicaeni** *scripsi cum* K **L** Λ: anquiritani (anceritani **F**) A **F** R (D) Pi *am Maassen, minus recte ut puto, quia etsi iure referas ad canones* XXI XXII [XXII XXIII] *concilii Ancyritani, tamen secundum interpretationem Gallicam Nicaeno ista tribuuntur concilio; uide huius operis Tom* II *pp* 10 11 5. decreuerint A decreuerant **L**

XXXVI: XXXIIII K XXVII **L** 1. **Ne ullus**: Nullus C D 2. **neue**: ne uel C ne R Pi 3. **ulli si**: ullus R ullis **L** 5. de crimine Pi crimen D *am* 6. **ut** K: *om ff g et codd rell* **constituta** K Pi Λ: constitutae **F L** R D A *am* tempore R F D 9. conueniat K Pi *g* conuenit R F A

B

**Ex epistula Caesarii Arelatensis in causa Contumeliosi episcopi ad omnes Galliarum episcopos anno 534 data.**

Ad locum de synodo [Niceno id est] trecentorum decem et octo episcoporum: **Si quis forte indiscrete ad sacerdotium prouecti postmodum uel ipsi aliquid de se criminosum professi sunt uel ab aliis reuicti, ut abiciantur . . .**

*ib can* X *cf Ruf p* 209

Et ideo diligenter perpendite si aut potest aut debet fieri ut tantorum ac talium quos supra memorauimus sacerdotum **canones** contemnentes aliter quam illi statuerunt obseruare uel agere praesumamus, praecipue cum, si **illorum CCCXVIII episcoporum qui per omnes ecclesias concilia fieri praeciperunt tam sancta decreta** neglexerimus, non illos solos despicimus sed . . . et Africanos pontifices et omnes reliquos qui, **ipsis ordinantibus**, per totum mundum pro eclesiastica disciplina aliquid statuerunt cum peccato animae nostrae contemnimus . . .

*ib can* V

Nemo mihi alia quaelibet contra auctoritate sedis apostolicae uel **contra CCCXVIII episcoporum praecepta** uel reliquorum canonum statuta obiciat.

---

(R C *bb*)

*Epistulam istam Caesarii Arelatensis episcopi memoriae tradiderunt e codicibus nostris totam* R, *ll* 1–7 C, *ll* 8–26 *bb*, *teste W. Gundlach* Mon. Germ. Hist. Epistolae Merowingici et Karolini Aeui I (*Berolini* A.D. 1892) 49, 51, 53, *cuius librum adhibui; ad ll* 1–7 *ille codicem* R *secutus est, ego codicem* C. *canonem ex interpretatione Rufini laudat Caesarius: uide supra p* 209 1. **niceno id est** C: *om* R, *fortasse recte, cf ll* 14 25 *infra* 18. **Africanos pontifices**: *S. Caesarium hic* Statuta ecclesiae antiqua 84 (*aliter* 68) *respicere luculenter demonstrauit Germanus Morin* Revue Bénédictine XXX [1913] *pp* 337 338

# CONCILIVM NICAENVM

## BREVIATIO CANONVM

## FVLGENTI FERRANDI CARTHAGINIENSIS

## ANTE ANNVM 550 POST CHRISTVM EDITA

C **Codex Corbeiensis postea S. Germani de Pratis nunc Paris.** lat. 12097 : saec. vi [fol. 144 *a*
trec **Codex Trecensis nunc Montispessulanus** Bibliothecae Vniuersitatis 233 : saec. ix [fol. 113 *b*
uerc **Codex Vercellensis** bibliothecae capitularis clxv : saec. ix

*De Fulgenti Ferrandi Breuiatione Canonum egit Turner t* ii *pp.* vii, viii, *inde apparet eum codice Vercellensi numquam usum esse.*

*In tomo altero et tomi* i *fasc* ii *parte* iii *Fulgentii Breuiationem ipsis canonibus Turner subterposuit ; deest in canonibus Nicaenis. illum horum quoque Breuiationem recipere uoluisse testantur hae schedae, non testantur quo loco eam inserendam esse censuerint. aptissimum igitur uidebatur eam in calce Appendicis* xi *post p* 440 *collocare.*—E. S.

**Fontes Ferrandi**

**Fulgenti Ferrandi epitome**

**Concilium Nicaenum**

[CXLV] Vt hi qui se absciderunt de clero eximantur. CONCIL: NICENO TIT: PRIMO

[I] Vt neofiti non ordinentur. CONCILIO NICENO TIT: II. CONCILIO SERDICENSI TIT: XIIII. CONCILIO LAVDICENSI TIT: III

[CXXII] Vt clereci cum mulieribus extraneis non habitent. CONCIL: NICENO TIT: III. CONCIL: CARTHAG: SVB SANCTO GRATO TIT: III. CONCIL: VNIVERSALI CARTH:

[IIII] Vt episcopus a tribus ordinetur, consentientibus aliis per scripta, cum confirmatione metropolitani uel primatis. CONCIL: NICENO TIT: IIII, ITEM TIT: VI. CONCIL: ANTIOCEN: TIT: XVIIII. CONCIL: LAODIC: TIT: XII. CONCIL: CARTHAGIN: SVB ANTESTITE GENETLIO TIT: X. CONCIL: VNIVERSALI CARTHAGINENSI TIT: XLVIIII. CONCIL: TELLENSI EX EPISTVLA PAPAE SIRICI

---

CXLV : *numerum et hic et ubique om* C 1. **hi** : his *coad* 2. CONCILIVM *trec* 3. TITVLO : TITVLVM *trec* ; *om* C
I 2. CONCILIVM *trec* 3. SERDICENSE C SARDICENSI *trec* 4. LAODICENSI *trec*
CXXII 2. CONCILIVM NICENO TITVLVM *trec* 5. CARTH C CARTHAGINENSIS *trec*
IIII 1. **a** : *om trec* 4. CONCILIVM *trec* 6. ANTIOCENṼ C ANTHIOCENO *trec* 7. LAPDIC C LAOD *trec* 8. *tr* TIT: X SVB ANTESTITE GENECLIO C 10. CARTH C XLIIII *trec* 11. TELL C ZELLENSI *trec* 12. SYRICI *trec*

**Fontes Ferrandi**

**Fulgenti Ferrandi epitome**

**Concilium Nicaenum**

[LIII] Vt nullus episcopus uel presbyter uel diaconus exconmunicatus conmunicet. CONCIL: NICENO TIT: V. CONCIL: SERDICENSI TIT: XVII. CONCIL: CARTHAG: TIT: VIIII. CONCIL: ANTIOCENO TIT: II

[CXLIII] Vt bis in annum per singulas prouincias concilia fiant. CONCIL: NICENO TIT: V. CONCIL: ANTIOCINO TIT: XX. CONCIL: CARTHAGINENSI TIT: III

[CLXXII] Vt hii qui nominantur Catharae, accedentes ad ecclesiam, si ordinati sunt sic maneant in clero. CONCIL: NICENO TIT: VII

[LXXXVII] Vt presbyter ordinatus si de aliquo crimine confessus fuerit aut de his qui lapsi sunt non suscepiatur. CONCIL: NICENO TIT: VIII. CONCIL: NOBACESI: TIT: VIIII

[CXLVI] Quae sint paenitentiae tempora his qui praeuaricauerunt decernenda. CONCIL: NICENO TIT: VIIII. CONCIL: ANQVIRIT: TIT: III, ITEM IIII V VI VII VIII ET NONO.

---

LIII 1. prbr C 2. diac C exconm C 3. NICEN C 4. CONCILIVM SARDICENSI *trec* 5. CARTH C VIII *trec* 6. ANTIOC C

CXLIII 1. in anno *trec* 3. NICEN C ANTIOCI C ANTHIOCENO *trec* 4. CONCILIVM *trec* CARTH C

CLXXII 1. Catharei *trec* 2. adcedentes C **si**: *om* C 4. NICENO: *om* C

LXXXVII 1. prbr C **si**: siue C* ? 3. **de his qui** *trec*: eis quae C suscipiantur *trec* 4. NIC C 5. NOVECESARIENSIS TITVLVM *trec*

**Fontes Ferrandi**

**Fulgenti Ferrandi epitome**

**Concilium Nicaenum**

[XVIII] Vt episcopi uel clerici de ciuitate ad ciuitatem non transeant, neque de prouincia ad prouinciam. CONCIL: NICENO TIT: XI. CONCIL: SERDICENSI TIT II, ITEM III. CONCIL: ANTIOCENO TIT: III, ITEM XXI. CONCILIO CONSTANTINOPOLITANO TIT: II, ITEM III

[XXVII] Vt episcopus alienum clericum non suscipiat neque ordinet. CONCIL: NICENO TIT: XII. CONCIL: SERDICENSI TIT: XVIIII, ITEM XX. CONCIL: ANTIOCENO TIT: XXII. CONCIL: CARTHAG: SVB SANCTO GRATO TIT: IIII. ITEM CONCIL: CARTH: TIT: XXVIII, ITEM LIII

[CXXIII] Vt nullus clericus feneret. CONCIL: NICENO TIT: XIII. CONCIL: CARTHAGINENSI SVB SANCTO GRATO TIT: XII

[CVI] Vt diaconi ante presbyteros non conmunicent. CONCIL: NICENO TIT: XIIII

[CLXXIII] Vt Pauliani rebaptizentur. CONCIL: NIC: TIT: XV

---

XVIII 1. clereci C 4. NICEN C 5. SARDICENSI *trec* III : *om trec* CONCILIVM *trec* 6. ANTIOCENVM C ANTHIOCENO *trec* ITEM : + TIT: *trec* 7. CONCILIVM *trec* 8. ITEM : + TIT: *trec*

XXVII 4. SERDICEN C SARDICENSI *trec* 5. ANTIOCEN C ANTHIOCENO *trec* 6. SVB SANCTO GRATO TIT: IIII. ITEM CONCIL: CARTH : *om per homoeoteleuton trec* 8. ITEM : + TIT: C

CXXIII 2. CONCILIVM *trec* XIII *scripsi* : XIIII *codd* 3. CARTH: C

CVI 1. prbm C pbros *trec*

CLXXIII 1. Pauliani C : Pauliniani *trec* rebaptizentur C : baptizentur *trec*

# SVPPLENDA ET CORRIGENDA

P $386^a$, not. 4 — pro '*ante saeculum post Christum quam*' leg. '*ante s. p. Chr. quartum*'

P $426^b$ — *in fine eorum quae ad litteram* 𝕾 *adnotata sunt, addantur*: Λ R iam Berolini collati sunt: *littera* 𝕾 *igitur notantur codices* Λ R

P $427^a$ — pro 'INCIP̄ . . . (R)' leg. 'INCIP̄ CANONIS ARELAT̄ [aretensis R] *a m* R'
inter 4 et 6 ins. '5, 6 communionem Λ'

P $428^a$, IIII 2 — post 'cellarum Λ *anic*' add 'cellarus R'
V I — pro '𝕾' leg. 'Λ'; tum pro 'sine . . . *a m*' leg. 'sine metropolitani vel epistola [epistulam (*cet om*) *a m* R] *a m*'
V 6 — ante 'consessisse' add. 'consensissent Λ*'

P $429^a$, VII I — pro '𝕾' leg. 'R'
VIII 5 — leg. consilium **F** C R *a m*
VIIII I — leg. Nouatiani . . . recipiendi R *a m*
VIIII I — leg. in communionem T Sp-ed communione R *a m*
VIIII 2 — leg. deberent si Λ *anic**
VIIII 4 — leg. damnat R* damnetur $T_1$
X — leg. *canonem habent* $T_1$ (*sed sine numero*) Pi R *a m* **Sp**

P $430^a$, X 3 — pro 'negauerint 𝕾' leg. 'fide R'
X 3 — leg. eis **Sp**
X 5 — post '**et duos** *a m*' del. '(cum $R^2$)'
X 8 — del. 𝕾
X 9 — pro '𝕾' leg. 'R'
XI — leg. *canonem habent* $T_1$ (*sed sine numero*) Pi R *a m* **Sp**: *om* etc
XI I — del. 𝕾
XII — leg. *canonem habent* $T_1$ (*sed sine numero*) Pi R *a m* **Sp**: *om* etc
XII I — leg. paenitentia R *a m* **Sp**
XII 2 — post ':' leg. 'uitae [uiti R] positi excesserunt $T_1$ R'

Pp $430^a$, $431^a$, XII 3. leg. **communione** $T_1^2$ Sp-ed: communionem $T_1$* Pi R *a m* etc

P $431^a$, XII — pro '5 . . . 𝕾' leg. '5 penitentia R  5, 6 recipiantur R'
XIII — inter 3 et 5 add. '4 propria Λ  relinquente R'
XIII 7 — leg. aliquod *pal** ilico R  communionis *pal*  7, 8. inuicio R  8. episcopo *om* R
XIII 8 — leg. **suo**: +non Pi R *a m*

P $432^a$, XVI I — post 'Fotiniacus C Pi L' add. 'R'; deinde ante 'Photinianos' add. 'Fontinianos Λ'
XVI I — post 'Paulianistos *pal*' add. 'Paulianustas Λ'
XVI 2 — leg. **patrum**: petrum *pal*; *om* R *a m*
XVII 2 — leg. quo si quod et *a m* quod si quod si R
XVII 4 — inter '*om* T Pi' et '*tr* nostram' add. 'fide Λ'

P $433^a$, XVIII 4 — leg. **partibus**: +praecipue Gallicanorum [Galliganorum *a m*] R *a m*
XVIII 5 — inter 'legebus C' et 'consilium T' add. 'celebra Λ'

P $434^a$, XXI I — del. 𝕾
XXI 2 — leg. suscepta Pi R *a m*
XXII I — leg. Paenitentia R *a m*
XXIII 5 — leg. sacrilegum sese [secse Λ] Λ *anic*
XXIII 6 — post 're T*' add. '**si**: se R'

P $435^a$, XXIIII 3 — leg. **eos** **F** C K T Pi R *a m*: *om* **L** Λ *anic* Sp-ed
XXIIII 6 — ante 'paenituerit' add. 'digna *om* R'
XXV 6 — leg. **quos etiam**: quod etiam Λ quo sequi K

# ECCLESIAE OCCIDENTALIS
# MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

LONDINI ET NOVI EBORACI

APVD HVMPHREDVM MILFORD, A.M.

IN MAGNA BRITANNIA EXCVDEBAT
IOANNES JOHNSON, A.M., ARCHITYPOGRAPHVS ACADEMICVS

# ECCLESIAE OCCIDENTALIS MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

*CANONVM ET CONCILIORVM GRAECORVM INTERPRETATIONES LATINAE*

POST CHRISTOPHORVM IVSTEL
PASCHASIVM QVESNEL
PETRVM ET HIERONYMVM BALLERINI
IOANNEM DOMINICVM MANSI
FRANCISCVM ANTONIVM GONZALEZ
FRIDERICVM MAASSEN

EDIDIT

CVTHBERTVS HAMILTON TURNER, A.M.
VTRIVSQVE COLLEGII B. MARIAE VIRGINIS WINTONIAE OLIM SCHOLARIS
EXEGESEOS SACRAE SCRIPTVRAE APVD OXONIENSES PRAELECTOR
ET COLLEGII B. MARIAE MAGDALENAE SOCIVS
IN VNIVERSITATE ABERDONENSI LL.D.
IN VNIVERSITATE DVNELMENSI D.LITT.
ACADEMIAE BAVARICAE SOCIVS
HONORIS CAVSA

TOMVS I
FASCICVLVS II PARS III

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
M DCCCC XXX

O · VOS · QVI · LEGITIS

MEMENTOTE · IN · DOMINO

CATHARINAE · LVISAE · TURNER

ITINERVM

HVIVSCE · OPERIS · CAVSA · SVSCEPTORVM

PER · VIGINTI · DVO · ANNOS

A·D · MDCCCLXL—A·D · MCMXI

COMITIS

QVAE · INTER · BELLI · TEMPESTATVM · INITIA

AD · PORTVM · VOLVNTATIS · SVAE

DEDVCTA · EST

DIE · DOMINICA · XXV · VERO · OCTOBRIS

A·D · M·CM·XIIII

ANNOS · HABENS · LXXXV · M · IIII · D · XIIII

ET · ASCENDIT · AD · ILLOS · IN · NAVEM

ET · CESSAVIT · VENTVS

ET · FACTA · EST · TRANQVILLITAS · MAGNA

# CANONES ET CONCILIA GRAECA
# AB ANTIQVIS INTERPRETIBVS LATINE REDDITA

## TOMI PRIORIS FASCICVLVS ALTER
## PARS TERTIA

## CONCILIVM NICAENVM
## SVPPLEMENTVM NICAENO-ROMANVM

SCILICET

### CONCILIVM SERDICENSE

CANONES EPITOMAE EPISCOPORVM NOMINA

ET

### GESTA DE NOMINE APIARII

I EPISTVLA BONIFATII AD VICARIOS

II CONCILII CARTHAGINENSIS ACTIÓ PRIMA

III EPISTVLA CONCILII AD BONIFATIVM

IV RESCRIPTA CYRILLI ET ATTICI AD CONCILIVM

V EPISTVLA CONCILII ALTERIVS AD CAELESTINVM

**Elenchus rerum quae in hac parte continentur**

# PRAEFATIO

### De codicibus siue nouis siue noua

### 1. De familia F et de codice *ff*

In iis quae primae huius fasciculi parti anno 1913 praefatus sum, nuntiaui codicem *ff* per longos annos quaesitum aliquando tandem auxilio amici mei doctissimi Hippolyti Delehaye S. I. esse repertum, et paruo postea interuallo Willelmum Leuison Bonnensem litteris ad me datis suum de codicis praestantia iudicium rettulisse. codex per Gerardum Meerman a Parisiis Hagam Comitis anno 1764 translatus adhuc ibi in Museo Meermanno-Westreeniano, numero 9 insignitus, conseruatur: ipse iam bis, sed nonnisi per paucas horas, uidi, anno 1923 mense aprili, anno 1929 mense septembri. illo tempore concilia Laodicenum et Constantinopolitanum contuli: nec mora, codicem recognoui non modo maioris esse pretii codicibus F *f*, sed nihil aliud esse quam eorum fontem. diu compertum erat nec F ab *f* pendere, nec *f* ab F: ambos ex *ff* pendere iam subito apparuit. quippe in titulo concilii Constantinopolitani (uide tom II pp. 406 col. *b*, 432) scripserat *ff** 'quando ordinatus est beatus nectarius episcopus', miro errore superposuit *ff*² (altera sed coaeua manu) 'nestorius episcopus'. utramque lectionem, ne pereat aliquid ueri, descripserunt et F et *f*, sed diuerso ordine, F 'nestorius episcopus nectarius episcopus', *f* 'nectarius episcopus nestorius episcopus'. unde patet utrumque codicem posteriorem esse codice *ff** et eius correctore *ff*².

satis mirum quod mihi codicem primo aspicienti euenerat: nec minus notabilia supererant. anno enim 1929 cum codicem secundo in manus habebam, e duabus partibus constare deprehendi, quarum primaria (folia 1–30, 54–173) inter se cohaeret, cum ex nouemdecim quaternionibus A–T constet, altera (foll 31–53), alio atramento, alia manu, densiore per singulas paginas materia, confecta, exteram et aduenticiam patefacit originem. neque obscurum cum quali codicum stirpe cognata sint haec folia aliena: in omnibus enim dehinc cum sylloge nostra S concordant, uide quae adnotaui supra p 235 col *b*. in Galliam autem non ante saeculum octauum penetrabat familia S (origine Italica); quo saeculo descripti sunt codices X et Y.

quae tamen propria et primaria erant codicis *ff*, fere omnia Gallica sunt, siue synodi in ipsa Gallia habitae, siue synodi graecae in ea textus forma qua apud syllogen Gallicam Q, Arelate circa A.D. 500 redactam, diffusae sunt.

propositum habeo, currente hoc anno, in ephemeride *The Journal of Theological Studies* fusius de familia F disputare, sicut anno praeterito de codicibus C, J, I iam disputaui (*J. T. S.* xxx 225–236, 337–346, xxxi 9–20: mensibus Apr. Iul. Oct. A.D. 1929).

2. De familia **M**: et de codice ς

Primus Fridericus Maassen, uir clarissimus et de re canonica egregie meritus, in libro *Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande* (Gratz, 1870) notitiam dedit de familia codicum quam eius nomine designatam appellaui Maassenianam (**M**). codices *F* (Monac. lat. 6243), W (Wirceburg. Mp. th. f. 146), D (Monac. lat. 5508) plene et accurate depinxit, pp 476–486, 551–555, 624–636: codicem R (pp 638–640) summatim tantum attigit, non enim uiderat, recte tamen coniecit eundem esse cod. Phillipp. 1743 [nunc Berolin. lat. 84] ac Remensem Iacobi Sirmond. codicem *Υ* (Vindob. 2141), quamuis iure inter Quesnelianos adnumeraret p 487, ignorabat inde a medio canone i Antiocheno (uide operis nostri tom II p 234, col *b*) usque ad finem epistulae ad Bonifatium datae (infra p 608) ad familiam **M** transire, immo optimum ibi prae ceteris gemellis exstare; uide quae disputaui infra pp 623, 624, et confer p 104 col *a* supra.

Superest de codice ς (Stuttgart Hofbibliothek vi Iur. et Polit. 113), et ipso ad familiam **M** pertinente, aliqua dicere. eum neque Fridericus Maassen cognouit, neque ego cum praecedentes operis huius partes edebam: quamuis enim iam anno 1889 uir in studiis nostris inlustris Iohannes Fridericus von Schulte apud acta Academiae Vindobonensis (*Sitzungsberichte der k. Akademie der Wissenschaften, philosophisch-historische Klasse*, Band CXVII Abhandlung xi) de codice late et fuse disseruisset, adhuc elapsa erant non minus quinque lustra cum ipse tandem in tractatum Schultianum nescio quo casu incidi. saeuiebat tunc temporis bellum: pace tandem restituta, et poposci et impetraui ut codex in bibliothecam Bodleianam per aliquot menses ad meos usus transferretur.

Codex, saeculo scriptus octauo, monasterii Weingartensis medio aeuo peculium, archetypum indicat uergente sexto saeculo in loco certo ac definito instructum. fol. enim 92 *a* haec quae sequuntur ipse librarius, quamuis in rasura, exscripsit: 'a principio usque ad passionem domini sunt anni ·v· mil̄·CC·XXVIIII. passo Christo usque in praesente anni sunt ·DLVII [*uel* ·DLIIII] et a praesente pascha iuxta prophete eloquium, secundum quod humana*e* fragilitati datur capere intellectum, restant de praesenti saeculo anni ·CC·XXVII· et in hoc supra memorato anno fuit bissextus, residentibus in Italia Langobardis ·ann · XII· eo quod secunda indictione in ea ingressi sint mense maio. acta sunt suprascripta omnia in ciuitate Tredentina in loco Anagnis, praesedente Agnello episcopo anno ·III· expleto. Ego Secundus seruus Christi scripsi haec, conuersionis sacre religionis mee anno ·XV mo·, imperii Tiberii anno primo mense iunio · indic*tione* · XIII.' quae omnia, subductis librariorum mendis, in annum post Christum natum 580 coalescere uidentur: istum annum istum locum siue ipse codicis ς archetypus siue adnotatiuncula quaedam archetypo subiecta prae se ferebat.

sylloges nostrae **M** codices omnes, si unum exceperis Remensem (R), ad Germaniam et praecipue ad Baioariam pertinent: ipsa tamen sylloge originem sine dubio Roma deducit, uide p. 623 infra. ei propria est series canonum conciliorum Nicaeni, Ancyritani, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni, Constantinopolitani, quibus subiuncta est materies Serdicensis et Carthaginensis.

omnium optimus meo quidem iudicio est codex *Υ*: uerumtamen truncus est utrimque, et ad initium (nonnisi enim in canone Antiocheno i accedit ad syllogen **M**) et ad finem (post epistulam enim ad Bonifatium, siue casu siue consilio, deficit), uide p. 623. proximus accedit codex *F*, omnium excepto *Υ* praestantissimus, omnium integerrimus, immo uasta congerie refertus epistularum decretalium, inde a Damaso usque ad Gelasium, ab archiuis ecclesiae Romanae tractarum. codici ϛ absunt concilia Constantinopolitanum et Carthaginense, adsunt Chalcedonense secundum Dionysii interpretationem, necnon nonnulla instrumenta Romana. hi codices Romanam sapiunt originem: mixtam Romanam et Gallicam codex R, quippe ipse Gallicus. minoris pretii sunt codices W et D: habet auctores codex D certe codicem *F*, forsitan et codicem R: solus inter nostros Dionysio Exiguo aliqua ex parte obligatur codex W.

plura tamen et maioris momenti sunt quae hos sex codices in unum inter se constringunt. omnibus medulla unica, scilicet canonum conciliorum graecorum interpretatio, inde a Nicaea usque ad Constantinopolim: omnibus idem stirps et semen, scilicet ea quae inter ecclesias Romanam et Africanam in causa Apiarii sub Zosimo Bonifatio Caelestino episcopis acta sunt: omnibus unum domicilium, Romae enim ante annum 430, ut puto, instructa est sylloges forma; a Roma in septentrionales Italiae partes diffusa sexto saeculo ad Tridentum peruenit, ita ut procedente tempore acciperent Germani, discrepantibus sane hinc et inde codicibus, unum quodammodo corpus iuris canonici Romanum.

### 3. De codice *bb*

Fridericus Maassen, cum codices hodie deperditos sylloges Paschasii Quesnel enumeraret (pp 493, 494), inter eos censendum iudicauit codicem quendam monasterii S. Bauonis Gandauensem, cuius mentionem pluries fecit Petrus Crabbe in Conciliorum editione Coloniensi (ed. 1, 1538; ed. 2, 1551): ‘nach den Stücken zu urtheilen, die Crabbe für seine Conciliensammlung aus einer Handschrift von Saint-Bavon in Flandern entlehnt hat, war diese ebenfalls ein Exemplar unsrer Sammlung.’ sed non ita res se habet: codex hoc titulo a Petro Crabbe memoratus nihil aliud est ac codex Bruxellensis, ab ipso Fr. Maassen adhibitus pp 636-638 ‘Sammlung der burgundischen Handschrift’, saeculo scriptus octauo, olim in bibliotheca regia numeris 8780–8793 insignitus, nunc autem 2493; nobis *bb*.

neque opus est argumentum in longum producere, unum enim satis est ponere exemplum. ad finem concilii Carthaginensis quarti (quod rectius nominatur *Statuta ecclesiae antiqua*) haec animaduertit Petrus Crabbe (ed. 2, p 441 col *b*) ‘Capitulum quod subiungitur, scriptum erat in quodam uetusto codice sancti Bauonis, cui praescriptus fuerat talis titulus: STATVTA ECCLESIAE ANTIQVA, in quo quidem codice etiam praescripta capitula Carthaginensis concilii quarti habebantur “Falsus accusator depraehensus, absque ecclesia fiat, donec poenitendo emendetur”.’ si autem *Statutorum ecclesiae antiquorum* codices inspexeris, apud solum *bb* tale inuenitur dictum: ‘lii Falsus accusator dep̄hensus absque ecclesia fiat donec penitendo emendetur.’ ad amussim concordant liber impressus et liber scriptus: quid plura? alterum ab altero pendere luce clarius est. codex S. Bauonis Crabbeanus idem est ac codex noster *bb*.

**De catalogo episcoporum qui concilio Serdicensi adfuerunt**

In hoc catalogo constituendo (pp 545–560) minus prudenter feci quod codicis Θ testimonium penitus neglexerim: multa enim et grauia sunt quae codex iste partim ut nunc exstat, partim ut primum scriptus est, ad rem nostram confert. eheu quae codicis scriba descripserat foll 94 *b*–99 *a*, posteriore saeculo, fortasse decimo, ut locus nouae suppeditaretur materiae sedulo sunt erasa, neque priscae scripturae uestigium ullum remanet: perierunt ut suspicor episcoporum fortasse non minus centum subscriptiones, uide quae adnotaui apud ephemeridem *The Journal of Theological Studies* (mense Octobri A.D. 1922) tom xxiv p. 74 n. 1. supersunt tamen duae epistulae ad ecclesias Mareoticas datae, altera concilii Serdicensis, fol 102 *a*, cui subscripserunt uiginti septem episcopi, altera ipsius Athanasii, fol 103 *a*, cui subscripserunt episcopi sexaginta. neque idem episcopi et hanc et illam firmauerunt, sed alii hanc illam alii, ita ut non nisi unus, Paregorius Scupensis, apud ambos catalogos inueniatur. in summa apud S. Hilarium et codices J S, pp 546–559, nomina sunt quinquaginta nouem: apud codicem Θ octoginta quinque.

Quas epistulas, iam typis impressas, inuenies, cum aliquando in lucem prodierint, in sequenti huius fasciculi parte cui titulus 'Supplementum Nicaeno-Alexandrinum, siue conciliorum Nicaeni et Serdicensis sylloge a Theodosio diacono adseruata', pp 658, 660–662. ea tantum hic in praesenti commemoraui (uide p xvi) quae paginis nostris pp 545–560 elimandis nonnihil conferant.

**De profectu operis nostri**

1. Quae annis praeteritis diuulgaui, haec sunt. anno 1899 tomi I fasciculi I pars i, scilicet Canones Apostolorum interprete Dionysio Exiguo pp 1–32, episcoporum Nicaenorum nomina pp 33–96. anno 1903 eiusdem fasciculi pars ii, scilicet appendices ad episcoporum nomina pp 97–102, canonum Nicaenorum (cum praefationibus, capitulis, symbolo) interpretationes undecim pp 103–280. anno 1907 tomi II pars i, scilicet concilia Ancyritanum et Neocaesariense secundum sex interpretationes, pp 1–144. anno 1913 tomi I fasciculi II pars i, 'Appendices ad Symbolum pertinentes', scilicet Tomus Damasi pp 281–296, Symboli interpretationes, ex aliis praeter canonum syllogas fontibus petitae, uiginti septem pp 297–328, Commentarii in Symbolum antiqui duo pp 329–368: una cum Canonum Apostolorum interpretatione non antea edita, secundum codicem Veronensem li (49), pp 32 *a*–32 *nn*. eodem anno tomi II pars ii, scilicet concilia Gangrense secundum sex interpretationes pp 145–214, et Antiochenum secundum quinque interpretationes pp 215–320.

2. Quae in hac Tomi I fasciculi II parte iii hoc tempore eduntur, titulo 'Supplementum Nicaeno-Romanum' instructa, siue ad concilium Serdicense pertinent, pp 441–560 (uide elenchum supra p viii), seu ad lites inter ecclesias Romanam et Carthaginensem motas de canonibus Serdicensibus (uel ut uindicabant Romani Nicaenis), pp 561–624. haec 'Gesta de nomine Apiarii' non aliunde nobis nota sunt quam e tribus syllogis Italicis, (i) e sylloge codicum Maassenianorum M, et praesertim e codicibus *Υ F*; (ii) e sylloge Prisca, cuius optimi sunt

testes codices I J; (iii) e sylloge Dionysii Exigui: uide quae disputaui infra pp 623 624. canonum textus Serdicensium, ut Friderico Maassen placuit, quadrifariam nobis est traditus (*Geschichte der Quellen* etc. pp 51 52); ego autem pro certo habeo ad unicum et singularem fontem esse referendum, quem melius repraesentant codices qui canones Serdicenses tamquam Nicaenos una serie conexos adducunt (inter quos agmen ducit codex I) quam qui separatim disponunt. quippe a medio quarto saeculo, ut uidetur, ecclesia Romana concilium Serdicense quasi appendicem et complementum concilii Nicaeni—utrique enim concilio praefuit Hosius, adfuit Athanasius—aestimabat: quinto tamen non longe progresso saeculo, cum a Graecis ipsi Romani rei canonicae ueritatem (sicut in sylloga **M** praesto habemus) plenius et accuratius accepissent, concilium Serdicense sui iuris esse apud omnes constitit.

3. Quae adhuc remanent edenda, sunt fere haec. Tomi I fasciculi II pars ii 'Supplementum Nicaeno-Gallicum', scilicet Concilium Arelatense I pp 371–416, Concilium Valentinum pp 417–425, Concilii Arelatensis II quod uocatur canones i–xxv pp 426–435, concilii Nicaeni canones sparsim a Gallis laudati pp 436–440. quod praepostero ordine prius iam prodeunt pp 441–624, doleo quidem, sed haec expedita erant, illis nonnulla restabant adhuc polienda. eiusdem Tomi eiusdem fasciculi pars iv 'Supplementum Nicaeno-Alexandrinum', scilicet Theodosii diaconi sylloge in codice Veronensi lviii (60) conseruata: cuius sylloges cuncta iam typis impressa sunt, multa paginis instructa (pp 625–662). in parte eiusdem fasciculi quinta et ultima in animo est complecti (i) quae e canonibus Nicaenis laudant pontifices Romani usque ad S. Leonem, (ii) *Liber ecclesiasticorum dogmatum* concilio Nicaeno apud codices nonnullos adscriptus, (iii) alia si quae superuenient minora. Tomi II pars iii, scilicet Concilia Laodicenum pp 321–400, et Constantinopolitanum pp 401–472 uel 480: quam post modicum interuallum (fere enim in promptu sunt omnia), modo uita cum uiribus suffecerit, confido fore ut emittam. Tomi II pars iv, scilicet Concilii Ephesini canones, et concilii Chalcedonensis quicquid apud codices nostros locum habet, exempli gratia canones et episcoporum nomina. in iis tamen opus nostrum minus est necessarium, aemulum enim laeto animo agnosco et saluto, uirum disertissimum et erga me ualde beneuolum, Edwardum Schwartz Monacensem, cuius nescio utrum magis miranda sit industria an sagacitas, uirtus an scientia. qui, actis concilii Ephesini siue graecis siue latinis nuper uberrime editis, acta concilii Chalcedonensis edenda iam septuagenarius iuuenili ardore adgreditur. illi annos multos, mentis et corporis firmitatem, exitum negotii uictorem, opto et desidero.

Ex quo opus grauissimum institui, anni sunt quadraginta; ex quo proximam edidi partem, anni septemdecim. ne celerius res proueheretur, impedierunt tam publica quam mea priuata. post diutina belli spatia anno post Christum natum 1920 munus praelectoris in sacra Scriptura enucleanda mihi commissum est, ita ut noua me officia, aliae quam quibus adsuetus eram occupationes, obligarent: unde ad *Ecclesiae Occidentalis Monumenta* proferenda non deerat uoluntas, sed tempus et otium. atque ingrauescente aetate, quamquam non defecit, ut spero,

ingenii acies, fieri potest ut defecerit rerum minutarum cura et patientia, cuius olim in hoc opere copia fuit paene infinita : id certe nonnumquam mihi uolui adsciscere Ludouici Duchesne (*Liber Pontificalis* praef. p. 3) ; ‘ Les documents du texte ainsi établi sont produits au bas des pages, dans l'énorme appareil de variantes que j'ai cru devoir publier. On trouvera qu' il y en a trop, et l'on sera de mon avis.’ e contrario, cum in hac parte non interpretationes conciliorum graecorum latinas sed ipsa concilia latina contigit tractare, quaestionibus hic illic de sermone, de rebus gestis, de textus historia, agitatis, fido ad accuratiorem talium scientiam nonnihil me contulisse.

Sed alia sunt et nimis dolenda eheu ! quae senescenti inferunt labentes anni. magnopere imminuta est eorum manus sub quorum auspiciis societate auxilio opus cepit incrementum. plures commemorare uoluerim ; tacere non possum inter nostrates Willelmum Sanday, fautorem et patronum meum, inter exteros Ludouicum Duchesne, quem modo laudaui. inter necessarios decesserunt, breui post proximam partem editam tempore mater carissima quam semper habueram itinerum comitem, recentius amicorum amicissimus Aluredus Hamilton Cruickshank, apud Dunelmenses professor et canonicus, latinitatis meae per triginta annos censor non minus impiger quam benignus.

At gratulationis quantae sunt rationes! felicem sane me profiteor quod ad hanc operis mei partem bene consummandam suppeditarit Deus uires: felicem quod opes mihi ministret prelum Vniuersitatis nostrae Clarendonianum, cui ad textum et apparatum meum pulchre ac subtiliter instruendum nullum in terris, ut puto, potuit excellere: felicem quod roganti tot amici, tot eruditi, tot bibliothecarii (inter bibliothecarios, eruditos, amicos, eminet Iohannes Mercati, bibliothecae Apostolicae Vaticanae praefectus) subuenerint: felicem denique quod Aluredi Cruickshank desiderati uicem susceperit Iohannes Grosvenor Beevor, et ipse collegiorum B. Mariae Wintoniensis nuper scholaris, cui etiam et Edwardo Stevens ob codicem Θ Veronensem mea causa denuo inspectum gratias ago habeo quam maximas. quorum omnium spei utinam non plane impar sit euentus.

*In die S. Ambrosii episcopi Mediolanensis,*
*pridie Nonas Apriles, Anno Salutis* MCMXXX

# ADDENDA EMENDANDA CORRIGENDA

1. *ad Tomi* I *fasciculi* 1 *partem* i (*pp* 1–96)

*pp* 15–31 Canones Apostolorum *nonnullos secundum alteram Dionysii interpretationem laudat Zacharias papa in litteris anno* 747 *ad Pippinum datis* (M. G. H. Epistolae Merowingici et Karolini Aeui i 479 *sqq.*, *edente W. Gundlach e cod. Vindobensi* 449 *saec.* ix): *cann* xv (4. **demigrans**: declinans Za 10. **uerumtamen**: tamen Za); xvi (1. **memoratos**: memoratus Za *cum* B *j*p* **v** [H]); xxvii; xxviiii; xxxiiii (2. **aut** 2°: seu Za 10. **per subreptionem**: subreptione Za *cum* Θ *w* γ); xxxv; xlviii

*p* 32 *c col b ll* 24, 25 *debuerunt haec uerba crassis characteribus imprimi*

*p* 32 *z in notulis ad l* 24 *pro* 𝔓 *lege* 𝔉

*p* 32 *gg ad l* 19. sicut in antecedentibus diximus: *sc. in* Const. Ap. ii 57. 7

*p* 33 *ad calc pag. Cum prima operis mei pars anno* 1899 *in lucem prodiit, nondum in manus uenerant codices* Λ *et* (*apographon codicis* T) A, *quorum utrumque cum familia j p* **H Cr** *contra* Θ M B **v** *consentire inueni*: xxxiii 4 sequestrauerat Λ sequestrauerit A, xlv 1 et diaconus Λ (*sed* aut diaconus A), xlviiii 6 abiciatur A (*deficit* Λ), l 4 in Domini morte Λ A. *unde sententiam tunc temporis prolatam reuocandam censeo et anteponendas familiae* Λ A *j p* **H Cr** *lectiones, tamquam ab ipso Dionysio in alteram editionem illatas*

*pp* 35–96 *Sententiam nimis seueram de catalogo episcoporum Nicaenorum protulit u. c. Ludouicus le Nain de Tillemont* Mémoires vi 636 (Concile de Nicée, article ii), 806 (Notes sur le Concile de Nicée, note iii Du peu d'autorité de toutes les souscriptions de ce Concile), *quippe cui praesto non essent nisi materia imperfecta, libri mendosi. nobis tamen qui nomina multifariam tradita, plerumque inter se congruentia, tot linguis legimus, luce clarius est fidem catalogo omnimodis non recusandam, quamuis de singulis dubitari possit. cui meae sententiae suffragatur u. c. W. M. Ramsay, quo nemo inter aequales nostros acrius, peritius, fecundius de situ, de fortunis, de rebus gestis oppidorum sub imperio Romano Asiaticorum disseruit. hoc tamen retractare uelim, quod plus quam par erat auctoritatis codicibus classium secundae et tertiae* (*Italicae sine dubio, errore enim Friderici Maassen de hac re sententiam improbaui, uide ultimam paginae* 95 *lineam*) *concessi, minus quartae et quintae. quippe nomen* 53 *recte scribunt coll* IIII V Theodotus, *non* Theodorus: *nomen* 2a *recte* Biton (Auitus, Bicon) *non* Victor, *col* IIII *codd* **Q** Θ *cum col* V: *nomen* 94 *om col* V, *recte*: *uide notulas quae sequuntur, ad pp* 36, 37 *et* 56, 57

*pp* 36, 37 *nomen* 2: *coll* I II III IIII (*codd* IΣ) Victor; *coll* IIII *cod* Θ Auitus (*uide p* 110 *col a ad calcem paginae*), *cod* Υ Biton, V Bicon, *cod t p* 99 Bito: *scribendum sine dubio* Vito: *confer Socratem* H. E. i 13 *ad fin* Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης Ἱσπανίας, Οὕτως πιστεύω ὡς προγέγραπται· Ῥώμης Βίτων καὶ Βικεντῖνος πρεσβύτεροι. *ad eundem presbyterum Romanum spectat, ut uidetur, id quod refert Athanasius* Apol. c. Arrianos 20 *de synodo Romae habita anno* 341 *mense Novembri*: συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν, ἡμᾶς μὲν ἀπολογουμένους ἀπεδέξαντο . . .

*pp* 56, 57. *Iniuria nomina* 86 Narcissus neroniades *et* 94 Narcissus de irenopoli *duos esse episcopos ratus separatim numeraui. re uera enim* neronias *et* irenopolis *eadem est ciuitas, cuius episcopus* Narcissus, *inter Arrianorum primarios habitus, siue* neroniadi *siue* irenopoli *adscribitur*: *cf. Theodoretum* H. E. i 7 ὁ Νερωνιάδος Νάρκισσος, Κιλικίας δὲ τῆς δευτέρας ἡ Νερωνιάς ἐστι πόλις, ἣν νῦν Εἰρηνούπολιν ὀνομάζομεν, *necnon Athanasium* Apol. c. Arrianos 36 Νάρκισσον ἀπὸ Νερωνιάδος, Apol. de fuga 1 N. τὸν ἀπὸ τῆς πόλεως Νέρωνος, *Hilarium* Ex opere historico fragm. ii § 7 Narcissus a Neroniade Ciliciae, § 14 Narcissus ab irenopoli [ieropoli *cod*]. *testimonium secutus eram ualde maioris codicum partis; debui tamen rationem potius habere col* V *familiae* (K *c*, *cf cod* μ, *p* 97) Narcissus *semel tantum nominantis. magni igitur aestimanda est haec familia, et ea auctore numerus antistitum Nicaenorum, quorum nomina memoriae sunt tradita, e* 218 *in* 217 *recidit; quamuis et apud ceteros latinos et in syrorum et coptarum catalogis nomen bis recenseatur*

2. *ad Tomi* I *fasciculi* II *partem* i (*pp* 281–368)

*p* 354 *l* 34 *pro* Pannart *lege* Pannartz
*p* 368 *col b l* 4 *pro* mortalis 1° *lege* mortali

3. *ad Tomi* I *fasciculi* II *partem* iii (*pp* 441–624)

*p* 443 *col b codd Gr.* *post numerum* ιϛ *dele quae sequuntur, et scribe* ιϛ [= XIII], ιζ [= XIII *l* 9], ιη [= XIII *l* 13], ιθ [= XIIII], κ [= XIIII *l* 10], κα [= VII]
*col e* Epit. Fulg. Ferr. *uide pp* 535–537
*col f* Epit. Hisp. *uide pp* 535, 538–539. *numerum* 26 *in lineam sequentem detrude, ita ut legatur* [*can* VI *l* 12] Θ 9 12 26

*p* 444 *col b* *post cod* ϝ *debui subiungere cod* ϛ *fol* 72 *a, et inde a p* 452 *usque ad p* 486 *lectiones eius in apparatum meum referre: sed eheu! absolutae iam erant illae paginae ante quam in manus meas uenit codex Stuttgartianus*

*p* 464 *col a apud notulas inferiores, ad l* 26. *dele* Λ, *deficit enim: uide p* 445 *col a, l* 53

*p* 485 *l* 15 Olympio. *De Olympio confer S. Athanasium* Apol. de fuga 3 Θεόδουλον καὶ Ὀλύμπιον ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἐπισκόπους . . . οὕτως ἐποίησαν ζητηθῆναι ὥστε εἰ εὑρεθείημεν κεφαλῆς ὑποστῆναι τιμωρίαν, Hist. Arrianorum 19 Ὀλύμπιον δὲ τὸν ἀπὸ Αἴνων, Θεόδουλον τὸν ἀπὸ τῆς Τραϊανουπόλεως, ἀμφοτέρους ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἐπισκόπους, ἀγαθοὺς καὶ ὀρθοδόξους ἄνδρας, ἐπειδὴ ἑωράκασι μισοῦντας τὴν αἵρεσιν διέβαλον κτλ. [*Cf p* 662 *nomen* 50, ‘Olympius de Eno Rodope’ *cod* Θ]

*p* 488 *l* 40 ecclesiasticus. *adde S. Iren.* Haer. III xv 2 ‘hi qui a Valentino sunt . . . propter eos qui sunt ab ecclesia quos communes et ecclesiasticos ipsi dicunt’: *Const. Apost.* ii 58. 1 ἀνακρίνων εἰ πιστοί, εἰ ἐκκλησιαστικοί, εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεώς εἰσι μεμολυσμένοι

*p* 533 *l* 48 *ad calcem paginae* *pro* ϝ ϝ lege ϝ $ϝ_2$

*pp* 546 547 *ad calcem paginae* *Iniuria* nomina hereticorum *hoc loco collocaui, pertinent enim ad epistulam synodi Iulio papae datam: uide Hilarium* ex opere historico fragm. ii § 13 ‘eorum autem nomina qui pro facinoribus deiecti sunt subicere curauimus, ut sciret eximia Grauitas tua qui essent communione priuati’

*p* 550 *nomen* 18 *confer cod* Θ, *p* 660 *nomen* 26, ‘Hypeneus de Hypato Thessaliae’
*nomen* 21 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 31, ‘Eugrenius de Heclea Lychynis’
*nomen* 22 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 29, ‘Iulianus de Thebis eptapolis’

*p* 552 *nomen* 23 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 32, ‘Zosimus Lychnis’
*nomen* 25 *confer S. Ath.* hist. Arrianorum 5 Διόδωρος ὁ ἐν Ἀσίᾳ
*nomen* 30 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 35, ‘Thrypho de Magara’, *unde legendum hic ut uidetur* ‘ab Achaia Magara’. *quod si ita est, in nomine* 34 *p* 555 ‘Alypius ab Acaia de Magari’ *latet aliquod uitium*

*p* 556 *nomen* 46 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 38, ‘Ireneus Syconeus’
*nomen* 47 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 40, ‘Martyrius Naupactis’

*p* 558 *nomen* 57 *confer cod* Θ, *p* 661 *nomen* 45, ‘Alexander Gyparensis Achaiae’, *unde legendum hic* ‘Alexander ab Achaia de Cyparissia’

*p* 560 *ll* 7 *sqq*, 13 *Cum codex* Θ *alios episcopos Achaiae prouinciae uindicet, scilicet* 30 46 *et* 47, *seueriorem quam par erat uideor mihi de episcopis Achaicis tulisse sententiam*
*ll* 25 *sqq* *Vide supra ad p* 485 *l* 15, *ubi codicem* Θ *testem laudaui* Olympium *concilio Serdicensi adfuisse et S. Athanasii epistulae subscripsisse*

*pp* 562, 563 *Codicem* Θ *inde a p* 596 *usque ad p* 620 (*scilicet ad* III, IV, V) *contuli: ad* II *tamen* (*pp* 566–590), *siue consulto siue per incuriam, conferre neglexi. sed admonendi sunt lectores haec omnia non ad propriam codicis* Θ *syllogen pertinere, sed e Dionysio esse adducta*

# SVPPLEMENTVM NICAENO-ROMANVM

# CONCILIVM SERDICENSE

## CANONES



*Omnino non fictos esse sed sinceros synodi Serdicensis canones docet praeter cetera documenta canon quintus concilii Carthaginensis anno* 348 *habiti* (Collectio canonum ecclesiae Hispanae *edente F. A. Gonzalez* col. 117, *Labbe-Coleti* Concilia II 749 757, *Mansi* III 147 155):

'PRIVATVS EPISCOPVS VEGESELITANVS DIXIT: Suggero Sanctitati uestrae ut statuatis, non debere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui neque apud se detinere, sed neque laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia eius episcopi de cuius plebe est.

GRATVS EPISCOPVS DIXIT: Haec obseruata res pacem custodit. nam et memini sanctissimi concilii Sardicensis similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem sibi usurpet; sed si forte erit necessarium ordinationi ut de uicino homo sit necessarius, petat a collega suo et concessum [*uel* consensum] habeat.'

*respicit Gratus canonem nostri textus* xii, *pp* 482–484 *infra.*

3 L

# CANONES SERDICENSES

## NVMERI ET ORDINIS SECVNDVM DIVERSOS CODICES VEL SYLLOGAS TEXTVS AVTHENTICI CONSPECTVS

| | Q | I | $F_2$ | [V] | *bb* | *F* $s_2$W | K | R *et epit-* M *p* 542 | J | S | *Dion* I | *Dion*-II *et* v | Sp | F | T *cum* V Sp | T *cum Dion*-I | T *cum Dion*-II | T *cum* L |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I . . . . . | 28 | 29 | 11 | [15] | 20 | 21 | 1 | 1 | | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | | | |
| II . . . . | | | 12 | | 21 | 22 | 2 | 2 | | 2 | 2 | 2 | | 2 | | | | |
| III . . . . | | 30 | 13 | [16] | 22 | 23 | 3 | 3 | | 3 | 3 | 3 | 2 | 3 | | 3 | | |
| *l* 8 . . . | 29 | | 14 | | | | | | | | | | 3 | | | | | |
| *l* 14 . . . | 30 | | | | | | | | | | | | 4 | 4 | | | | |
| *l* 31 . . . | 31 | 31 | 15 | [17] | 23 | 24 | 4 | 4 | | *om* | | 4 | 5 | 5 | | 4 | | |
| IIII . . . . | 32 | 32 | 16 | [18] | [24] | 25 | 5 | 5 | | 4 | 4 | 5 | 6 | 6 | | 1 | | |
| *l* 18 . . . | 33 | 33 | | | | | | | | 5 | 5 | 6 | | 7 | | | | |
| III *b* . . . | 34 | 34 | 17 | [19] | 25 | 26 | 6 | 6 | | 6 | 6 | 7 | 7 | 8 | | 2 | | |
| V . . . . | 35 | 35 | 18 | [20] | 26 | 27 | 7 | 7 | | 7 | 7 | 8 | 8 | 9 | | | 1 | |
| VI . . . . | 36 | 36 | 19 | [21] | 27 | 28 | 8 | 8 | | 8 | 8 | 9 | 9 | 10 | 3 | | | |
| *l* 32 . . . | 37 | 37 | | | | | | | | 9 SP } | | 10 | | 11 | | | | |
| *l* 43 . . . | | | *om* | [22] | 28 | 29 | 9 | 9 | | 9 XY } | 9 | | 10 | 12 | *om* | | | |
| VII . . . . | 38 | 38 | 20 | [23] | 29 | 30 | 10 | 10 | | 10 | 10 | 11 | 11 | 13 | | | | |
| *l* 18 . . . | | | 21 | | | | | | | | | | | | | | | |
| *l* 38 . . . | | | 22 | [24] | [30] | 31 | 11 | 11 | | 11 | 11 | 12 | 12 | 14 | 4 | | | |
| VIII . . . | 39 | 39 | 23 | [25] | [31] | 32 | 12 | 12 | | 12 | 12 | 13 | 13 | 15 | | | | 1 |
| VIIII . . . | 40 | 40 | 24 | [26] | [32] | 33 | 13 | 13 | | 13 | 13 | 14 | 14 | *om* | | | [2] | |
| *l* 24 . . . | | | 25 | | | | | | | | | | | | | | | |
| X . . . . | 41 | 41 | 26 | [27] | [33] | 34 | 14 | 14 | 14 | 14 | 14 | 15 | 15 | 16 | | | [3] | |
| XI . . . . | 42 | 42 | *tr* | [28] | [34] | 35 | 15 | 15 | 15 | 15 | 15 | 16 | 16 | 17 | 5 | | | |
| *l* 16 . . . | 43 | 43 | 27 | [29] | [35] | 36 | 16 | 16 | 16 | 16 | 16 | 17 | 17 | 18 | | | [4] | |
| [*can* XI *l* 1] . | | | 28 | | | | | | | | | | | | | | | |
| XII . . . . | 44 | 44 | 29 | [30] | [36] | 37 | | 17 | 17 | 17 | 17 | 18 | 18 | *tr* | 6 | | | |
| *l* 10 . . . | 45 | 45 | 30 | [31] | 37 | 38 | 17 | 18 | 18 | 18 | 18 | 19 | 19 | 19 | 7 | | | |
| [*can* XII *l* 1] . | | | | | | | | | | | | | | 20 | | | | |
| XIII . . . | | | 31 | [32] | 38 | 39 | | 19 | 19 | 19 | 19 | 20 | 20 | [21 F] | | | | |
| *l* 13 . . . | 46 | 46 | 32 | [33] | 39 | 40 | 18 | 20 | 20 | 20 | 20 | 21 | 21 | | | | 5 | |

*Cum canonum enumeratio modis tam diuersis apud codices nostros fiat ut uix ad unam authenticam originem referri posse uideatur, ipse ut potui canones distinxi, hac mihi norma proposita, ut singulis canonibus singulae patrum adprobationes tribuantur,* i 17 RESPONDERVNT VNIVERSI Placet, ii 16 SYNODVS RESPONDIT Placet, *etc : confer quae adnotaui infra p* 490 *col a. quodcumque igitur sine huiusmodi sententia dictum est, appendicis instar canoni praecedenti subiunxi : exempli gratia can* iii *ll* 31–44, *can* iii *b* (*p* 460), *can* vi *ll* 43–52, *can* vii *ll* 38–48, *can* xi *ll* 16–49, *can* xii *ll* 10–18, *can* xiii *ll* 13–28.

# CANONES SERDICENSES

## TEXTVS AVTHENTICI (I)
## CVM INTERPRETATIONE GRAECA (II)
## NECNON CVM CODICIS Θ (III) AC *t* (IV) TEXTIBVS
## ET CVM EPITOMIS
## NVMERI ET ORDINIS CANONVM COLLATIO

| *Authenticum* (*uide e regione p* 442) | *codd Gr* | *cod t* | *cod Θ* | *Epit-Fulg-Ferr* | *Epit-Hisp* |
|---|---|---|---|---|---|
| I | Α | 1 | 1 | 2 | 18 |
| II | Β | 2 | 2 | | 19 |
| III | Γ | 3 | 3 | 3 | 20 |
| *l* 8 | | | 4 | 4 | 21 |
| *l* 14 | | | 5 | 5 | |
| *l* 31 | Δ | 4 | 6 | 6 | 22 |
| [*can* III *b*] | Ε | 5 | 7 | | |
| IIII | Ϛ | 6 | 8 | | 23 |
| *l* 18 | | | 9 | | |
| III *b* | *tr supra* | *tr supra* | *tr supra* | | 24 |
| V | Ζ | 7 | 10 | 9 | 25 |
| VI | Η | 8 | 11 | | 26 |
| [*can* VI *l* 12] | Θ | 9 | 12 | | |
| *l* 32 | | | | | |
| *l* 43 | *om* | *om* | *om* | 11 | 27 |
| VII } | | | | | 28 |
| *l* 18 } | *tr infra* | *tr infra* | *tr infra* | | |
| *l* 38 } | | | | | 29 |
| VIII | Ι | 10 | 13 | 14 | 30 |
| VIIII | ΙΑ | 11 | 14 | 15 | 31 |
| *l* 24 | | | 15 | | |
| X | ΙΒ | 12 | 16 | | 32 |
| XI | ΙΓ | 13 | 17 | 17 | 33 |
| *l* 16 | ΙΔ | 14 | 18 | 18 | 34 |
| XII | *om* | 15 | 19 | 19 | 35 |
| *l* 10 | ΙΕ | 16 | 20 | 20 | 36 |
| XIII | ΙϚ | 17 | 21 | | 37 |
| [*can* XIII *l* 9] | | 18 | | | |
| *l* 13 | ΙΖ | 19 | 22 | 22 | 38 |
| [*can* XIIII] | ΙΗ | | 23 | | |
| [*can* XIIII *l* 10] | | 20 | 24 | | |
| [*can* VII] | ΙΘ | 21 | 25 | | |

# CONCILIVM SERDICENSE

## CANONVM TEXTVS AVTHENTICVS LATINVS CVM CAPITVLIS

(1)

*Syllogae quae canones Serdicenses una serie cum Nicaenis coniunctos habent; e quibus* I *et* $F_2$ *optimae notae sunt*

I **Codex Ingilrami episcopi Teatini nunc Vaticanus** Reginae 1997 : saec. ix ineunt. [foll. 40 *a*, 44 *b*

$F_2$ **Codex Frisingensis nunc Monacensis** lat. 6243 inter additamenta syllogae codicis propriae ab ipso scriba praemissa : saec. viii exeunt. [fol. 6 *a*

V **Codex Veronensis** bibliothecae Capitularis lix (57) : saec. vi exeunt. [fol. 222 *a*

*bb* **Codex Bruxellensis** 2493 (olim Burgundiensis 8780–8793) : saec. viii [fol. 79 *b*

Q **Sylloge dicta Paschasii Quesnel,** cuius testes sunt (minora omisi : codices Γ et Δ nonnisi ceteris inter se dissentientibus contuli)

- Γ **codex Sangallensis** 682 : saec. ix [pp. 24, 75
- Δ **codex coenobii Eremitarum Einsiedlensis** 205 : saec. ix [fol. 25 *a*
- O **codex coenobii Eremitarum Einsiedlensis** 191 : saec. viii–ix [fol. 10 *a*
- Υ **codex Vindobonensis** 2141 : saec. ix ineunt. [fol. 4 *a*
- Φ **codex Vindobonensis** 2147 : saec. ix–x [fol. 19 *a*
- Ψ **codex Atrebatensis** olim coenobii S. Vedasti nunc bibliothecae publicae 572 (644) : saec. ix ineunt. [foll. 8 *b*, 13 *a*

L **Codex Laureshamensis nunc Vaticanus** Palatinus 574 : laudat can viii sub titulo DE SVPRASCRIPTIS CANONIBVS ID EST NICAENIS CCCXVIII EPISCOPORVM : saec. ix [fol. 5 *b*

T **Codex olim ut uidetur Albigensis nunc Tolosanus** bibliothecae publicae 364 (I 63) : laudat (1) eundem canonem ac L [fol. 20 *a*]; (2) canones i ii (in unum redactos sub numero ii, praecedit enim canon Nicaenus i), vi (sub numero iii), canonis vii partem posteriorem (sub numero iiii), xi partem priorem (sub numero v), xii (sub numeris vi vii), xiii (praecedenti coniunctum), subiecto colophone FINIVNT DECRETA CONCILII NICHENI [fol. 56 *a*]; (3) quae de sylloge Dion II mutuatur, uide p 445 col *b* infra

(2)

*Syllogae quae canonibus Serdicensibus notitiam praemittunt, quod uidelicet* IN GRAECO (APVD GRAECOS) NON HABENTVR, SED IN LATINO (APVD LATINOS TANTVM) INVENIVNTVR

K **Codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxii : saec. vi–vii [fol. 14 *a*

M **Sylloge dicta Friderici Maassen,** cuius testes praesto erant hi qui sequuntur

- *F* **codex Frisingensis nunc Monacensis** lat. 6243 : saec. viii exeunt. [fol. 36 *b*
- R **codex Remensis nunc Berolinensis** Phillip. lat. 84 : saec. viii : nonnulla e codice K (ut uid) mutuatur [fol. 27 *b*
- W **codex Wirceburgensis** bibliothecae olim Capitularis nunc Vniuersitatis Mp. th. f. 146 : saec. ix [fol. 55 *b*
- $s_2$ **alterum concilii Serdicensis exemplar apud codicem bibliothecae Victoris Emmanuelis** 2102 (olim Sessorianum lxiii) inter additamenta post Dionysii syllogen : saec. viii exeunt. [fol. 199 *b*

F **Sylloge dicta sancti Mauri**; praesto erant

- F **codex S. Mauri Fossatensis nunc Parisinus** lat. 1451 : saec. viii exeunt. [foll. 28 *b*, 44 *a*
- *f* **codex Engolismensis nunc Vaticanus** Reginae 1127 : saec. ix ineunt. [foll. 35 , 57 *a*

---

(3)

*Syllogae simplices (scilicet quae canones iusto nomine Serdicenses uocant) et ut uidetur ceteris posteriores*

J **Codex Christophori Justel nunc Oxoniensis Bodleianus** e Mus. 101 : mutilus hodie, incipit a canone x (p 477) secundum editionem nostram, xiiii secundum codicem : saec. vi–vii [fol. 25 *a*

S **Sylloge dicta S. Blasii,** cuius testes sunt

- S **codex Augiensis postea Sanblasianus nunc coenobii S. Pauli apud Carinthios** xxv $\frac{a}{r}$ : saec. vii–viii [fol. 57 *a*
- P **codex bibliothecae Thomae Phillipps Cheltenhamensis** 17849 : saec. viii–ix [fol. 46 *a*

X **codex Treuirensis ut uidetur nunc Parisinus** lat. 3836 : saec. viii exeunt. [fol. 37 *a*

Y **codex Coloniensis** bibliothecae Capitularis ccxiii : saec. viii [fol. 62 *a*

v **Sylloge dicta Vaticana** (quam syllogen in Vrbe coagmentatam esse fortasse censueris, collatis uocibus 'Vrbis episcopum' pro 'ecclesiae Romanae episcopum' can iii *b* l 7, p 460), cuius testes sunt

*u* **codex Farfensis postea Barberinus** xiv 52 **nunc Vaticanus** Barb. lat. 679: saec. ix [fol. 70 *a*

*w* **codex Florentinus Laurentianus** bibl. aedil. eccl. 82 : saec. x [fol. 45 *b*

Sp **Sylloge Hispana** edente F. A. Gonzalez *Collectio canonum ecclesiae Hispanae,* Matriti A. D. 1808, col 33 : codices ab eo adhibiti hi sunt

*aem* **codex Aemilianensis nunc Escurialensis** I D 1 : saec. x exeunt.

*alv* **codex Alueldensis nunc Escurialensis** I D 2 : saec. x exeunt.

*esc* **codex Escurialensis** I E 13 : saec. x–xi

*ger* **codex Gerundensis** : saec. xi

*tol*-1 **codex Toletanus** xv 16 : saec. xi

*tol*-2 **codex Toletanus** xv 17 : saec. xi

*urg* **codex Vrgelitanus** : saec. x–xi

*Dion*-I **Sylloge Dionysii Exigui prior** ; testes

C **codex Corbeiensis nunc Parisinus** lat. 12097 : deficit post can v (p 465 infra) ; scilicet in una quaternione (foll. 225–232) descripti sunt canones Nicaeni pleni (pp 252–273 supra) et ad explendas paginas quantum erat spatium tot canones Serdicenses : saec. vi exeunt. [fol. 230 *a*

M **codex Moguntiensis nunc Vaticanus** Palatinus 577 : saec. viii exeunt. [fol. 44 *b*

*Dion*-II **Sylloge Dionysii Exigui altera** ; testes praesto erant

Λ **codex Lugdunensis postea Parisinus Claromontanus nunc Petropolitanus** F II 3 : ad summum cuiusque paginae igne laesus est, ita ut perierint cann i ll 9–11 'qui . . . inflammari et'; ii ll 15–17 'omnibus . . . placet'; iii ll 23–26 'renouandum . . . non refr', ll 26 27 'quae de'; iiii ll 7–10 'prouinciae . . . osten', l 11 'rectorem et hoc'; iii *b* l 1 'Ossius episcopus dixit', ll 26 27 'faciet . . . iudicauerit'; v l 1 'nimia', ll 25–28 'causam . . . accedant', l 29 'impera'; vi ll 10–13 'celerius . . . qualibet prouin', ll 14 15 'et coepiscopum nostrum', ll 16 17 'li consistit', ll 36–38 'ut et ipse . . . sollicitudinem ut', l 39 'rantur'; vii ll 10–12 'religiosum . . . omnium', ll 13 14 'it ambitioni magis', ll 43–46 'quae in canali . . . suum'; viii ll 21–24 'cum . . . et proh'; viiii ll 22–24 'et . . . superiore', ll 25 26 'se ut si qui'; x ll 9–11 'quibus . . . dis', l 12 'fructum laboris sui'; xi ll 7–10 'ille ad quem . . . fecerit', ll 31–33 'patienter . . . eius', ll 33 34 'prius . . . om'; xii ll 6–9 'Vniuersi . . . omnium se', l 9 'cere audeat'; xiii ll 7–10 'uix post . . . quae cons', l 11 'et ad horum per' : saec. vii [fol. 92 *b*

T **codex Tolosanus** (ut supra) : quae e Dionysio habet (foll. 1 *b*, 9 *a* ; foll. 9 *b*, 10 *a*) inuenies in praecedenti tabula denotata : nonnulla prae mutilo codicis statu amissa supplet apographon eius, scil

A **codex Albigensis** olim bibliothecae Capitularis nunc publicae 2 : saec. ix–x [fol. 25 *b*

*a* **codex Andegauensis nunc Parisinus** lat. 3837 : saec. ix ineunt. [foll. 6 *b*, 48 *a*

*j* **codex Christophori Justel nunc Oxoniensis Bodleianus** e Mus. 103 : *j*² saepius cum **Cr** facit, fortasse est ipsius Justel manus : saec. x [foll. 6 *a*, 30 *b*

*l* **codex apud Lombardos meridionales scriptus nunc Vaticanus** 5845 : saec. viii–ix [fol. 29 *b*

*m* **codex Colbertinus nunc Parisinus** lat. 3845 (adsentiente codice gemello Parisino lat. 1536, fol. 62 *a*) : post p 468 non adhibui : saec. x [fol. 56 *b*

*s* **codex olim Sessorianus basilicae S. Crucis** lxiii **nunc bibliothecae Victoris Emmanuelis** 2102 : saec. viii exeunt. [fol. 48 *a*

B **codex Bobiensis nunc Mediolanensis** bibliothecae Ambrosianae S 33 sup. : saec. ix exeunt. [foll. 16 *b*, 45 *b*

H **consensus codicum sylloges ab Hadriano papa ad Carolum Magnum anno** 774 **missae** : codices contuli α (fol. 89 *b*), δ (fol. 103 *a*), κ (fol. 34 *a*), λ (fol. 67 *b*), de quibus codicibus uide supra p 249 : minora tamen non notaui

**Cr consensus codicis Cr-w** (Wirceburgensis nunc Oxoniensis Bodl. Laud. misc. 436) **et editionis Cr-ed** (a Christophoro Justel curatae *Bibliotheca Iuris Canonici Veteris* I app. p. xxxiii)

## I (**secundum codd Q I** *Dion*-**I**)

*Tituli* I–XXVII [XXVIII] *sunt concilii Nicaeni, uide pp* 145 165 *supra*

XXVIII De episcopis etiam laica communione priuandis qui ciuitates mutauerint.

XXVIIII Vt inter episcopos conprouinciales audiant.

XXX De appellationibus ad episcopum Romanum.

[XXXI De non superordinando ei qui appellauerit.]

XXXII Quando debeat in aliena prouincia a uicinis episcopis episcopus ordinari.

XXXIII De non faciendis episcopis per uicos et modicas ciuitates.

XXXIIII De retractanda synodo prouinciali per uicarios episcopi urbis Romae, si fuerit appellatum.

XXXV Quando episcopi et in quibus causis ad comitatum uadant.

XXXVI De diaconis ad comitatum dirigendis sub prosecutione metropolitani.

XXXVII Vt discutiat papa Romanus causas propter quas ad comitatum [diaconus] mittitur, si tamen oportunum fuerit.

## II (**secundum** *Dion*-**I**)

*Index titulorum*: C *fol* 230 *a*, M *fol* 22 *a*

INCIPIT CAPITVLA SYNODI SERDICENSIS NVMERO XX

I De episcopis etiam laica communione priuandis qui ciuitates mutauerint.

II Vt inter discordes conprouinciales episcopos audiatur.

III Vt nullus accusati sedem usurpet episcopus.

IIII Quando quis debeat a uicinis prouinciae episcopis ordinari.

V De non ordinandis episcopis per uicos et modicas ciuitates.

VI De prouinciali synodo retractanda.

VII Quando et in quibus causis episcopi ad comitatum ire debeant.

VIII De diaconis ad comitatum dirigendis.

---

ICM ΓΔΟΥΦΨ

*Apud syllogen* Q *habes indicem titulorum* (*cf pp* 165–169 *supra*), *apud Dion*-I *titulos singulis canonibus praemissos: apud* I *et indicem titulorum fol* 40 *a* ($I^1$: *cf p* 145 *supra*) *et titulos singulorum canonum* ($I^2$); I = $I^1$ *et* $I^2$

XXVIII **Q**: XXVIIII I I *Dion*-I episc̄ M **etiam laica**: et laicis a $I^2$ communioni O ciuitate $I^2$ ciuitatis M Ψ* mutauerit $I^2$

XXVIIII **Q**: XXX I II *Dion*-I Vt inter discordes episcopos (episc̄ M) non ex alia prouintia sed conprouintiales pontifices audiant *Dion*-I epis $I^1$ prouinciales $I^2$

XXX **Q**: XXXI I III $C^2$ (*om numerum et titulum* C* M) apellationibus Ψ eps $I^1$

XXXI *Tit om* I *Dion*-I appellauerint $Δ^2$ Υ

XXXII **Q** I: IIII *Dion*-I **a**: *om* **Q** **episcopis episcopus** $I^2$: episcopis $I^1$ episc̄ Υ eps Γ Δ C epis M episcopi O episcopus Ψ

XXXIII **Q** I: V *Dion*-I episcis $I^1$ episcopos M

INCPNT CAP̄ C NVMERO: NVM̄ C; *om* M CM

I mutauerunt C

II conprouintiales C episcopus M

III **episcopus**: epis M eps C, *fortasse pro* episcopi

IIII prouintiae C

VI prouintiali C prouinciale M synhodo C

---

XXXIIII **Q** I: VI *Dion*-I **retractanda Q** C: rectranda $I^1$ tractanda $I^2$ M episcopos $I^1$ episcopis $I^2$ episc̄o Ψ **urbis**: orb̄ C

XXXV **Q** I: VII *Dion*-I eps $I^1$ C episc M uadat C M

*Post hunc canonem deficit cod* C ¶ C

XXXVI **Q** I: VIII *Dion*-I **De diaconis**: Diacones I sub prosecutionem $I^2$

XXXVII **Q** I: VIIII *Dion*-I causa pro quibus $I^1$ **quas**: quid Γ **diaconus** (diacn̄ $I^1$ diacon̄ Γ) **Q** *Dion*-I: *om* $I^2$ **si . . . fuerit**: *tr* si tamen fuerit oportunum Γ Ψ; *om* Υ*

## III (secundum **S** v)

INCIPIT CAPITVLA SYNODI SERDICENSIS

I De episcopis etiam laica communione priuandis qui ciuitates mutauerint.

II De episcopis alienam sedem praecipiti temeritate petentibus.

III Vt inter episcopos conprouinciales audiant episcopi.

IIII Quando liceat in aliena prouincia episcopis ordinare episcopos.

V De non faciendis episcopis per uicos et modicas ciuitates.

VI De tractanda synodus prouinciali per uicarios episcopi urbis Romae si fuerit appellatum.

VII Quando et in quibus causis liceat episcopis ad comitatum uenire.

VIII Diaconi ad comitatum dirigendi sub prosecutione metropolitani episcopi.

---

S P X Y *u w* INCIPIT : *praem* XXI *u* INCP̄ Y INCIPT P CAP̄ SYNODVS Y SINODI X SERTICENSIS P SARDICENSIS Y *w*
I ciuitatis S mutauerunt v
II elienam Y temeritat P
III **episcopos** : eps S ; + discordes *u w*² (*e Dion*-II) cumprouinciales S
*Post titulum* III *nouum addit titulum* (*e Dion*-II) **v** IIII Vt nullus accusati sedem usurpet episcopus : *ita ut dehinc usque ad finem discrepent titulorum numeri inter* **S** *et* **v**
IIII **S** : V **v** **Quando** : Quan P **episcopos** : epis̄ Y
V **S** : VI **v** episcopiscopis P epōs *u* medicas Y ciut̄ S
VI **S** : VII **v** tractando ? S* tractandos *w** orbis S
VII **S** : VIII **v** **et** : *om* P commitatum Y
VIII **S** : VIIII **v** commitatum Y sub prosecutionem *u* metropolitini Y epis̄ X Y

## IV (secundum *Dion*-II)

TITV⌝LI CANONVM SERDICENSIS CONCILII NV⌜MERO XXI

I De episcopi⌝s etiam laica communione priu⌜andis⌝ qui ciuitates mutauerint.

II Item de hisdem episcopis ut si per ambitionem sedem mutauerint nec in exitu communionem laicam consequantur.

III Vt inter discordes episcopos conprouinciales antistites audiant: quod si damnatus appellauerit Romanum pontificem, id obseruandum quod ipse censuerit.

IIII Vt nullus accusati sedem usurpet episcopi.

V Quando quis debeat a uicinis prouinciae episcopus ordinari.

VI De non ordinandis episcopis per uicos et modicas ciuitates.

⌜VII De prouinciali synodo retractanda per uicarios episcopi urbis Romae si ipse decreuerit.

VIII Quando et in quibus causis episcopi ad comitatum ire debe⌝ant.

⌜VIIII De diaconis⌝ ad comitatum dirigendis.

---

TITVLI : *praem* INCIPIT *l* INCIPIVNT *a* B CANONVM : CANONES *a* CANON *l* ; *om s** SARDICENSIS Λ *s* B SERDICENSES *a* *tr* CONCILII SERDICENSIS *l m* (*om* CONC. Λ *a*) Λ *a j l m s* B *a*
I laicam communionem B* ciuitatis Λ **mutauerint** Λ *a l m a* : mutauerunt *s* B
II **hisdem** : eiusdem *m* eisdem *l* B* isdem *s* ambitionim Λ mutauerit *a** (*corr m p*) **in exitu** *a s* B : in exitum Λ *l m* ; + saltem *a* commonionim Λ **laicam** : + saltim B consequatur B*
III eps Λ cūprouinciales Λ *m* prouinciales *a* antestites Λ *a* audient *m* appellauerint B* pontificium Λ **quod** : + si *m* *ipse* B *in ras* **censuerit** : constetuerit censuerit Λ constiterit consuerit *m*
IIII usurpit Λ **episcopi** : episcopus Λ (*fortasse recte*) eps *l m* ; *om a*
V **a** : aut *a* prouinciis B* epos Λ *m* eps *a l s* B² *a* epis *ut uid* B ordenari Λ
VI uicus Λ modecas Λ ciuitatis Λ
VII episcopos B
VIIII diligendis *a*

### I (secundum codd Q I *Dion*-I)

xxxviii Vt sint episcopi qui in canali sunt solliciti ad discutiendos episcopos euntes ad comitatum.

xxxviiii De laicis cito non faciendis episcopis.

xl Quandiu episcopus in aliena ciuitate peregrinari debeat, excepta graui necessitate.

xli Ne liceat episcopo plus tribus ebdomadibus abesse.

xlii De clericis qui submouentur ab aliis non recipiendis.

xliii De his qui excommunicantur apud uicinos episcopos audiendis.

xliiii De non sollicitandis clericis alienis.

xlv De non faciendis clericis alienis sine consensu episcopi sui.

xlvi De suscipiendis [his] qui pericula et persecutionem pro ueritatis defensione patiuntur.

---

I M
Γ Δ Ο Υ Φ Ψ

XXXVIII **Q** I : XI (*sic*) *Dion*-I **Vt . . . solliciti :** Vt solliciti sint episcopi qui in canali (carnali Γ) sunt Γ Ψ episcpi . . . episcpi $I^1$ carnalis $I^1$
XXXVIIII **Q** I : XII *Dion*-I **cito :** *om* Δ Υ facientibus Φ* (Υ* ?)
XL **Q** I : XIII *Dion*-I epis Ψ **necessitate :** sine cessatiōn Γ
XLI **Q** I : XIIII *Dion*-I **Ne Q** I : Non *Dion*-I eps $I^2$ episc M **plus :** populus $I^1$; *om* Δ aebdomadibus I absens esse $I^2$
XLII **Q** I : XV *Dion*-I **qui submouentur :** quibus mouentur Υ* Φ* **qui :** + per iracundiam Γ suscipiendis O
XLIII **Q** I : XVI *Dion*-I communicantur Δ aput I eps Υ epis O episcopus Φ episc M audiendos M
XLIIII **Q** I : XVII *Dion*-I
XLV **Q** I : XVIII *Dion*-I censu Υ* Φ sensu Δ* episc M
XLVI **Q** I : XVIIII *Dion*-I **his Q** *Dion*-I : *om* I persecutione I M persecutiones Γ

### II (secundum *Dion*-I)

viiii De pupillis et uiduis.

x Vt qui in canali sunt episcopi euntes ad comitatum sollicite discutiant.

xi De his qui ignorant quid sit in synodo constitutum.

xii De laicis non temere faciendis episcopis.

xiii Quamdiu episcopus in aliena ciuitate remoretur.

xiiii Non liceat episcopo plus tribus ebdomadis abesse.

xv De clericis summotis ab alio non recipiendis.

xvi De excommunicatis apud uicinos episcopos audiendis.

xvii De non sollicitandis clericis alienis.

xviii De non ordinandis clericis alienis sine consensu.

xviiii De praesbiteris et diaconis qui Thessallonicam ueniunt.

xx De suscipiendis his qui persecutionem patiuntur.

---

C M

XI synhodo C
XIII Quadiu C
XIIII **Non** M : Ne C
XV submotis C
XVII sollitandis M
XVIIII prbis et diacnis C Tessalonica C

---

### V (secundum cod J)

*Tituli canonibus singulis praemissi*

xiiii Vt non liceat episcopo pluribus ebdomadibus abesse.

xv De excommunicatis ab aliis minime suscipiendis.

xvi Excommunicati aput uicinos episcopos audiendos.

xvii Non sollicitandis clericis alienis.

xviii Non ordinandis clericis alienis sine consensu episcopi sui.

xviiii De clericis qui Thessallonicam ueniunt.

xx Suscipiendi sunt hi qui propter periculum et persecutionem fugiunt.

## III (secundum **S v**)

viiii De pupillis et uiduis.

x Vt habeant potestatem episcopi in canali constituti discutiendos episcopos euntes ad comitatum.

xi De his qui ignorant synodi constituta.

xii De laicis cito non faciendis episcopis.

xiii Quamdiu episcopus in aliena ciuitate peregrinari debeat.

xiiii Vt nulli episcopo liceat praeter sua ecclesia abesse nisi tribus ebdomatis.

xv De clericis excommunicatis ab aliis episcopis minime suscipiendis.

xvi Vt habeant potestatem excommunicati finitimos episcopos rogare se audiendos.

xvii De non sollicitandis clericis alienis.

xviii De non ordinandis clericis alienis.

xviiii De praesbyteris uel diaconibus qui Thessalonica ueniunt.

xx De suscipiendis his qui propter periculum et persecutionem fugiunt.

EXPLICIT CAPITVLA

## IV (secundum *Dion*-II)

⌜x Quod⌝ ad comitatum pro pupillis et uid⌜uis⌝ ac necessitatem patientibus sit eundum.

xi Vt qui in canali sunt episcopi euntes ad comitatum sollicite discutiant.

xii De his qui ignorant quid sit in synodo constitutum.

xiii De laicis non temere faciendis episcopis.

xiiii Quandiu episcopus in aliena ciuitate remoretur.

xv Non liceat episcopo a sua ecclesia plus tribus ebdomadibus abesse.

xvi De clericis a communione submotis ab alio non recipiendis episcopo.

xvii De excommunicatis apud uicinos episcopos audiendis.

⌜xviii De non sollicitandis clericis alienis.

xviiii De non ordinandis clericis alienis sine sui consensu episcopi.

xx De praesbyteris et diaconis qui Thessalonicam ueniunt, quan⌝tum temporis ibi rese⌜deant.

xxi De⌝ suscipiendis his qui perseq⌜uutionem patiuntur⌝.

---

S P X Y *u w*

VIIII : X **v** ($u^2$ *w*) ; *titulum hunc om u*, ita ut per reliquos titulos cum* **S** *consentiat*
X : XI **v** ($u^2$ *w*)   habeat Y   potestate P X   epis̄ Y   epis̄ Y   euntis S   ad comitatu S ad commitatum Y
XI : XII **v** ($u^2$ *w*)
XII : XIII **v** ($u^2$ *w*)   facientis P   epī *u* ep̄is *w* episc̄ Y
XIII : XIIII **v** ($u^2$ *w*)   ciuitat̄ P   **peregrinari** P X **v** : peregrinare S Y   dibeat X
XIIII : XV **v** ($u^2$ *w*) epī S epis̄o P   sue ecclesie X   **ebdomatis** X Y *u* : ebdomadis P[2] *w* ebdomadibus S ebdomadas P*
XV : XVI **v** ($u^2$ *w*) excommonicatis Y
XVI : XVII **v** ($u^2$ *w*)   **potestatem** Y **v** : potestate S P X   excommonicati P   episcopus X episc̄ P
XVII : XVIII **v** ($u^2$ *w*)   solicitandis P
XVIII : XVIIII **v** ($u^2$ *w*)
XVIIII : XX **v** ($u^2$ *w*)   praesbyt̄ris P praespiteris Y   **uel diaconibus** : et diaconis *u*   Thessallonica P Vessalonica *u*
XX : XXI **v** ($u^2$ *w*)   sususcipiendis P   **et** : *om* S P **v**
EXPLICIT S : EXPLC̄ P EXPLICIVNT X **v** CAP P

Λ *a j l m s* B *a*

X **ad** : a *m*   **pupillis** : populis Λ   **ac** : hac Λ ad *m*   necessitate *a a**
XI **qui** : quid *m*   carnali *j*   sollecite Λ
XII quod B* *m*   **in** : *om* Λ   synhodo Λ   constetutum Λ constitum *m*
XIII **laicis** : clericis *m*   timere *m* B
XIIII episcopis *j**
XV Ne *a*   leciat Λ   episcopum B   **a** : *om a*   ecclisia Λ   **plus** : praeter *a*   *tribus* B *in ras*   ebdomadebus Λ ebdomadis *a*
XVI clcis Λ* cliricis Λ[2]   comonione Λ* commonione Λ[2]   summotis Λ *j*   recipiendi *j**   epis̄ *a*
XVII uicinus Λ   eps Λ *m*   audiend̄ B
XVIII sollicitantes *m*   epis̄ clericis *j*
XVIIII consensum *m*
XX diac̄ *l m* diaconibus B*   Tessalonicam *s* Thesalonicam B Tessolonicam *a*   (quan)tu Λ   resid*eant* B *in ras*
XXI hi *j**   peseq . . . Λ*

## VI (secundum codd F)

.INCIP̄ CAP̄ CAÑ CONCILII EIVSDEM

I Ne cui episcopo liceat de ciuitate sua ad aliam transire.

II De his omnino has fundis [*lege* fraudes] damnandas esse episcopis.

III De his ut episcopi de sua prouintia in qua sunt ad alia non liceat transire.

IIII De his si aliquis episcopus iudicatus fuerit et reclamauerit audiatur.

V De his si episcopus depositus fuerit et se in praesentia Vrbis Romae episcopi audiri reclamauerit post eius appellatione in locum ipsius alter non ordinetur.

VI De id quod si populus petit sibi rectorem.

VII De eo ut faciend̄ epīs per uicum non liceat.

VIII De retractanda sinodo prouinciali.

VIIII De his ut episcopi in quibuscumque causis ad comitatum uadent.

X De diac̄ ad comitatum dirigendis.

XI De episcopo qui sonauerit ad papa Romanum audiendum.

XII De diac̄ si necesse fuerit ad comitatum mittendus.

XIII De his ut episcopi euntes ad comitatum discutiendus.

XIIII De his si ne subito aliquis nesciens quod decretum est in synodo.

XV De his ut *qui* per singulos gradus fuerit perfunctus ascendat ad sacerdotium.

XVI De episcopis qui in alia ciuit̄ positi non habent.

XVII De clericis qui submouentur ab aliis non recipiendis.

XVIII De his qui excommunicantur apud uicinos episcopos.

XVIIII De non faciendis clericis alienis sine consensu episcopi sui.

XX De non sollicitandis clericis alienis.

XXI De his qui ex aliis regionibus presbyteri uel diac̄ aduenerint.

XXII De his ut si aliquis inique expulsus fuerit et ad aliam ciuitatem uenerit.

## VII (secundum codd Sp)

*Tituli singulis canonibus praemissi*

I Episcopum non debere ad aliam ciuitatem se transferre.

II Episcopum de prouincia ad prouinciam non transire nisi fuerit inuitatus.

III De duobus episcopis unius prouinciae inter se contentionem habentibus.

IIII De episcopo adiudicato.

V De episcopis a synodo depositis.

VI De quibus supra.

VII De episcopis accusatis.

VIII Vt episcopi passim ad comitatum non pergant.

VIIII De quibus supra.

X De quibus supra.

XI De quibus supra.

XII De quibus supra.

XIII Vt ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.

XIIII Vt episcopus in aliena prouincia non immoretur.

XV De episcopis in aliena prouincia possessiones habentibus.

XVI De clericorum excommunicatione.

XVII Licere clericis si iniuste fuerint excommunicati uicinos adire episcopos.

XVIII Non licere episcopo alterius clericum in sua ecclesia ordinare.

XVIIII De quibus supra.

XX Vt extranei clerici apud Thessalonicam non tardent.

XXI Clerici uim passi aut persecutionem, si ad aliam accesserint ciuitatem, non uetentur ibi morari quamdiu potuerint redire.

## VIII (secundum cod $F_2$)

*Tituli singulis canonibus praemissi : titt* I–X *sunt concilii Nicaeni, uide pp* 278–280 *supra*

XI Si episcopus causa auaritiae de suam ciuitatem ad aliam transierit.

XII De episcopo qui furiosus temerarius exercerit.

XIII De episcopo qui de propria prouintia ad aliam uadit ; non transeat nisi a fratribus suis fuerit inuitatus.

XIIII Si episcopus in aliam prouintiam contra fratrem suum litem habuerit.

XV De episcopo qui depositus appellauerit epīs et Romanam ire uoluerit, alius loco eius non ordinetur nisi causa eius fuerit terminata.

XVI Prouintia quae multos episcopos habet et ad unum remanserit.

XVII De episcopo in iudicio appellante et ad Romanae ecclesiae episcopum confugiente.

XVIII Nisi pro sua adflictione aut populi oppraessione episcopus ad comitatum minime accedat.

XVIIII Vt episcopus ad comitatum minime accedat, sed diaconum suum mittat.

XX Vt ea quae prouisa sunt aliis sententiis coniungantur.

XXI Episcopus qui in canali constitutus est si alium episcopum uiderit transeuntem.

XXII De episcopo qui uenerit ad eam ciuitatem quae in canali posita est et habuerit episcopum.

XXIII De his qui ex laico ad episcopatum eleguntur, quomodo ordinari debeant.

XXIIII Si ex alia ciuitate ueniens episcopus instructior illi qui preest uideatur.

XXV De quolibet christiano qui per tres dominicos dies iugiter non communicat.

XXVI Vt dominator clericus non diutius in patrimonio suo resedeat, sed cito ad matricem redeat.

XXVII De episcopo iracundo qui cito aut aspere commouetur et aliquem de ecclesia exterminare uoluerit.

XXVIII Vt qui ab episcopo suo excommunicatur ab alio non communicetur.

XXVIIII Vt nullus episcopus alterius ecclesiae clericum sollicitet et in sua parrocia ordinet.

XXX Qui alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius ordinare uoluerit.

XXXI Vt nullus ecclesiasticus in extera loca diu moretur.

XXXII Si ecclesiasticus quilibet uim perpessus et inique percussus ad aliam ciuitatem confugerit.

---

**XII exercerit** $F_2$ : *legendum fortasse* exteterit

**XVII** appellantem $F_2$ confugentem $F_2$

### Canonum textus authenticus

[I] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT: Non magis mala consuetudo quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de ciuitate sua ad aliam ciuitatem transire. manifesta [est] enim causa

---

I $F_2$ V T E S P X Y *u w* K *bb* ϝ R W $s_2$ Γ Δ O Υ Φ Ψ F *f* C M Λ *a j l m s* B H Cr

*Tit praem* INCIPIT (-IVNT C Y $a j^2$) CANONES SERDICENSIS (*ita* C S P *j m*: SERDICENSES *u a* SERDIENSIS Λ SERDICENS̄ *s* SARDICENSIS M X Y *l* δ SARDICENSES *w a κ*) *Dion*-I **S v** *Dion*-II: INCP ANTIQVORVM CANONVM STATVTA QVAE APVD GRAECVS NON HABENTVR APVD LATINVS TANTVM INVENIV(N)TVR K: ITEM QVAE APVT GRAECOS NON HABENTVR SED APVT LATINOS TANTVM INVENIVNTVR **M**: ITEM CAÑ NICEÑ SIVE SARDICENS̄ QVI IN GRECO NON HABETVR EXPOSITVS EST AB EPISCOPIS XX (XXV F) **Sp F**

*Tempus et rationem concilii ita subdit* **Sp** ANNO SEXTO CONSTANTII (Sp-ed *cum alv*: CONSTANTINI *rell*) IMPERATORIS LEONTIO ET SALLVSTIO CONSVLIBVS ERA CCCLXXI (CCCLXXII *aem-ed* CCCXXXI *urg-ger-ed*) SARDICENSIS SYNODVS CONGREGATA EST, VBI (IBIQVE *aem-ed*) OMNES PER ORIENTEM ARRIANI EPISCOPI QVI CONVENTI AD CONCILIVM OCCVRRERE REATV (CONVENIRE AD CONCILIVM OB REATVM *aem-ed*) CONSCIENTIAE NOLVERVNT, IN QVO CONCILIO INTER CETERA HAE REGVLAE PRO DISCIPLINA ECCLESIASTICA INSTITVTAE SVNT

*Titulum non habent* I $F_2$**Q** V *bb*, *quippe qui canones Serdicenses sine interuallo Nicaenis coniungant; uide quae in sequenti notula adnotaui*

I **S v Sp** K R **F** *Dion*-I-II (**Cr** cap cxlvii): II T (*praecedit canon Nicaenus* I): XI $F_2$ (*praecedunt canones Nicaeni* I–X, *uide supra pp* 278–280); XX *bb* (*praecedunt canones Nicaeni* I–XIX, *deinde symbolum, uide supra pp* 178–238); XXI ϝ W $s_2$ (*praecedunt idem canones Serdicenses abbreuiati* I–XX, *uide epitomas p* 542); XXVIII **Q** (*praecedunt canones Nicaeni* I–XXVII, *uide supra pp* 179–239); XXVIIII **I** (*praecedunt canones Nicaeni* I–XXVIII, *uide supra pp* 107–141). *desunt hic et ubique numeri in cod* V, *sed uidetur esse can* XV (*praecedunt enim canones Nicaeni* I–XIIII *ut uid, cf p* 243 *supra et tabulam post p* 152)

*Canonem* I *aliter reddit Dion*-I (*uide infra p* 487), *unde lectiones eius hic in apparatu omisi* ¶ C M

*Nota quod in can* I *nonnulla omittit* $F_2$, *quippe qui ut conicio ex archetypo descriptus sit in prima pagina uel mutilo uel attrito: exempli gratia l* 3 *om* corruptela, *l* 5 *om* ciuitatem, *l* 8 *pro* de *habet* a, *l* 11 *habet* uitio *pro* [am]bitio[ni]: *cf cann* x *l* 22, xii *l* 15

*De orthographia nominis* Ossius [Osius, Hosius, Husius, Vsius, Dyssius] *uide tabulam p* 532 *infra*

I 2. **Non magis** I: Si non magis $F_2$ Non minus V T **Sp** K *bb* **M Q F** *Dion*-II Tam **S v** (*e Dion*-I) 3. **quam**: + ipsa (ipse P ipsam *u*) rerum **S v** (*e Dion*-I) **corruptela**: + quae **S v**; *om* $F_2$ 4. eradicata R* F **ne cui**: nec cui O *m* nec cuiquam $s_2$ nec illi R ut non **S v** (*cf Dion*-I) 5. **ad**: in T **ciuitatem**: *om* $F_2$ *tr* transire ciuitatem **F** *Dion*-II **S v** 6. transmeare *a** manifeste $F_2$ R **est**: *om* $F_2$ **M** (– R) **enim**: autem est W 7. **quam** I **F** Γ*: qua (*fort recte*) V T **Sp S v** K *bb* **M** $Γ^2$ Δ Υ*

---

I 1. **episcopus**: epsc $F_2$* episc P epis Ψ; *et* **dixit**: d̄ dx̄ dix̄; *de talibus compendiis uide p* 533 *infra* 2. consuitudo K 3. perniciusa K perniciosa Λ Υ F (C M) corruptila K *bb* corruptella R F Λ* funditur **F** 4. epso Λ epis W 5. ciuitat *bis* P 6. transsire K manefesta K Λ

quam hoc facere temptet: nullus fere inuentus est episcopus qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. unde apparet auaritiae ardore illos inflammari et ambitioni seruire et ut dominationem habeant.

Si omnibus hoc placet, ut huiusmodi pernicies saeuissime et austerius uindicetur, ut nec laicam habeat communionem?

RESPONDERVNT VNIVERSI: Placet.

[II] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Etiam si talis aliquis extiterit furiosus temerarius, et fortasse talem

---

Si appetitus episcopus aliquis et accusatus fuerit ut congregati episcopi regionis ipsius de gradu eum suo remoueant, et appellationis usus auxilio uideatur ad beatissimum aecclesiae Romanae episcopum conuolasse, et ei uoluerit ipse audientiam commodare iustumque putauerit renouandam esse negotii quaestionem ; scribere his dignetur episcopis qui in finitima prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnia et subtiliter inuestigent et iuxta fidem ueritatis de ea proferant causa sententiam. quod si quis roget causam suam

---

Θ VI 3. **addi sententiae**: addissententiae *cod* caritatem *cod* 5. fueri *cod* **per sententiam** *cod* (*Gr* τῇ κρίσει): praesentiam *Ball* 7. **dixerit** *scripsi cum Gr* φάσκῃ: dixerunt *cod* 9. rome *cod* 11. inpossuere *cod*

VII 7. **et** *scripsi cum Gr* καὶ βουληθείη: uel *cod* 9. scriuere *cod* dignauitur *cod* 10. prouincie *cod* 13. **de**: *om cod**, *add sup lin m p* 14. **quis**: quis *cod** (*for-*

*t* IIII 4. ẹprolata *cod*

V 2. **appetitus . . . et accusatus,** *cf cod* Θ adpetitus uel accusatus: *cum haec duo uerba unum graecum* καταγγελθείη *interpretari uideantur, ueri simile est interpreti codicis t non solum graecum textum et authenticum latinum uerum etiam codicis* Θ *interpretationem praesto fuisse; cf p* 489 *ad calcem* 3. **ut**: *forte* et *cum rell*

## I

**Authenticum latinum**

(*pp* 461, 462, *et* 458 *supra*)

iterum audiri et depraecatione sua mouerit episcopum Romanum ut e latere suo praesbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid uelit aut quid aestimet: [et] si decreuerit mittendos esse qui praesentes cum episcopis iudicent habentes [eius] auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio; si uero crediderit sufficere episcopos ut negotio terminum inponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

[IIII] Ossivs episcopvs dixit:

Si contigerit in una prouincia in qua plurimi fuerint episcopi unum forte remanere episcopum, ille uero per neglegentiam noluerit ordinare episcopum, et populi conuenerint episcopos uicinae prouinciae; debere

## II

**Interpretatio graeca**

πρᾶγμα ἀκουσθῆναι καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον κινεῖν δόξῃ, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστείλοι· εἶναι. ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ· καὶ [ἐὰν] ὁρίσῃ δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρινοῦντας ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν τούτου παρ' οὗ ἀπεστάλησαν, καὶ τοῦτο θετέον· εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίζοι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐπίγνωσιν καὶ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου, ποιήσει ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ βούλῃ καλῶς ἔχειν δόξῃ.

Ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι·

Τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ϛ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίγνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου·

---

18. ἑαυτοῦ Α Β Γ: αὐτοῦ Π  κινεῖν *scripsi* Π Α Β Γ *cum latt omn* mouerit: κρίνειν (κρίνει Γ) *codd*; *om edd*  19. δόξῃ Π Β Γ: δόξει Α δόξειεν *edd*  20. εἶναι *scripsi cum edd*: ἵνα *codd*  22. ἐάν *scripsi cum latt*: *om codd*  ὁρίσῃ π Α: ὁρίσει π' Β Γ  24. κρίνοντας Γ  26. θετέον: *fortasse addendum cum latt* ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ [τοῦ ἐπισκόπου] νομίζοι *codd*: νομίσῃ *edd*  28. τοῦ ἐπισκόπου: *legendum ut uidetur* τοὺς ἐπισκόπους, *sed antiquus est error*, *cf p* 499 *col a l* 27  ποιήσοι π  31. ἀπεκρίναντο . . . ἤρεσεν: *om* Α, *cf cod* Θ *p* 499 *col a*

VI 1. Ἐπάν Α  3. τυγχάνωσιν π* (*corr m p*) Β

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

iterum petierit denuo suum a*udiri* *fol 89 b* negotium | et per hanc peti*ti*onem Romanum episcopum mouerit, de latere suo presbyteros destinabit, ut sit potestatis eiusdem episcopi quod estimauerit esse. et si statuerit oportere mitti qui destinati cum episcopis iudicaturi sunt, habeant auctoritatem eius a quo destinati sunt, sane et hoc ponatur in episcopi potestate; et si putauerit sufficere ad causae cognitionem et sententiam proferendam episcopo, faciat quod eius sederit prudentiae.

VIII OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Si uenerit in una prouincia in qua plures sunt episcopi ordinandi unum episcopum remanere, et hic ob quandam neglegentiam noluerit conuenire et ordinationi adesse episcoporum, plebs autem conueniens rogat fieri ordinationem episcopi;

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

iterum audiri ac deprecatione sua moueri*t* episcopum urbis Romae ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quod estimauerit definire: si decreuerit mittendos esse qui presentes cum episcopis iudicent habentes eius auctoritatem a quo sunt destinati, et hoc in ipsius positum episcopi erit arbitrio; si uero crediderit sufficere episcopos ad negotium discernendum, faciet quod ipse prudentissimo consilio suo probauerit.

OMNES EPISCOPI DIXERVNT: Quae dicta sunt placent.

[VI] OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Si contigerit in una prouincia in qua plurimi fuerint episcopi unum forte remanere episcopum, et collectis omnibus aliis ille per negligentiam sui adesse ordinationi noluerit ut cum ceteris episcopali creationi consentiat, populi tamen expectat multitudo collecta cupiens

---

Θ *tasse* quiuis) 15. **audiri** *Ball* (*Gr* ἀκουσθῆναι): adire *cod* 16. petionem *cod* 18. **suo** *Ball* (*Gr* ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ): suos *cod* presbyterum? *cod** 21. mittī *cod* 22. **habeant**: *legendum ut uid* habentes 23. autoritatem *cod** 25. **episcopi**: epis̄ *cod*, *uide p* 534 *l* 6 *infra* 28. **sederit**: *confer concilium Valentinum pp* 419 *can* i *l* 1, 424 *ll* 8 20

VIII 2. **uenerit** *cod*: *cf can* x *l* 38 **in una**: ina *cod** (*corr m p*) 6. **adesse**: *quasi Gr* συνεῖναι *pro* συναινέσαι epr̄ *cod**, *cf p* 534 *l* 35 *infra* (eps̄ *pro* episcopos)

18. **mouerit** *scripsi*: moueri *cod* 26. *t* eps̄ *cod*

## I

### Authenticum latinum

(*pp* 458–460 *supra*)

*can* IIII illum prius conuenire episcopum qui in eadem prouincia moratur et ostendere quod populi petant sibi rectorem, et hoc iustum esse ut ipsi ueniant et cum ipso ordinent episcopum. quod si conuentus litteris tacuerit dissimulauerit nihil rescribserit, satisfaciendum esse populis: conueniant ex uicina prouincia et ordinent episcopum.

Sed licentia danda passim non est: si enim subito aut uicus aliqui aut modica ciuitas, cui satis est unus praesbyter, uoluerit petere episcopum sibi ordinari, ut uilescat nomen episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati facere episcopum, nisi aut in his ciuitatibus quae episcopos habuerint aut si qua talis et tam populosa est quae mereatur habere episcopum.

Si hoc omnibus placet?

SYNODVS RESPONDIT:

Placet.

## II

### Interpretatio graeca

χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα *can* VI ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι· ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι ἵνα παραγένηται. εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι· χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου. μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾶν ἐπίσκοπον κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, ἥτινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ· οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε καθίστασθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία. ἀλλ᾽ οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς προεῖπον, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς πόλεσιν καθιστᾶν ἐπισκόπους ὀφείλουσιν ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι· εἰ δὲ εὑρίσκοιτο οὕτως πληθύνουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις ὡς ἀξίαν αὐτὴν καὶ ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω.

Εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο;

Ἀπεκρίναντο πάντες·

Ἀρέσκει.

---

12. λέγω δή *usque ad finem canonis*: *om* π′*, *sed supplet manus prima* ΠΑΒΓ   16. παραγένηται: *excidit fortasse* καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἡ κατάστασις γένηται, *cf p* 501   μή: μήτε ΒΓ   19. χρή 1° ΠΑ: δεῖ Β δή Γ; *fortasse omittendum*   γίνεσθαι Β   δέ: *om* π′   22. τῆς μητροπόλεως: *omittendum puto cum latt*   24. κώμῃ: *praem* ἐν Β   25. ἥ τινι Π εἴ τινι Γ   ἐξαρκέσει Β   35. αὐτήν ΑΒΓ: αὐτῆς Π   εἶναι ἐπίσκοπον κομίζεσθαι Β

## III

**Textus latinus**
*codicis* Θ

primum oportet eum qui remansit per literas primati*s* episcopi prouinciae, hoc est metropolitani, commoneri quoniam populus petit sibi pastorem dari; estimo oportere hunc expectare ut ueniat et cum eo fiat ordinatio. si autem neque per literas rogatus aduenerit nec scripserit, satisfieri populi uolumtat*i* debet, et uocandi sunt de uicina prouincia episcopi ad ordinationem episcoporum.

VIIII Non licere autem episcopum simpliciter ordinari in uico uel quadam exigua ciuitate, | *fol 90 a* cui sufficit etiam unus solus presbyter: nec enim necesse est ibi episcopum ordinare, ne contemptibilis fiat episcopi nomen et auctoritas. sed, sicut predixi, episcopi uicinae prouinciae in i*i*s ciuitatibus ordinare debent episcopos in quibus prius constituti uidebantur: si autem repperiatur quedam ciuitas abundans populo, ut digna uideatur habere episcopum, accipiat.

Si ho*c* omnibus placet?

## IV

**Textus latinus**
*codicis t*

eius ordinationem fieri quem poposcit; *can* VI prius illum qui remanserat oportet ammoneri per epistulas eius qui prouinciae illius sortitus est principatum, id est qui iure metropolitano subnixus est, quod populi petant sibi pastorem; et hoc rectum esse existimo ut cum ipsius quoque presentia ordinatio fiat episcopi. quod si nec litteris inuitatus affuerit neque rescripserit, tunc satisfaciendum esse populis, ut acciti ueniant episcopi de uicina prouincia ad episcopos ordinandos. sed non est passim danda ista episcoporum ordinandi licentia, siue in uico siue in aliqua modica ciuitate cui satis unus est presbyter: non est enim necessarium episcopum ibi constitui, ne nomen et auctoritas uilescat aepiscopi. sed prouinci*ae* illius, sicuti iam sum locutus, episcopi debent in his ciuitatibus episcopos ordinare quibus et ante aepiscopi fuerant dati: quod si qua talis et tam populosa fuerit ciuitas quae episcopum habere mereatur, accipiat.

Hoc omnibus placet?
SYNODVS DIXIT:
Placet.

---

Θ 10. primati *cod*: *uocem* primas *adhibent praecipue Afri, tamen* ἔξαρχος *reddit* primas *Dionysius* (*conc Chalc cann* viiii xvii) epš *ut uid cod** 14. et *cod**: ut *cod*[2] (*ut uid m p*), *fortasse recte* 17. satisfierit *cod** uolumtate *cod* 20. episcorum *cod*, *cf p* 534 *l* 26
VIIII 4. prb, *cod* 9. **iis**: is *coa* 12. **abundans**: *praemittendum fortasse* tam 15. **hoc**: hor *cod*

VI 14. metropolitano ṣ | subnixus *cod* 30. *t* prouincie *cod*

I

**Authenticum latinum**

(*pp* 462, 463 *supra*)

[V] Ossivs episcopvs dixit:

Inportunitas, nimia frequentia, iniustae petitiones, fecerunt nos non tantam habere nec gratiam nec fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire episcopi (et maxime Afri qui, sicuti cognouimus, sanctissimi fratris et coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt adque contemnunt), ut unus homo ad comitatum multas et diuersas ecclesiae non profuturas perferat causas, nec, ut fieri solet aut oportet, ut pauperibus ac uiduis aut pupillis subueniatur; sed et dignitates saeculares et administrationes quibusdam postulant. haec itaque prauitas olim murmurationem non sine scandalo excitat. honestum est autem ut episcopus intercessionem suam his praestet

V 9. **Grati**: *episcopi scilicet Carthaginensis, cf p* 441 *supra ad calcem paginae*

II

**Interpretatio graeca**

ζ̄ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Ἡ ἀκαιρία ἡμῶν καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν καὶ παρρησίαν ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι· πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι (καὶ μάλιστα οἱ Ἄφροι, οἵτινες καθὼς ἔγνωμεν [παρὰ] τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γράτου τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται ἀλλὰ καταφρονοῦσιν), οὕτως ὡς ἕνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας δεήσεις διακομίζειν· καὶ μή, ὡς ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις περινοεῖν τισιν. αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης τὸν θρασμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως προξενεῖ. πρεπωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ

VII 7. *παραγινόμενοι* Α Β Γ²: *παραγενόμενοι* Π Γ* Π Α Β Γ 9. *παρά* *codd*: *omittendum puto cum latt* 11. Γράτου Α Β Γ: Γράττου Π *συμβουλάς*: *ἐντολάς* Α* 16. *ὀφείλειν* Α 19. *συνέρεσθαι* π′ 20. *ἐπινοεῖν* Β 21. *τὸν θραυσμόν* Α: *τῶν θραυσμῶν* Π *τὸν ἀθροισμόν* Γ *τῶν ἀθροισμῶν* Β 23. *προξενεῖ* Π Α Γ: *γίνεται* Β 24. *δέ*: *om* Β

## III

**Textus latinus**

*codicis Θ*

X OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Inpurtunitas nostra et frequentatio, etiam iniusti, fecerunt nos merito non tanta*m* habere gratia*m* et confidentiam quantam debueramus habere. plures enim episcoporum non intermittunt ad comitatum uenientes (ac precipue Afri, qui, ut cognouimus, fratr*i*s dilectissimi et conministri nostri Grati suasiones salubres non suscipiunt sed contemnunt), ita ut un*us* homo in commitatu plurimas ac diuersas, et nihil ad utilitatem proficientes ecclesiarum, preces adportet, per quas et (que*m*admodum debet fieri et conuenit) pauperibus uel l*a*icis uel uiduis subueniat et succurrat, sed seculares dignitates et administrationes prouideat quibusdam. h*a*ec igitur spurcitia molestia*m* non sine scandalo quoda*m* nobis et reprehensione adportat. decere autem puto episcopos suum prestare debere auxilium | *fol 90 b* | illis qui ab

Θ X 3. **etiam iniusti . . . merito**: *quasi Gr* καὶ οἱ ἄδικοι ἀξίως *reddit interpres* 4. tanta habere gratia *cod* 9. cognouis (*inceperat scribere* cognouistis) *cod** **fratris dilectissimi** *Ball cum Gr* τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ: ff̄ dd̄ (*sc* fratres dilectissimi) *cod*, *uide quae adnotaui p* 533 *ad calcem paginae* 11. suationes ? *cod** 12. **unus**: uni *cod* 15. **per quas**: *legendum suspicor* neque 16. queadmodum *cod* 17. **laicis** *conieci e Gr* τοῖς λαϊκοῖς: liucius *cod* liutius *Ball* 21. hec *cod* molestia *cod* 22. **quodam nobis** *scripserunt Ball cum Gr* σκανδάλου τινὸς ἡμῖν: quodaadnobis *cod*

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

[VII] OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Importunitas nimia et assiduitas nostra petitionesque non prob*a*e fecerunt nos non tantam habere nec gratiam nec fiduciam quantam nos habere conuenerat. quidam enim non cessant ad comitatum ire aepiscopi et maxime Afri, qui, sicuti cognouimus, sanctissimi fratris et coaepiscopi nostri Grati salutaria consilia respuendo sic spernunt, ut unus homo ad comitatum multas et diuersas non profuturas aecclesiae perferat preces; nec, ut fieri debet, aut pauperibus aut uiduis aut pupillis eisque personis quae sunt ex plebe subueniant, sed ut dignitates seculares et administrationes quibusdam forte prouideant. h*a*ec itaque prauitas in murmurationem nobis non sine scandalo uituperationemque conciliat. honestum ergo estimo ut episcopus intercessionem suam his

VII 3. probe *cod* 13. **perferat**, *cf p* 502 *a*: perferant *cod* 19. hec *cod* 20. **in** *cod*: *omittendum cum reliquis testibus* *t*

## I

### Authenticum latinum

(*pp* 463–465 *supra*)

*can* qui aliqua iniqua ui opprimuntur, aut si uidua affligitur aut pupillus expoliatur—tamen et ista nomina si iustam habent causam et petitionem. si uobis ergo, fratres karissimi, placet, decernite ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hii qui religiosissimi imperatoris litteris uel inuitati uel euocati fuerint. sed quoniam saepe contigit ut ad misericordiam ecclesiae confugiant qui iniuriam patiuntur et qui peccantes in exilium uel insulam damnantur aut certe quamcumque sententiam excipiunt; subueniendum est et sine dubitatione petendum indulgentiam.

Si ergo et hoc uobis placet?

VNIVERSI DIXERVNT:

Placet [et] constituatur.

## II

### Interpretatio graeca

ὅστις ἂν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις *can* VII τῶν χηρῶν ἀδικοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρίνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι, παρεκτὸς τούτων οὓς ἂν ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μετακαλοῖτο. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς περιορισμὸν ἢ νῆσον καταδικασθέντας ἢ δ' αὖ πάλιν οἱαδηποτοῦν ἀποφάσει ἐκδεδομένους· τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέαν εἶναι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ ἄνευ τοῦ διστάσαι τοῖς τοιούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν.

Εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γένεσθε ἅπαντες.

Ἀπεκρίναντο ἅπαντες·

Ὁριζέσθω καὶ τοῦτο.

---

26. βιάζεται Β π′ 28. τῶν αὐτῷ προσηκόντων: *has uoces, cum et apud authenticum et apud cod* Θ *desint, quamuis eas agnoscat cod t, iure scribis potius quam interpreti textus authentici prisco tribuas* ΠΑΒΓ 30. ἔχει Π Α: ἔχοι Β Γ 36. ἐπειδὴ δέ Β 37. *tr* συμβαίνει τινὰς πολλάκις Γ 40. ἢ δ' αὖ Π Γ: ἢ αὖ Α Β 41. ἐκδεδομένους: *legendum fortasse* ἐκδεδεμένους *cum codicis* Θ *interpretatione* 'obligatos' 43. μελλισμοῦ Π Α Β μελισμοῦ Γ 46. σύμψηφοι γένεσθε ἅπαντες: *omittendum suspicor cum authentico et cod* Θ σύμψηφοι Α Β Γ: σύμψυχοι Π 47. γένεσθε Α π: γίνεσθε Γ γενέσθαι Β π′

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

*can* x aliquo patiuntur uiolentia*m*, uel si qua leditur uiduarum siue pupillorum quis fraudatur—si haec quoque personae iustam habent petitionem. igitur, dilectissimi fratres, si omnibus h*o*c placet, st*at*uite nullum episcoporum debere ad comitatum proficisci; uidelicet his causis exceptis. quod uer*o* oportet adesse quos piissimus imperator noster suis litteris conuocauerit, nullam habet dubietatem. et quoniam frequenter uenit misericordia dignos confugere ad eclesia*m*, ob sua delicta exi*li*o uel insulis damnatos siue quacumque obligatos sententia; talibus non est denegand*um* presidium, sed sine mora uel cunctatione his profectionem esse concedendam.

Si igitur placet, statuatur et hoc.

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

prestet qui per aliquam iniquam *can* VII uim opprimuntur, aut si uidua affligitur aut pupillus spoliatur propriis facultatibus—si tamen et ista omnia iustam habeant auxilii petendi materiam. si uobis igitur cunctis, fratres karissimi, placeat, decernite ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui principalibus litteris fuerint euocati, nostro piissimo eos imperatore scriptis propriis inuitante. sed quoniam sepe contingit ut aliqui propter sua delicta confugientes ad ecclesiam misericordiam petant, aut peccantes in exilium uel in insulas deportentur, aut quamcumque sententiam dampnationis excipiant; subueniendum est istis nec presidium denegandum, sed sine ulla dubitatione uel mora petenda istis est indulgentia.

Si ergo uobis hoc placet, consentite.

VNIVERSI DIXERVNT:

Placet et constituatur.

---

Θ 26. uiolentia *cod* 27. **leditur** *cod*[2]: leitur *ut uid cod** 28. **haec** *cod*: *scilicet* hae 30 ff̄. *cod* 31. **hoc** *Ball* (*Gr* τοῦτο): hec *cod* stuite *cod* 34. **uero** *scripsi*: uere *cod* adesses *cod* 35. imp̄ nōr̄ *cod*: *compendium infrequens, cf L. Traube* Nomina Sacra *p* 234 36. **habet** *Ball*: habent *cod* 38. **uenit** *cod, ut can* viii *l* 2 *supra*: euenit *Ball* misericordias *cod* 39. eclesia *cod* **ob sua delicta** *conieci e Gr* διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα: obseruant delicta *cod* 40. **exilio** (*Gr* περιορισμόν): exito *cod* 41. **sententia talibus**: sententiaatalibus *cod, fortasse recte* 42. denegando *cod* 44. **profectionem** *cod*: protectionem *Ball*; *legendum conicio* refectionem

*t* 28. **omnia** *cod*: *caue ne legas* nomina *cum Gr* ταῦτα τὰ ὀνόματα, *interpres enim* omnia *de codicibus authentici deriuauit, uide ad can* v *l* 24 *p* 463 *supra*

I

**Authenticum latinum**

(*pp 465 466 supra*)

[VI] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Hoc quoque Prouidentia uestra tractare debet ut—quia decreuistis ut episcopi, ne inprobitas notetur, ad comitatum non pergant—quicumque quales superius commemorauimus praeces habuerit uel acceperit, per diaconum suum mittat; quia persona ministri non erit inuidiosa, et quae inpetrauerit celerius poterit referre.

Et hoc consequens esse uidetur, ut de qualibet prouincia episcopi ad eum fratrem et coepiscopum nostrum praeces mittant qui in maxima ciuitate, id est metropoli, consistit; ut ille et diaconum eius et supplicationes destinet, tribuens commendaticias epistulas pari ratione ad fratres et coepiscopos nostros qui illo tempore in his regionibus et urbibus morantur in quibus felix et beatus Augustus rempublicam

II

**Interpretatio graeca**

η̄ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Καὶ τοῦτο ἡ ἀγχίνοια ὑμῶν κρινάτω, ἵνα—ἐπειδὴ ἔδοξεν διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ κατάγνωσίν τινα τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρατόπεδον—εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις οἵων ἐπάνω ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου ἀποστέλλοιεν· τοῦ γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ παρασχεθησόμενα θᾶττον διακομισθῆναι δυνήσεται.

Ἀπεκρίναντο πάντες·

Καὶ τοῦτο ὁριζέσθω.

θ̄ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Καὶ τοῦτο ἀκόλουθον νομίζω εἶναι, ἵνα ἐν οἱᾳδηποτοῦν ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τοῦτ᾽ ἔστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ τὸν διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολάς, γράφων δηλονότι κατὰ ἀκολουθίαν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν οἵτινες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσιν διάγοιεν ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια διακυβερνᾷ

VIII 2. ἡμῶν B κρινέτω π΄ 4. τῶν Π Α Β Γ ἐπισκόπων ἀφικνούμενον: *legendum conicio cum latt* τοὺς ἐπισκόπους μὴ ἀφικνεῖσθαι 6. ἔχειν B οἷον Α Γ 7. ἐμνήσθημεν B
VIIII 4. αὐτῶν B² 6. τοῦτ᾽ ἔστι τῇ μητροπόλει: *om per homoeoteleuton* Γ* 7. αὐτοί Π 10. δηλονότι: + καί Π 11. οἵτινες Β Γ: εἴ τινες Π Α 13. διάγουσιν B

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

XI OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc uestra probet Solertia—quoniam placuit episcopos non ire ad comitatum ne reprehensionem incurrant—si quis eorum tales habuerit preces quale*s* memorauimus, per suum transmittat diaconum: ministri enim persona non habet inuidiam, et quae prestantur uelocius perferentur.

XII OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc consequenter esse puto, ut in quacumque prouincia episcopus ad fratres et *c*oepiscopos suos transmisserit preces, qui in maiore ciuitate est siue metropoli ipse et diaconum et preces eius destinet, dans ei commendatitias litteras et scri-|

*fol* 91 *a* bens scilicet consequenter ad fratres et coepiscopos nostros qui in illo tempore in locis uel ciuitatibus morantur in quibus felicissimus ac beatus pius imperator rempublicam

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

[VIII] OSIVS EPISCOPVS DIXIT: *fol* 244 *a*

Hoc quoque Prudentia uestra definiat ut—quia decreuistis episcopos fugiendae uituperationis gratia ad comitatum pergere non debere—si quis eorum quales superius commemorauimus preces habuerit, per suum diaconum mittat eas; quia et persona ministri inuidia digna non erit, et ea quae praestabuntur poterunt per eum celerius responderi.

[VIIII] OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc consequens esse existimo, ut si de qualibet prouincia aepiscopi ad fratres et coepiscopos suos preces aliquas mittant, tunc eum qui in maxima ciuitate, id est metropolitana, consistit diaconum suum cum eius supplicationibus dirigere, prebendo etiam commendaticias ei litteras conpetente*r* ad fratres et coepiscopos nostros qui in illo tempore in his regionibus et urbibus morabuntur quibus piissimus imperator expeditionalibus rei publicae gubernaculis occupatur. si ergo

---

Θ XI 6. quale *cod* 9. q̄. *cod*

XII 3. proincia *cod** 4. **ad fratres et coepiscopos suos** *cum cod* ad ff̄ et quoepōs suos: adsit et coepiscopus suas *Ball*; *uide quae collegi p* 533, *sed ne cum Gr* fratrem et coepiscopum suum *scribamus uetat codicis t interpretatio, uide col b* 10. nōs *cod* 12. hac *cod* 13. imp, *cod*

*t* VIII 11. poterunt ę per eum *cod*

VIIII 10. **conpetenter** *scripsi cum Gr* κατὰ ἀκολουθίαν, *cf cod* Θ: conpetentes *cod*

## I

**Authenticum latinum**

(*pp* 466–468 *supra*)

*can* VI gubernat. si uero habet quis episcoporum amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) inpetrare, non prohiberi per diaconum suum rogare et significare eis quos scit benigna intercessione sibi absenti posse praestare.

Qui uero Romam uenerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri et coepiscopo nostro Romanae ecclesiae praeces quas habent tradant, ut et ipse prius examinet si honestae et iustae sunt et praestet diligentiam adque sollicitudinem ut ad comitatum perferantur.

VNIVERSI RESPONDERVNT placere sibi, et honestum esse consilium.

ALYPIVS EPISCOPVS DIXIT:

Si enim propter pupillos et uiduas uel laborantes qui causas non iniquas habent susceperint peregrinationis incommoda, habeant quasi rationem. nunc uero cum ea postulant quae sine inuidia omnium et sine repraehensione esse non possunt, non necesse est ire illos ad comitatum.

VI 43. ALYPIVS: *episcopus ut uidetur Megarensis, uide nomen 34 p 554 infra*

43–52. *Hanc Alypii sententiam memoriae tradunt omnes quos inspexi textus authentici codices, duobus exceptis* $F_2$ T, *uide p* 468 *supra*: *notat tamen cod* B *quod* abhinc in greco posita non est. *confer Ossii sententiam, ll* 38–48 *p* 512 *infra*

## II

**Interpretatio graeca**

*πράγματα. εἰ δὲ ἔχει τις τῶν ἐπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου καὶ βούλοιτο περί τινος ὅπερ πρεπωδέστατον εἴη ἀξιῶσαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου καὶ ἀξιῶσαι καὶ ἐντείλασθαι τούτοις ὥστε τὴν αὐτῶν ἀγαθὴν βοήθειαν ἀξιοῦντι αὐτῷ παρέχειν ἡγοῖτο. οἱ δὲ εἰς Ῥώμην παραγινόμενοι, καθὼς προείρηκα, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις ἃς ἔχοιεν διδόναι ὀφείλουσιν [παρέχειν], ἵνα πρότερος αὐτὸς δοκιμάζοι εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντοῖεν, καὶ οὕτως τὴν ἑαυτοῦ προστασίαν καὶ φροντίδα παρέχων εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι.* *can* VIIII

Ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο *ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ πρεπωδεστάτην εἶναι τὴν συμβουλίαν ταύτην.*

15. *ἔχει* Π : *ἔχοι* Α Β Γ 16. *παλατίου* : *βασιλέως* Β 18. *μὴ κωλύοιτο . . . ἀξιῶσαι* : *om per homoeoteleuton* π* (*sed supplet m p*) 20. *ὥστε* : *legendum suspicor οὓς οἵους τε cum authentico* posse 22. *παραγενόμενοι* Π Γ 24. *καὶ συνεπισκόπῳ* : *praem καὶ συλλειτούργῳ* Β Γ* 25. *παρέχειν* : *om* Β Γ *cum latinis omnibus, fortasse recte* 28. *οὗτος* Α 30. *ἀποστέλλοι* Β Γ : *ἀποστέλλει* Π Α 31. οἱ ἐπίσκοποι : *om* Β 33. *συμβουλίαν* (*συμβουλείαν* Π Γ) : *βουλήν* Β Π Α Β Γ

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

*can* XII gubernat. si uero quis episcoporum habet amicos in aula regia, et uult de aliqua re (quae tamen decet) eos rogare, non proibetur per suum diaconum et rogare et mandare, quod suum adiutorium benignum roganti sibi pre*b*ere dignetur. qui autem Romam perueniunt, sicut predixi, dilectissimo fratri nostro et *c*oepiscopo Iulio preces quas habent dare debebunt, ut prius ipse examinet si null*a*e sunt ex his inpudentes, et ita suum patrocinium et curam prestans ad comitatum destinabit.

OMNES EPISCOPI RESPONDERVNT placere sibi, ac decentissim*am* esse dispositione*m*.

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

habet aliquis episcoporum amicos *can* VIIII in palatio et rogare uult aliquid (quod tamen honestum est), ut hoc non prohibeatur per diaconem petere suum et rogare et significare eis, quod s*c*it benigna intercessione s*ibi* absenti quod petierit posse prestari. qui uero Romam uenerint, sicuti iam dictum est, sanctissimo fratri et coepiscopo nostro Iulio preces quas habent insinuent, ut et ipse prius eas examinet ne quaedam ex his inhonestae sint, et ut prestet diligentiam atque sollicitudinem suam qua ad comitatum etiam perferantur.

VNIVERSI RESPONDERVNT placere sibi, et honestum hoc esse consilium.

---

Θ 20. puere *cod* **dignetur** *cod*: *legendum fortasse* dignentur 23. **coepiscopo**: quoepo̅ *cod* 25. nulle *cod* 30. hac *cod* **decentissimam esse dispositionem** *scripsi cum Gr* πρεπωδεστάτην εἶναι τὴν συμβουλίαν ταύτην: decentissimesse dispositione(m) *cod* decentissimae esse dispositione *Ball*

*t* 21. **quod scit** *scripsi*: quod sit *cod*; *malis fortasse* quos scit . . . prestare, *cf authenticum l* 29 22. **sibi** *scripsi cum authentico l* 30: sui *cod* (*fortasse e* siui)

## I

### Authenticum latinum

(*pp* 468–470 *supra*)

[VII] GAVDENTIVS EPISCOPVS DIXIT:

Ea quae salubriter prouidisti[s] conuenientia et extimatione omnium sacerdotum et Deo placitura [et] probabilia hominibus, tenere actenus firmitudinem possunt si metus huic sententiae coniungatur: scimus enim etiam ipsi saepissimae propter paucorum inpudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse repraehensum. si igitur aliqui contra omnium sententia[m] nisus uoluerit ambitioni magis placere quam Deo, debet etiam scire se causas esse dicturum honorem adque dignitatem amissurum.

## II

### Interpretatio graeca

[κα̅] Γαγδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Ταῦτα σωτηριωδῶς καὶ ἀκολούθως ὁρισθέντα καὶ πρεπόντως τῇ ἐπιτιμίᾳ ὑμῶν τῶν ἱερέων, καὶ Θεῷ ἀρέσαντα καὶ ἀνθρώποις, τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἰσχὺν ἑαυτῶν κατασχεῖν οὐ δυνήσονται, ἐὰν μὴ καὶ φόβος ταῖς ἐξενεχθείσαις ἀποφάσεσιν ἀκολουθήσῃ· ἴσμεν γὰρ καὶ αὐτοὶ πλεονάκις διὰ τὴν ὀλίγων ἀναισχυντίαν τὸ θεῖον καὶ σεβασμιώτατον ὄνομα τῆς ἱερωσύνης εἰς κατάγνωσιν ἐληλυθέναι. εἰ τοίνυν τις παρὰ τὰ πᾶσι δόξαντα τολμήσοι, σπουδάζων τύφῳ μᾶλλον καὶ ἀλαζονείᾳ ἢ τῷ Θεῷ ἀρέσαι, ἕτερόν τι διαπράξασθαι, ἤδη γινωσκέτω ἐγκλήματι ἀπολογίας ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθίστασθαι καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλλειν.

Ἅπαντες ἀπεκρίναντο·

Πρέπει καὶ ἀρέσκει ἡμῖν ἡ τοιαύτη γνώμη.

---

VII *Apud authenticum latinum hoc loco ordinatur canon a Gaudentio (de quo uide can* III *l* 31 *p* 496 *supra) promulgatus, apud alias syllogas nonnisi ad finem canonum. consideratis tamen canonis huiusce lineis* 18–48 *patet ad eandem materiam referri canones tres* V *et* VI *et* VII. *ceteras interpretationes huc transponendas curaui ut omnia facilius inter se conferantur*

XXI Β Γ: *numero carent* Π Α. *hic canon apud* Π Α Β Γ *codices graecos et latinas codicum* Θ *t interpretationes ultimum tenet locum, uide pp* 530 531; *sed cum uera canonum series apud authenticum seruari uideatur (uide col a), illud quasi normam proposui et ceteros testes ad comparationem instituendam e regione ordinaui* 1. εἶπεν: *om* Α 2. Ταῦτα: + τά Γ 4. ὑμῶν Π Α Β *cum latinis codd* Θ *t interpretationibus*: ἡμῶν Γ ἱερέων Α Β Γ: ἱερῶν Π ἀρέσαντα: *ne cum authentico* placitura *conicias* ἀρέσοντα, *uetat codicis* Θ *lectio* placita *p* 511 *col a l* 4 12. παρὰ τὰ πᾶσι *edd cum latt omnibus*: τὰ παρὰ πᾶσι *codd* 13. τολμήσει Γ 14. ἀλαζονίᾳ Α* Β 17. ὑπεύθινον Π 18. ἀποβαλεῖν Γ

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

[XXV] GAVDENTIVS EPISCOPVS DIXIT:

*Ha*ec salubriter et consequenter statuta et ut decuit uestr*a*e honestati sacerdotali, Deo placita et hominibus, non poterunt suam uim et potentiam optinere, nisi timor sententiam prolatam subsequatur: nouimus namque et ipsi sepius propter paucorum inpudentiam diuinum e*t* honora*b*ile nomen sacerdotii reprehensum fuisse. si quis uero fuerit ausus preter omnibus placita, c*u*piens contumacia*m* magis et superbiam quam Deo placare, aliquid actitare, iam hinc cognoscat maximo se crimine obligasse et honorem ac dignitatem

Θ XXV 2. **Haec salubriter** (*Gr* ταῦτα σωτηριωδῶς): Exalubriter *cod** Exsalubriter *cod*[2] (*sed m p*) 3. uestre *cod* 5. **suam**: sum *cod** (*corr m p*) 10. et: e *cod* honorauilem *cod* 13. **cupiens** *Ball* (*Gr* σπουδάζων): capiens *cod* contumaciamagis *cod* 14. **placare** *cod*: *legendum fortasse* placere 15. **aliquid**: *fortasse* aliquid aliud *cum Gr et t* 17 hac *cod*

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

[XXI] GAVDENTIVS EPISCOPVS DIXIT:

Ea quae salubriter et consequenter statuta sunt uim suam et potestatem, quae et existimationi uestrum omnium sacerdotum congrua et Deo simul atque hominibus grata est, obtinere non possunt, si non metus huic sententiae coniungatur: scimus enim etiam ipsi sepissime propter paucorum impudentiam sanctum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse culpatum. si igitur aliqui contra omnium sententias nisus uoluerit ambitioni magis atque iactantiae placere quam Deo, ut aliquid aliud facere moliatur, *s*ciat maximo reatus crimini se fuisse obnoxium honoremque et dignitatem episcopi pariter amissurum.

OMNES RESPONDERVNT:

Decet hoc et placet nobis ista sententia.

XXI 14. ambitione *cod** 16. **sciat** *t scripsi e Gr et Lat*: faciat *cod*

I

**Authenticum latinum**

(*pp* 470–472 *supra*)

*can* VII Hoc autem tunc sciri et conpleri poterit, si unusquisque nostrum qui in canali constitutus est, cum progredientem episcopum uiderit, inquirat transitum eius, causas uideat, quo tendat, et, si quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requisiturus illud quod conditione superius conpraehensum est; si inuitatus est, ut ei facultas eundi permittatur, si uero (ut superius meminit Sanctitas uestra) propter desideria et ambitiones ire ad comitatum temptauerit, neque litteris eius suscribi neque in communione recipiendum. *cf can* V *ll* 10–17 *p* 502

Si uobis placet, debet omnium sententia confirmari.

VNIVERSI DIXERVNT

[hoc] honestum [esse] et placere sibi constitutionem.

OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Sed et moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne subito adhuc quidam, non scientes quid decretum sit in synodo, uenerint subito ad ciuitates eas quae in canali sunt: episcopus ciuitatis ipsius admonere et instruere illum debet, ut ex eo loco ille mittat diaconum [suum], admonitus tamen ipse redeat ad parrociam suam.

38–48. *Hoc comma apud authenticum latinum exstat, apud ceteros testes deest: confer Alypii sententiam, p* 508 *supra*

II

**Interpretatio graeca**

Καὶ τοῦτο δὲ ἐκεῖθεν μάλιστα γνώριμον γενήσεται καὶ πληρωθήσεται, ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἐν ταῖς παρόδοις ἤτοι καναλίῳ καθεστώτων ἐπισκόπων θεασάμενος ἐπίσκοπον ἐπιζητοίη τὴν αἰτίαν τῆς παρόδου καὶ ποῦ τὴν πορείαν ποιεῖται· καὶ ἐὰν μὲν εὕρῃ αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπιόντα, ἐπιζητήσει τὰς αἱρέσεις τὰς ἐπάνω προκειμένας, κἂν κεκλημένος ἀφικνῆται, ἀπιόντι αὐτῷ μηδὲν ἐμπόδιον γίγνοιτο· εἰ δὲ ἐπιδείξεως χάριν (καθὼς προείρηται τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ) ἢ διά τινων ἀξιώσεις σπουδάζοι ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, μήτε τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ ὑπογράφειν μήτε κοινωνεῖν τῷ τοιούτῳ. *can* XXI

Ἅπαντες εἶπαν·

Καὶ τοῦτο ὁριζέσθω.

24. γένηται B καὶ πληρωθήσεται: *om* Γ* Π A 25. ὑμῶν Γ* 26. καναλίῳ: *uide quae collegi p* 488 28. καὶ ποῦ: καί που Π 29. ποιοῖτο Π 30. ἐπιζητήσῃ π 32. ἀφικνῆται A π: ἀφικνεῖται B Γ π′ 35. τινάς B 39. εἶπον A εἰρήκασιν B 40. *tr* ῾Οριζέσθω καὶ τοῦτο A B Γ

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

*can* XXV episcopatus amittere. hoc autem ex eo innotescet et cognoscetur, si quisque nostrum in transitu uel canali possitus uidens episcopum requirat causam transitus et quo suum dirigat iter, et si illum inueneritad commitatum pergentem,| *fol* 94 *b* expiscetur condiciones sup*ra* possitas; et si ire uocatum peruiderit, eunti nullum inpedimentum adportet, si uero *o*stentationis gratia (sicut predictum est uestr*ae* Caritati) si autem ob *qu*orundam preces festinat ad comitatum, nec litteris eius qui*s* subscribet nec ei communicet.

OMNES RESPONDERVNT:

Decet, et placet nobis h*a*ec sententia.

Θ 24. **expiscetur**: expicetur *cod** 25. **supra** *Ball* (*Gr* ἐπάνω): sup (*sc* super) *cod* 28. uerostentationis *cod* 29. uestre *cod* caritatissi *cod* **si autem**: *legendum conicio* aut si *cum Gr* ἤ 30. corundam *cod* 31. **quis**: qui *cod* 34. hec *cod*

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

Hoc autem tunc sciri et perfici *can* XXI poterit, si unusquisque nostrum qui in uiae transitu uel in canali constitutus est, cum episcopum uiderit, inquirat transitum eius et causas, quoque contendat, et si quidem inuenerit ire ad comitatum, causas exposcat ab eo siue conditiones superius conprehensas; ut, si fuerit accersitus, facultas ei libera eundi permittatur, si uero (quod iam Caritati uestrae predictum est) ostentationis et iactantiae causa propter desideria uel petitiones aliquorum ad comitatum ire contendit, tunc neque litteris eius subscribi neque in communionem recipi oportere.

RESPONDERVNT:

Hoc quoque definiatur.

28. **quoque** *cod*: *sc* et quo, *Gr* καὶ ποῦ *t*

## I

### Authenticum latinum

(*pp* 472–474 *supra*)

[VIII] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc necessarium arbitror ut diligentissime tractetis: si forte aut diues, aut scolasticus de foro, aut ex administratore, episcopus postulatus fuerit, non prius ordinetur nisi ante et lectoris munere et officio diaconii et ministerio praesbyterii fuerit perfunctus; ut per singulos grados (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus. potest enim per has promotiones, quae habebunt utique prolixum tempus, probari qua fide sit, qua modestia, qua grauitate et uerecundia: et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio inlustretur. nec conueniens est nec rationis disciplina patitur, ut temere aut leuiter ordinetur aut episcopus aut praesbyter aut diaconus —maxime qui sit neofitus, cum

## II

### Interpretatio graeca

ῑ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

Καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω ἵνα μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζοιτο, ὥστε, ἐάν τις πλούσιος ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου καὶ διακόνου καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσοι· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν (ἐάνπερ ἄξιος νομισθείη) εἰς τὴν ἀψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ προκοπὴν διαβῆναι δυνηθείη. ἕξει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκἀγαθία καὶ ἡ στερρότης καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται, καὶ αὐτὸς ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς τῆς μεγίστης ἀπολαύσει τιμῆς. οὔτε γὰρ προσῆκόν ἐστιν οὔτε ἡ ἐπιστήμη οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχείρως καθίστασθαι, οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη· ἐπειδὴ μάλιστα

X 2. εἶναι: *om* Γ  4. ἐξετάζοιτο *codd cum* Π Α Β Γ *cod t* pertractetur: *sed interpretem puto scripsisse* ἐξετάζοιτε *cum* Θ *et authentico*  5. ἀγορᾶς: + καί Β  9–12. ἐκτελέσῃ . . . νομισθῇ . . . δυνηθῇ Β  12. τάγματος Α Β Γ *cum cod* Θ dignitatis *et cod t* officium: πράγματος Π  15. στερότης Π  17. αὐτός Π Α: οὕτως Β Γ  19. ἀπολαύσῃ π' ἀπολαῦσαι π*  21. κοῦφος Β Γ

## III

**Textus latinus**

*codicis Θ*

XIII OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc necessarium esse puto ut cum omni scrupulositate ac diligentia examinetis, ut, si quis diues uel scolasticus siue de publico dignus episcopatu uideatur, hunc non ante ordinari quam lectoris diaconis et presbyteri conpleuerit ministerium; quo per singulos gradus (si dignus fueri*t* uisus) ad fastigium episcopatus gradatim ascendat. erit autem gradus uniuscuiusque dignitatis non exigui temporis spatium, per quod fides eius *fol 91 b* et morum b*o*nitas, grauitas | ac diligentia, cognoscatur et dignus diuin*o* sacerdotii ministerio habitus maxima potiatur dignitate. nec enim conuenit nec disciplina uel bona patitur conuersatio audaciter uel leuiter ad hoc pros*i*lire, ut episcopus et presbyter uel diaconus procaciter ordinetur; nam sic merito nouella planta *puta*bitur, quod

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

[x] OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc necessarium arbitror ut prudentissime et diligentissime pertractetur: si qui forte aut diues aut scolasticus aut de foro episcopus postulatus fuerit, ne aliter ordinetur nisi prius et lectoris et dyaconi et presbyteri ministerio perfungatur; ut per gradus singulos comprobatus tunc denique ualeat per diuersa promotionis incrementa prouectus ad aepiscopatus sublime culmen ascendere, dum tamen non breue temporis interuallum per unumquodque decurrat officium, quo fides eius modestia grauitas et uerecundia pariter innotescat; et si dignus appareat diuino ministerio sacerdotis, tunc illo precipuo dignitatis honore potiatur. quia conueniens non est nec ratio nec disciplina hoc nec recta conuersatio patitur, temeritate uel leuitate rapt*o*s impetus aliquorum ad hoc audacter erumpere ut inconsiderate sic ordinetur aepiscopus aut presbyter aut dyaconus. merito namque neophitus iste est iudicandus, de quo maxime beatus

---

Θ XIII 3. hac *cod* 6. **episcopatu** *Ball*: epū *cod* 10. fueri *cod* 13. exiguittemporispatium *cod* 15. **bonitas** *Ball* (*Gr* καλοκἀγαθία): benitas *cod* hac *cod* 17. **diuino** *Ball*: diuina *cod* 21. proselire *cod* 22. prb, *cod* 24. **nouella planta putabitur** *conieci e Gr* νεόφυτο. νομισθείη *et Ball* nouella planta habebitur: nouella plantabitur *cod*; *amat interpres* puto *pro* νομίζω, *uide l* 2 *supra et can* xii *l* 2 *p* 507, *et per homoeotel* ta . . ta *omissum est*

X 4. **diues aut** *scripsi*: diuersa ut *cod* 8. perfungantur *cod* 20. conueniens ē n̄ ē *cod* 23. raptus *cod* 27. **iste**: *quasi Gr* οὗτος *non* οὕτω *t*

## I

**Authenticum latinum**

(*pp* 474 475 *supra*)

1 Tim iii 6 beatissimus apostolus magister gentium ne hoc fieret denuntiasse et prohibuisse uideatur; quia longi temporis examinatio merita eius probabit.

VNIVERSI DIXERVNT placere sibi haec.

[VIIII] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc quoque statuere debetis, ut episcopus ex alia ciuitate cum uenerit ad aliam ciuitatem uel ex prouincia sua ad aliam prouinciam, ambitioni magis seruiens quam deuotioni, et uoluerit in alienam ciuitatem multo tempore residere, et contingit ut episcopus ciuitatis ipsius non tam instructus sit nec tam doctus—incipiat contemnere eum

## II

**Interpretatio graeca**

*καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν γεγένηται διδάσκαλος, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις· τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία τὴν ἀναστροφὴν καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται.*

Ἅπαντες εἶπαν

*ἀρέσκειν αὐτοῖς καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν ἀνατρέπειν ταῦτα.*

ΙΑ Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν·

*Καὶ τοῦτο δὲ ὁρίσαι ὀφείλομεν, ἵνα ἐπίσκοπος, ὅταν ἐξ ἑτέρας πόλεως παραγένηται εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν οἰκείοις ἐγκωμίοις ὑπηρετούμενος ἢ θρησκείας καθοσιώσει, καὶ πλείονα βούλοιτο χρόνον διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ᾖ διδασκαλίας—μὴ καταφρονῇ ἐκείνου*

---

29. τοῦ: τοῦτο A 33. Ἅπαντες: + οἱ Π A B Γ ἐπίσκοποι B εἶπον A B 35. ἀνατρέπειν ταῦτα: *addunt codd* Π *ex Imp. Iustiniani Nouellis Constitutionibus* cxxiii 1 *quae sequuntur* καὶ ὅσα ἐκ τῆς εὐσεβοῦς νομοθεσίας ἣ [*lege* ἡ] περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν νεαρὰ δαῖτα [*lege* διάταξις] ἧς [εἷς π′] ἡ ἀρχὴ Περὶ διοικήσεως καὶ προνομιῶν καὶ ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων διαγορεύει· ὥστε λαϊκόν, εἰ μὴ τρεῖς μῆνας καταλεγῇ ἐν κλήρῳ, μὴ παρῇ ἄγεσθαι εἰς ἐπισκοπήν

XI 2. δέ: *om* B 3. *tr* ἐξ ἑτέρας πόλεως ὁπότε B 6. *tr* ἐγκωμίοις οἰκείοις A B Γ, *sed cf* Θ suis plausibus *p* 517 *col a l* 5 8. χρόνον: + αὐτόθι B, *cum* Θ ibidem 9. ἐκείνης: *om* A* 10. καταφρονείτω . . . ὁμιλείτω B καταφρονεῖ τὰς . . . ὁμιλεῖ τῷ Γ

## III

**Textus latinus**

*codicis* Θ

et beatus apostolus gentium magister uidetur proibuisse citius fieri ordinationes: longioris enim temporis conprobatio conuersationem et uniuscuiusque mores manifesta*bi*t.

OMNES EPISCOPI DIXERVNT placere sibi, et non oportere hoc refutari.

XIIII OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Et hoc statuere debetis, ut, si quando episcopus ex alia ad aliam uenerit ciuitatem uel de prouincia ad prouincia*m*, elationis causa suis plausibus uacans uel ob religionis deuotionem, et multo tempore uoluerit ibidem commorari, eius uero ciuitatis episcopus minus gnarus repperiatur uel minus docibilis—ne contemnat eum et frequenter adlo-

## IV

**Textus latinus**

*codicis t*

apostolus magister gentium manifeste denuntiasse perspicitur, prohibens ordinationes fieri repentinas ac nimium festinatas; quia longi temporis spatia meritum uitae uel mores uniuscuiusque sine dubio poterunt indicare.

VNIVERSI DIXERVNT placere sibi haec nec ab aliquo debere conuelli.

[XI] OSIVS EPISCOPVS DIXIT:

Hoc quoque statuere debetis, ut si episcopus ex alia ciuitate uel prouincia, siue iactantiae seruiens magis quam deuotionis religioni, in aliena morari ciuitate maluerit, cuius episcopum non tam instructum contingit esse nec docibilem—ne contempnat nec frequenter in eius

---

Θ 29. **et**: *om cod**, *add sup lin m p* manifestauit *cod**

XIIII 3. ad alia? *cod** 5. ad prouincia *cod* 6. **plausibus** *cod* (*Gr* ἐγκωμίοις): laudibus *Ball* 9. **minus gnarus** *Ball* (*Gr* μὴ . . . ἔμπειρος): minus ignarus *cod* 10. **docibilis**: *hac uoce usi sunt pro* διδακτικός 1 Tim iii 2 *Tertullianus* de monogamia 12 *et* 2 Tim ii 24 *interpretatio Vulgata* neccontemnat *cod*

XI 4. **siue** *cod: legendum conicio uel* sua *cum authentico*, *p* 516 *can* viiii *l* 5, *uel* sue

## I

### Authenticum latinum

(*pp* 475–477 *supra*)

can VIIII et frequenter facere sermonem ut dehonestet et infirmet illius personam: quia haec occasio facit ut commendans se postea et alienam sedem concupiscat et inuadat, et non dubitet relinquere suam sibi adsignatam ecclesiam et ad alteram alienam transire. definite ergo tempus, quia et non recipere episcopum coepiscopum suum inhumanum est, et perniciosum si diutius resideat; ne fiat prouidendum est.

Memini autem superiore tempore fratres nostros constituisse ut, si qui laicus in ea commorans ciuitate tres dominicas dies per tres septimanas non celebrasset [conuentum], communione priuaretur. si ergo haec circa laicos constituta sunt, nec licet nec decet ut episcopus, si nullam tam grauem habet necessitatem nec tam difficilem rationem, diutius absit et populum contristet.

VNIVERSI DIXERVNT placere sibi.

## II

### Interpretatio graeca

*καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταισχύνειν καὶ κατευτελίζειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου σπουδάζων (αὕτη γὰρ ἡ πρόφασις εἴωθε ταράχους παρέχειν), καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης πανουργίας τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνηστεύεσθαι καὶ παρασπᾶσθαι σπουδάζῃ, μὴ διστάζων τὴν παραδοθεῖσαν αὐτῷ ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. ὁριστέον τοίνυν ἐπὶ τούτῳ χρόνον, ἐπειδὴ καὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον τῶν ἀπανθρώπων καὶ σκαιῶν εἶναι νενόμισται. μέμνησθε δὲ ἐν τῷ προάγοντι χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν κεκρικέναι ἵνα, εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας· εἰ τοίνυν περὶ τῶν λαϊκῶν τοῦτο τεθέσπισται, οὐ χρὴ οὐδὲ πρέπει ἀλλ᾽ οὐδὲ συμφέρει ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχῃ ἢ πρᾶγμα δυσχερές, ἐπ ἰπλεῖστον ἀπολείπεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας καὶ λυπεῖν τὸν ἐνπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν.* can XI

Ἅπαντες [οἱ ἐπίσκοποι] εἰρήκασιν·

*Καὶ ταύτην τὴν γνώμην σφόδρα εἶναι πρεπωδεστάτην ὁριζόμεθα.*

---

VIIII 24. **superiore tempore**: *scilicet concilii Illiberitani can* XXI Si quis in ciuitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineatur, ut correptus esse uideatur

14. *ἡ ἀπόφασις* Γ    *ταράχους* Π: *ταραχάς* Π A B Γ A B Γ    17. *σπουδάζει* Π B Γ *σπουδάζειν* A    18. *διστάζων* A B Γ: *στασιάζων* Π    *tr αὐτῷ παραδοθεῖσαν* A B Γ, *sed cf* traditam sibi Θ    21. *δέχεσθαι* Π    22. *σκεῶν* π′    23. *μέμνησθε* A: *μέμνησθαι* π B Γ *μέμνεισθαι* π′    28. *ἐπὶ λαϊκῶν* B    30. *ἐπισκόπῳ* Γ    31. *ἔχῃ* Π: *ἔχοι* A B Γ    32. *ἐπὶ πλεῖστον*: *legendum ἐπὶ πλεῖον cum latt*    33. *αὐτοῦ* B Γ    35. οἱ ἐπίσκοποι Π A Γ *cum* Θ: *om* B *cum authentico et t*

## III

### Textus latinus
*codicis Θ*

quatur, studens confundere et uilem eius demonstrare persona*m*: h*a*ec enim occassio consueuit efficere ut his qui ex huiusmodi sese commendat astutia alienam abstra*h*at sedem ac sibi uindicet eam, | *fol 92 a* non dubitans traditam sibi ecclesiam derelinquere et ad alienam migrare. statuendum est igitur tempus, quoniam non suscipere episcopum crudele et in*h*umanum uidetur.

XV Memento tamen antiquis temporibus patres nostros statuisse ut, si quis laicus in eadem degens ciuitate tribus dominicis diebus per tres non conuenerit ebdomadas, amoueri a communione. si igitur hoc de laicis decretum est, non conuenit nec decet uel prode est episcopum, si nullam grauem necessitatem uel negotium difficilem uidetur habere, ulterius abesse ecclesia et contristare populum sibi conmissum.

OMNES EPISCOPI DIXERVNT:

Et h*a*ec sententia uidetur esse decentissima.

Θ 13. persona *cod* hec *cod* 15. **his** *cod*: *scilicet* is 16. **astutia** *scripsi cum Gr* πανουργίας: astutiam *cod* ad se iam *Ball* abstraat *cod* 17. hac *cod* 22. inumanum *cod*

XV 1. **Memento** *cod*: *quasi e Gr* μέμνησθο 8. **prode est** *cod*: *uide Rönsch* Itala und Vulgata *p* 468 10. **difficilem** *cod*, *fortasse recte* 14. hec *cod*

## IV

### Textus latinus
*codicis t*

tractet ecclesia, ne persona dehonestetur et uilescat aepiscopi: *can* XI quia haec solet occasio tumultum excitare, dum per artes huiusmodi sedis alienae iura sibi preripere concupiscunt, eam quae fuerat eis assignata relinquere non dubitantes ecclesiam et ad alteram transeuntes. de hoc igitur definiendum est tempus, quia et non recipere coepiscopum suum inhumanum et durum est. meministis autem superiore tempore patres nostros constituisse ut, si quis laicus qui commoratur in ea ciuitate si dominicos tres dies id est per tres septimanas non fuerit cum plebe collectus, communione priuetur: si ergo haec circa laicos constituta sunt, non licet nec decet ut aepiscopus, si nullam tam grauem habet necessitatem nec tam difficilem causam, diutius a sua cesset ecclesia populumque contristet qui sibi commissus est.

VNIVERSI DIXERVNT:

Placet ista sententia, quam honestate plenam esse statuimus.

14. alienet *cod** · 19. **recipere**: *t* relinquere *cod* e l* 16 *supra* (*corr m p*) **coepiscopum**: episcopum *cod** (*iure conicias in exemplari scriptum esse* ep̄m coep̄m *cum authentico*)

I

**Authenticum latinum**

(*pp* 477-479 *supra*)

[x] OSSIVS EPISCOPVS DIXIT:

*sed ne rerum ueritas Friderico Maassen penitus eluxisset, id uetuit quod codicis* Y *minoris quam oportebat momenti testimonium aestimauerat. is enim codex, Vindobonensis* 2141, *aetate codici Frisingensi tantum non aequalis, cum maiorem sylloges Quesnelianae partem contineat et ideo inter codices Quesnelianos ab ipso* (*p* 487) *recenseatur, inde a primo canone Antiocheno l* 14 (*uide tom nostrum* II *p* 234 *col b*) *transit ad syllogen Maassenianam siue Romanam.*

*et ideo non solum canones Antiochenos Laodicenses Constantinopolitanos uerum etiam gestorum nostrorum initium una cum codice Frisingensi praebet. quod tamen scribitur loc cit* 'Nach Cap. lxi ist die erste Sitzung des carthagischen Concils vom Jahre 419 in derselben Gestalt eingeschoben, in welcher sie von der Sammlungen der freisinger [= ϝ] und der würzburger [= W] Handschrift gebracht wird', *fallitur uir clarissimus. in codice enim* ϒ *post absolutos canones Constantinopolitanos* XI (*fol* 106 *a*), *omissis scilicet et canonibus Serdicensibus* (g) *et paparum quos supra enumeraui litteris* (h), *sequitur sine interuallo concilii Carthaginensis actio prima a.d.* viii *kal: Iun: habita, una cum symbolo et canonibus interprete Caeciliano Nicaenis, quibus subiunguntur et episcoporum subscriptiones* (*foll* 106 *a*–114 *a*). *eandem hucusque concilii Carthaginensis repraesentant formam codices* ϒ ϝ, *eundem fere habent titulum* INCIPIT CONCILIVM HABITVM APVD CARTHAGINEM AFRICAE P·C· GLORIOSISSIMORVM IMPERATORVM HONORI ·[X]II· ET THEODOSI ·VIII· AVGVSTORVM ·VIII· KL· IVNIAS CARTHAGINE IN SECRETARIO BASILICAE FAVST[I]. *sed post actionem hanc priorem in contrarias eunt partes. quippe in* ϒ *nullis interpositis sequitur* epistula ad Bonifatium data a. d. vii kal. Iunias, *et post epistulam, uacante dimidia pagina* (*fol* 115 *b*), *nihil: in* ϝ *epistulae illi praemittuntur canones sex in actione secunda* (*scilicet* a. d. iii kal. Iun.) *statuti, una cum subscriptionibus huius actionis non alibi repertis, uide pp* 591, 592 *supra, subiunguntur* epistulae Cyrilli et Attici, *necnon longa series epistularum decretalium secundum ordinem temporum, inde a Bonifatio usque ad Gelasium. inter quas primum tenet locum* epistula Bonifatii ad legatos suos Faustinum Philippum et Asellum data (I : *uide p* 565 *supra*), *quartum* epistula concilii Africani data ad Caelestinum (V, *uide pp* 614–622), *utraque ut uidetur loco secundum tempus et annum apto; ita ut uideatur epistula ad legatos fortasse prima esse inter epistulas Bonifatii, epistula ad Caelestinum anterior esse epistulis a Caelestino ad diuersos qualescumque datis.*

*quae cum ita sint, quam rationem inter codices* ϒ *et* ϝ *interesse censeamus? suspicor equidem priscam sylloges formam a solo* ϒ *conseruari, quae, cum nihil comprehendat posteriorem epistulae ad Bonifatium datae, syllogen repraesentat* (*ita licet conicere*) *Romae, post acceptas ab Africa actionem primam* (*diei* 25 *mensis Maii*) *concilii Carthaginensis et epistulam sequenti die ad Bonifatium scriptam, sine magna mora esse conpositam, certe ante acceptum ab Africanis Attici responsum Nicaenorum symboli et canonum nouam tradens interpretationem, cuius sunt* 'exemplaria directa sub die VI kal: Decemb:' *eodem anno* 'Bonifatio urbis Romae episcopo', *uide p* 104 *col b et p* 609 *supra.*

*priscae sylloges formae, codicis* ϒ *archetypo, utrum inessent concilia Ancyritanum Neocaesariense Gangrense et Serdicense* (*quippe quae omnia scriba codicis* ϒ *potuisset omittere, ut a se secundum sylloges Quesnelianae formam, uide Maassen p* 495, *iam descripta*) *incertum est, sed adfirmare potius quam negare uoluerim. quod si recte adfirmatur, ea quae de* ϝ *sub litteris* a–i *p* 623 *dicta sunt, et de archetypo codicis* ϒ *dici possint, si tamen excipias* h *et partim* i. *hic ut iudico publici iuris ante finem anni* 419 *factus est: illa* (*scilicet quae codici* ϝ *et indici codicis* W, *Maassen p* 553, *communia sunt, Attici et Cyrilli responsa necnon Africanorum ad Caelestinum papam data epistula*) *non multis postea annis adiecta sunt. plena quam habemus codicis* ϝ *sylloge, materiam suppeditante Romanae ecclesiae scrinio, ad finem saeculi quinti exarata est. sylloge siue incepta siue aucta siue completa Romanorum hominum operam rationem consilium expressit: nec nos lateat Romanos* (*quod forte uix par erat exspectare*) *epistularum Africanorum Bonifatium et Caelestinum acriter insectantium memoriam nobis fideliter tradidisse.*

*consentientibus* (*ut plerumque fit*) *codicibus* ϝ *et* ϒ, *testimonium siue* ϝ ϒ I J S *contra Dion, siue* ϝ ϒ *Dion contra* I J S, *fere semper recepi; discrepantibus* (*quod non ita raro fit*) ϝ *et* ϒ, *traditionem codicum* ϒ I J S *et antiquiorem et meliorem iudicaui, uide* Conc Carth *ll* 57, 61, 105, 214, 253, 258, 268, 276, 279, 307, 308, 315, 323 *etc*, 333 *etc*, ep. ad Bonifatium *tit l* 6, *ll* 2, 4, 6, 44, 90, 93, 97, 117, 146, 154, 184, 188. *semel tantum lectionem anteposui codicum* ϝ *Dion, p* 597 *l* 11, episcopo Zosimo, *cf quae disserui p* 608: *sed uide etiam lectiones p* 590 *l* 379

# SVPPLEMENTVM NICAENO-ALEXANDRINVM

## SIVE

# CONCILIORVM NICAENI ET SERDICENSIS

## SYLLOGE

## A THEODOSIO DIACONO [CARTHAGINENSI] ADSERVATA

### SECVNDVM CODICEM VNICVM VERONENSEM BIBLIOTHECAE CAPITVLARIS LX (58) SAEC. VII–VIII

**Index rerum omnium quae in codice Veronensi LX (58) continentur**

**Index rerum quae ex ista sylloge deriuantur apud editionem nostram**

A. QVAE AD CONCILIVM NICAENVM PERTINENT



B. QVAE AD CONCILIVM ORIENTALIVM SERDICENSE SIVE PHILIPPOPOLITANVM PERTINENT



C. QVAE AD CONCILIVM SERDICENSE PERTINENT



D. QVAE AD S. ATHANASII VITAM PERTINENT



*Luculenter de iis quae in codice isto continentur disseruit vir clarissimus Eduardus Schwartz Monacensis* Zur Geschichte des Athanasius II (Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philologisch-historische Klasse 1904 iv 357–91); (*et iterum*: Über die Sammlung des Cod. Veronensis LX [Zeitschrift für neutestamentliche Wissenschaft 36. 1935. 1]. *Post F. Maassenium* Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I *Graz* 1870 1. 546 *de sylloge Theodosiana egit C. H. Turner* The Verona MSS of canons: the Theodosian MS and its connection with St. Cyrill. *in* The Guardian *Dec.* 11 A.D. 1895 *p* 1921. *Cf* Journal of Theological Studies 30. 1929. 116.—H. G. O.)

*The Editor left no material for this page.*]

[*The Editor left no material for this page.*]

## Sylloge Alexandrina
## a Theodosio diacono [Carthaginensi] adseruata

### A. Quae ad concilium Nicaenum pertinent

### 1. Concilii Nicaeni symbolum et canones

(*cod* Θ *fol* 37 *a*)

*Vide interpretationem Caeciliani pp* 103–142 *supra*

### 2. Concilii Nicaeni ad ecclesiam Alexandrinam et episcopos Aegypti Libyae et Pentapolis epistula

(*cod* Θ *fol* 70 *a*)

DE ORDINANDIS EPISCOPIS

SANCTA ET MAGNA SYNODVS PER DEI GRATIAM ECCLESIAE ALEXANDRIAE DILECTISSIMIS FRATRIBVS PER EGYPTVM LIBIAM ET PENTAPOLIN. *QVI* APVT NICEAM CIVITATEM COLLECTI SANCTVM ET MAGNVM CONCILIVM CONSTITVERVNT, IN DEO SALVTEM.

Quoniam per gratiam Dei, piissimo imperatore Constantino nos congregante ex diuersis ac multis prouinciis sancta ac magna synodus apud Niceam conuenit; omnimodis necessarium uisum est a sacro concilio etiam ad uos litteras dare, ut cognoscatis quae sunt mota, quae uentilata, quae uero placita. primum quidem examinatum est de impie- *fol* 70 *b* tate ac scelere Arrii | et eius sociorum su*b* presentia piissimi imperatoris Constantini: et ex omnium sententia definiimus anathematizare glorificationem eius impiam et uerba maledica ac sensus quibus utebatur blasphemans Dei Filium, et dicens ex nihilo esse, et antequam nasceretur non fuisse, et fuisse tempus quando non erat, et propria potestate uirtutis ac malitiae esse capacem, Filium Dei asserens creaturam esse et facturam. haec omnia possuit anathema sanctum concilium, sed nec audire glorificationem impiam et inmanitatem ac maledica uerba sustinuit. et ille quidem quem exitum uel finem habuerit meritorum, forsitan audistis uel audietis, ne insultare homini uideamur ob pro*p*rium peccat*um* digna perpesso. tantum autem preualuit eius impietas, ut etiam cum eo pateretur

---

*Etiam huius epistulae Graecum textum habes apud Athanasium de decretis Nicaenae syndi c* 36 (II 35 *Opitz*), *Socraten* i 9 *et Gelasium Cyzicenum* H. E. ii 34, *Loeschke-Heinemann in sua editione critica, Berlin* 1918 *p* 120; *necnon apud Theodoretum* H. E. i 9. *latinam ex nostro codice interpretationem ediderunt Ballerini* S. Leonis Opera III 587 (=*Migne* P. L. lvi 830) *et post eos Mansi* Concilia II. *graecum textum et latinam interpretationem editione critica adornauit Opitz* Athanasius' Werke *tom* iii *p* 47 *Urk* 23. *notandum est codicem nostram ad finem epistulae nonnulla omisisse*

**Qui** *e coniectura suppleui*: *om cod*

2. imp̄ *cod* 3, 4. hac *bis cod* 6. **a sacro concilio** *cod*: *Gr* παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου 7, 8. que *ter cod** 10. scellere *cod* **sub presentia**: supresentia *cod* 13. **glorificationem** *cod* (*et l* 22): *Gr* δόξαν 14. **maledica** *scripsi* (*cf l* 23): male dicat *cod* male dicta *Ball* 20. **et** *om cod** (*corr m p*) factura *cod** 23. hac *cod* 27. **ob proprium peccatum** *scripsi e Gr* δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν: obprobrium peccato *cod*

## 2. Concilii Nicaeni ad ecclesiam Alexandrinam epistula

Theonas de Mar*ma*rica, et Secundus de Ptolomaide, nam et ipse quoque eadem meruit. sed quoniam Dei gratia illa mala glorificatione et blasphemiis ac personis presumentibus sibi separationem et *h*eresim facere pacific*o* ab initio populo, Egiptum li*b*erauit; de temeritate Meletii et ordinatorum ab eo qu*ae* statuta sunt, uobis ind*i*camus, dilectissimi fratres.

Placuit igitur cum Meletio quidem humanius agere (sancto concilio benignius conmoto, pro enim certa ratione nullam indulgentia*m* merebatur); manere in ciuitate sua, nullamque habere potestatem | *fol 71 a* neque proue*h*endi neque ordinandi episcopos, siue in territoriis siue in aliqua ciuitate huius rei causa apparere. ordinato*s* sane ab ipso in archano, ordinatione firmata, communicare; sub hac uidelicet conditione ut teneant quidem *honorem* et ministrent, secundos autem esse sine dubio omnium qui sunt in parociis et in ecclesiis sub carissimo et conministro Alexandro. quibus ne liceat quos uoluerint ordinare, aut pro nomine alicuius suggerere, uel omnino quid facere sine uolumtate episcopi catholic*ae* et apostolic*ae* ecclesiae. qui uero sub Alexandro sunt, qui per Dei gratiam et uestras orationes in *n*ullo delicto repperti sunt, sed sunt inmaculati in catholica et apostolica ecclesia constituti, habeant potestatem proue*h*endi nominandi et eligendi dignos clero, omnia denique facere secundum legem et ordinem ecclesiasticum. si autem euenerit quosdam quiescere in ecclesiis, tunc ad honorem accedere mortui nunc susceptos; tantum si quis dignus uideatur et populus uoluerit, consentiente et confirmante catholic*ae* et apostolic*ae* episcopo Alexandri*ae* ecclesi*ae*. hoc autem omnibus aliis concessum est: nam in Meletii persona non placuit, propter insitam eius insaniam et morum procacitatem adque temeritatem; quo nulla potestas auctoritatis concedatur homini praeualenti ad easdem insolentias repedare. |

H*a*ec sunt precipua et pertinentia ad *fol 71* Aegyptum et sanctam ecclesiam Alexandriae. si quid uero aliud est redactum ad regulam uel decretum presentibus nobis cum carissimo et conministro nostro Alexandro, presens ipse refer*e*t utpote dominus ac socius actita*to*rum.

EXPLICIT. DEO GRATIAS. AMEN.

30. Marrica *cod* 34. presummentibus *cod* 35. eresim *cod* pacifica *cod* 36. **egiptum** *cod*[2] (*sed m p*): eptum *cod** liuerauit *cod* 38. que *cod* **indicamus** (*Gr* ἐμφανίζομεν: indacamus *cod*

40. cumeletio *cod** 43. indulgentiamerebatur *cod* 44. suam *cod** 45. proueendi *cod* 47. ordinatosane *cod* 48. **in archano** *cod*, *quasi e Gr* μυστικῶς *non* μυστικωτέρᾳ 50. **honorem** *suppleui e Gr* τὴν τιμήν: *om cod*, *fortasse per homoeoteleuton* 57. catholice et apostolice *cod* 60. **in nullo** *Ball*: in ullo *cod* 62. proueend*i* *cod* 63. cleros *cod* 66. quodam *cod** (*corr m p*) 69. onsentiente *cod** 70. catholice et apostolice episcopo Alexandrie ecclesie *cod** *ut uid* 77. **repedare** *scripsi* ('repedare recedere' *Festus*): reppedare *cod*

79. Hec *cod** pertinentiad *cod** 80. ecclecclesiam *cod* 83. carrissimo *cod* 84. preses *cod** (*corr ut uid m p*) **referet** *Ball*: refert *cod* **utpote** *Ball*: ut potest *cod* 85. **actitatorum** *scripsi*, *cf p* 657. 37 *infra*: actitarum *cod* actorum *Ball.*

EXPLICIT . . . AMEN: *notandum est ante has uoces inseri notitiam de concilio orientalium Sardicensi-Philippopolitano, quam infra inuenies p* 637

### 3. Imperatoris Constantini de concilio Nicaeno ad ecclesiam Alexandrinam epistula

(*cod* Θ *fol* 112 *b*)

EPISTVLA CONSTANTINI DE SYNODO NICENA

CONSTANTINVS PIVS CATHOLICAE ORTHODOXORVM ECCLESIAE PER ALEXANDRIAM

Gaudete, fratres dilectissimi. perfecte gratiam accepimus a diuina prouidentia, ut omni errore liberati unam et ea*n*dem cognoscamus fidem. diabolo iam nihil aduersus nos licebit: omnia enim excogitans machinatus est. funditus peremtae sunt discordiae schismatic*ae* conturbationes: illa dissensionum, ut ita dicamus, uenena mortifera per iussionem Dei exorta ueritatis claritas uicit. unum itaque nomen cuncti adoramus et esse credimus. ut uero hoc fiat, Dei commonitione conuocaui in Nicena ciuitate plurimos episcoporum, quibus et ego ipse, tamquam unu*s* ex uobis, conseruus ut aestimo ad deum, mirabiliter gaudens suscepi | *fol* 113 *a* et ipsius ueritatis examen. dicta igitur sunt omnia, et diligenter examinata quecumque dubietas discordiam generabat. et parcat diuina maiestas! qualia et quam s*a*eua de nostro Saluatore, de spe et uita nostra, indecenter maledicebant qu*i*dam contraria diuinis loquentes scripturis et *c*redere se confitentes. trecentis itaque episcopis et amplius, castitate adque sollertia mirabilibus, unam ea*n*demque fidem, que etiam diuinae legi conuenit, † suadere † adfirmantibus, solus Arrius dissensit iniquitate diabolica uictus: et hoc malum primum aput uos, deinde aput alios, inpia mente seminauit. expectemus igitur omnipotens Deus prestiterit ueniam: reuertamur ad dilectissimos nostros fratres, a quibus nos diaboli quid*a*m minister inpudens separauit, et uera nostra membra omni studio mereamur. hoc enim sollertiae fidei et sanctitati conuenit uestre, quo, illius errore conprobato quem inimicum cons*te*t esse dei, ad diuinam gratiam reuertamini. quod enim trecentis decem et octo placuit episcopis, aliut nihil est nisi Dei sententia, ubi precipue et sanctus Spiritus tot ac talium uirorum mentibus inpositam uoluntatem diuinam inluminauerit. quare nullus differat, sed prompto animo ad uerissimam uiam reuertamini; ut quantum † ea gratia † ad uos peruenero debi*tas* omnipotenti | *fol* 113 *b* Deo uobiscum confitear gratias, quod religiosam fidem demonstrans optabilem nobis tribuit caritatem.

Deus uos conseruet, fratres.

EXPLICIT

---

*Graecum huius epistulae textum habent S. Athanasius* de decretis Nicaenae synodi *c* 38 (*tom* ii *p* 37 *Opitz*), *Socrates* H. E. i 9 *et Gelasius Cyzicenus* H. E. ii 37 (*uide Loeschke-Heinemann in sua editione critica, Berlin* 1918 *p* 128): *latinam e codice nostro interpretationem iam primus edo* (*cf.* Athanasius' Werke *tom* iii *p* 52 *Urk* 25 *Opitz, ubi inuenies textum graecum apparatu critico instructum. alteram interpretationem latinam secundum cod Paris lat* 1682 *edidit E. Schwartz* Acta conciliorum oecumenicorum *tom* iv *pars* 2 *p* 101.—H. G. O.)

1. **fratres dilectissimi**: ff̄ dd̄ *cod* 3. eadem *cod* 7. peremte *cod* schismatice *cod* 8. **conturbationes** *cod, cum Gr* θορύβους dissesionum *cod** ut ita | ut ita *cod* 13. commontone *cod** conuocauit *cod* 15. **unus** *scripsi*: unum *cod* 17. **suscepi** *scripsi*: suscepit *cod* 21. seua *cod* 23. **quidam** *scripsi*: quaedam *cod* 25. gredere *cod* 27. eademque *cod* 29. suadere *cod*: *Gr* εἶναι 33. **igitur**: *fortasse supplendum* quam, *cum Gr* ᾗν 36. **quidam** *scripsi, cum Gr* τις: quidem *cod* 40. constit *cod* 42. **trecentis decem et octo** *cod*: *sed Gr* τοῖς τριακοσίοις *tantum* 45. **ac**: hac *cod* 46. **inpositam** *cod*: *fortasse legendum* insitam (*Gr* ἐγκείμενον) 49. **quantum ea gratia** *cod*: *Gr* ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω 50. **debitas** *scripsi, cum Gr* ὀφειλομένας: debi (*ad finem paginae*) *cod* 51. **uobiscum**: ubc̄ *cod*

## 4. Imperatoris Constantini aduersus Arrium rescriptum

### secundum codicem Θ *fol* 113 *b*

EPISTVLA CONSTANTINI

VICTOR CONSTANTINVS MAGNVS PIVS EPISCOPIS †PER QVE† LOCA ET POPVLIS

Maliuolus et inpius Arrius imitatus diabolum iuste meretur ea*n*dem illi ferre infamiam. sicut enim Porphyrius pietatis inimicus libros aduersus religionem conponens condignam mercedem inuenit, ac talem ut in posterum tempus inproperio dign*us* repperiatur ac multum mala gloria repleatur et corrumpantur eius impii libri: ita nunc placuit Arrium et ei consentientes Porphirianos uocari, ut *qu*orum more*s* sunt imitati horum habeant nuncupationem. ad hec sicubi

---

*Hanc edicti Constantiniani formam, iam primum publici iuris factam, e graeco textu apud S. Athanasium* de decretis Nicaenae synodi *c* 39 (*tom* ii *p* 37 *Opitz*) *et Socratem* H. E. i. 9 *et Gelasium* H. E. ii 36 (*uide Loeschke-Heinemann in sua editione critica, Berlin* 1918 *p* 128) *adseruato translatam esse, nemo non confitebitur qui latinum cum graeco contulerit. contra textus iste quem e regione* (*uide col b*) *typis mandaui, pro authentico, ut mihi quidem uidetur, habendus est.* (*Habes textum graecum una cum interpretatione utraque latina et syriaca apud* Athanasius' Werke *tom* iii *p* 66 *Urk* 33 *Opitz.*—H. G. O.)

PER QVE (*ad finem lineae*) *cod*: *fortasse legendum* QVI PER

1. **Maliuolus et inpius . . . diabolum**: *collato textu graeco necnon epistulae authentico* (*uide col b*), *scribendum uidetur* maliuolos et inpios *et omittendum* diabolum  2. merentur eadem *cod*  7. **dignus** *scripsi*: digna *cod*  **multum**: *fortasse scribendum* multa *cum Gr* πλείστης κακοδοξίας  8. mala *in ras* (*sed corr m p*) *cod*  11. **quorum**: corum *cod*  moresunt *cod*  horum | horum *cod*

### eiusdem rescripti authenticum

INCIPIT LEX LATA CONSTANTINI AVGVSTI DE ARRII DAMNATIONE ADQVE OMNI SCRIBTVRA AB EO IGNI TRADENDA

IMPERATOR CONSTANTINVS AVGVSTVS EPISCOPIS ET PLEBIBVS

Arrius qui malignos adque impios imitatus est, iustum est ut cum his una eademque inuratur infamia. sicut enim Porpyrius diuini cultus inimicus noua quaedam adque impia constituta aduersum religionem depromens dignam mercedem inuenit meritis suis, ut OMNE TEMPVS Prou xviii 1
tamquam qui de iniquitate gloriam captiuauerit EXPROBRABILIS habeatur; cuius decreta impiissima placuit pessimari: ita etiam nunc Arrium eiusque consilii participes Porphyrianos placuit appellari, ut quorum mores sunt imitati,

---

*Legem istam primus typis mandauit Eusebius Amort* Elementa Iuris Canonici Veteris et Moderni (*Ulmii* A.D. 1757) ii 475, *e codice Diessensi* (*qui codex nunc Monacensis est* lat 5508: *noster* D): *codices ipse contuli* f (*Monac* 6243, *fol* 1 *a*: *saec.* viii), *s* (*Sessorianum bibliothecae Victoris Emmanuelis* 2102, *fol* 203 *a*: *saec.* viii *exeunt.*), *et r* (*Vallicell* A 5, *fol* 230 *a*: *saec.* ix *exeunt.*)

DAMNATIŌ *s*  OMNI SCRIBTVRA *scripsi*: OMNI SCRIBTA f (*unde fortasse legendum* OMNIA SCRIBTA) OMNI SCRIP̄ *s* OMNIS SCRIPTVRA *r*

2. **ut** f *s*: et *r*  3. **inuratur** *s*: inuratus f iniuratus *r*  **enim** f: *om s r*  4. **Porpyrius** f: Porphirius *s r*  5. **aduersum** f *s*: aduersus *r*  6. deprimens *r**  7. omni *r*  tempor *r*²  9. **captiuauerit** f *s*: captauerit *r*  **exprobrabilis** *r*: exprobabilis f exprobalis *s*  **habeatur**: abeatur *s* adeatur? *r**  12. particeps *r*  **Porphyrianos** *scripsi*: Porphyrianus f Parphirianus *ut uid s* Porphirianus *r** Porphirianos *r*²  13. imitatio *r**

### 4. Imperatoris Constantini aduersus Arrium rescriptum

**secundum codicem Θ**

liter*e* uel tractatus ab Arrio conpositus repperitur, igni conuenit tradi, ut non solum eius doctrinae prauitas corrumpatur sed nec eius memoria relinquatur. illut tamen predico, quod si quis libros ab Arrio conpositos fuerit reppertus abscondens, ac non statim proferens igne consumpserit, huic damnum est mor*s*: mox etenim conprehensus in hoc capitalem penam subibit.

EXPLICIT

**eiusdem rescripti authenticum**

eorum et in uocabulis socii habeantur. ad haec autem addimus ut si quid scribturae ab Arrio confectum inuenitur, tradatur incendio concremandum: ut non solum scaeua quae sunt eius doctrinae depereant, sed nec ullus illius commentarius relinquatur. illud autem ante omnia denuntiamus quod si quispiam ab Arrio confectum opusculum habere fuerit deprehensus, uel absconditum minime tradiderit exurendum, damnum huic sola mors erit: confestim enim proditus aut conuictus capitali iudicio subiacebit.

EXPLICIT

---

13. **litere** (*sc* litterae) *scripsi*: liter *cod* 21. mor *cod* 22. **subibit**: + P∗ (PF, *scilicet* praefecto ?, *cod**) *cod*

14. **in** *f s*: *om r* 15. addemus *s* **quid**: qui *s** (*sea corr m p*) 16. **ab Arrio** *r s*: ab Arrium *f* 17. tradantur *r** 18. **scaeua** *s*: sceua *r* scheua *f* 19. **ullus** *f s*: *om* (*ob uocem sequentem* illius) *r* 20. **commentarius** *f s*: commentum *r* 23. dep̄hensus *f* 24. **exurendum** *f s*: extorrendum *r* **damnum** *f*: *om per homoeoteleuton r s* 26. **proditus** *f*: prodetur *r s* capituli *r**
EXPLICIT *f*: *om r s*

## 5. Episcoporum Aegyptiorum necnon Petri Alexandrini scriptae de causa Meletii epistulae

(*cod* Θ *fol* 113 *b*)

INITIVM EPISTVLE EPISCOPORVM |

*fol* 114 *a* ISYCHIVS PACHVMIVS THEODORVS PHYLEAS MELETIO DILECTO ET CONMINISTRO IN DOMINO SALVTEM.

Simpliciter ratione incerta uerba estimantes quae de te audiebantur, quibusdam ad nos peruenientibus nuntiantur aliena *a* more diuino et regula ecclesiastica quae a te conantur, immo magis fiunt; quae nec auribus suscipere uellemus considerantes in magnitudine audaciam et conatus incertos. sed quoniam in presentia aduenientes multi fidem his inposuerunt et contestari facta non dubitabant, nimis admirati conpulsi sumus has litteras conficere ad te. qualem enim commotionem et tristitiam communiter omnibus et singillatim unicuique prebuit a te facta ordinatio in paroeciis ad te minime pertinentibus, nec dicere etiam preualemus, pauca tamen te arguentes non cessabimus. lex est patrum et propatrum, quam nec ipse ignoras, constituta secundum diuinum et ecclesiasticum ordinem (nam cuncta pro Dei placito et zelo meliorum ab ipsis est constitutum et fixum) in alienis paroeciis non licere alicui episcoporum ordinationes celebrare. quae lex bene nimis magna est, et cum sapientia adinuenta: quoniam primum oportet conuersationem et uitam eorum qui ordinantur cum magna scrupulositate | scru- *fol* 114 *b* tari, deinde ut omnis confusio et turbela auferatur. uix enim unusquisque paroeciam regere poterit suam, et magna sollicitudine multisque cogitationibus ministros reperire, cum quibus omne tempus uitae transegit et in manibus eius sunt educati. tu autem nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum et Christo susceptorum per successiones legem, neque magni episcopi ac patris nostri Petri honorem, ex *quo* cuncti per spem quam habemus in Domino Iesu Christo pendemus, nec nostris incarcerationibus et temptationibus et cottidianis ac multiplicatis obprobriis nec obpressionibus et angustiis aput omnes placatus, omnia pariter euertere ausus es. pro quibus

---

*Haec quae sequuntur* (*usque ad p* 636), *ad Meletii schisma pertinentia, primus publici iuris fecit e codice nostro Veronensi Veronensis ipse illustrissimus Scipio Maffei in duobus libris,* Osservazioni letterarie iii 11 (A.D. 1738: *hunc librum ipse non uidi*) *et* Istoria Teologica (*Tridenti* A.D. 1742) *p* 254: *graeca harum epistularum ueritas nusquam apparuit.* (*epistulas de causa Meletii scriptas post E. Schwartzium* (Nachrichten der k. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen, 1905 *Heft* 2 *S* 177) *editione critica adornauit F. H. Kettler* Zeitschrift f. neutestamentliche Wissenschaft 35 1936. 159 *sqq.*—H. G. O.)

1. **Simpliciter ratione** *scripsi*: simplicite-ratione *cod*: simplici ratione *Maffei* 2. que *cod* 3. nuntiatur *cod* 4. **aliena a more** *Maffei*: alienamore *cod* 5. que *cod* 6. que *cod* 8. connatus *cod* 10. **contestari** *Maffei*: contestati *cod* 13. **commotionem** *Maffei*: communionem (*nimirum e* communiter *infra*) *cod* 18. **cessabimus** *scripsi*: cessauimus *cod* 25. que *cod* 29. crupulositate *cod* 30. **confusio** *Maffei*: confutio *cod* **turbela** *cod* (*laudat Forcellini-de Vit sub uoce Plautum Apuleium Augustinum et Gaudentium Brixianum*): turbolentia *Maffei* 34. **ministros** *Maffei*: minos *cod* 35. uitaettransegit *cod* 36. **educati** *Maffei*: educam *cod* 41. honore *cod* **quo**:

**5. Epistula episcoporum**

qu*ae* tibi excussationis occassio relinquetur? sed forsitam dic*es*: Egentibus gregibus ac desolat*i*s, pastore non sub*sist*ente, ne multorum incredulitate multi subtrahantur, ad hoc perueni. sed certissimum est illos non egere: primum quia multi sunt circumeuntes et potentes uisitare; deinde, etsi quid ab ipsis neglegentius agebatur, oportuerat ex populo properare ac nos exigere merito. sed sciebant se ministrorum non esse | egenos, *fol* 115 *a* et ideo ad hos petendos non peruenerunt: sciebant quod monentes eos ab hac inquisitione aut dimittebamus aut cum omni scrupolositate fiebat quod utile uidebatur, sub enim arguente et in manibus pro*b*itate constituta cogitabatur. tu autem tam uiliter quorumdam considerans deceptiones et inania verba subreptus ad ordinationes prosiluisti. si enim adstringebant et suffocabant circumstantes te et conpellebant ignorantes ordinem ecclesiasticum, oportuerat te sequente*m* regulam litteris nos edocere, et ita quod expe*d*ire uidebatur fiebat. s*i* forte persuadebant tibi quidam dicentes de nobis finem esse factum—quod nec tibi ipsi erat ignotum quod essent multi euntes et redeuntes ad nos qui poterant uisitare—etsi hoc fuisset, oportebat te maior*is* patris expectare iudicium et huius rei permissione*m*. sed horum nihil cogitans et aliut sperans, immo magis nostri curam non gerens, pr*e*positos quosdam populo prouidisti: nam iam cognouimus et *s*chismata fuisse, quod multis tua displicuit inrationabilis ordinatio. ad hec nec beatissimi prouisoris et induti Christum omnium nostrum apostoli Pauli uerbum suasit morari et propositum facile continere; qui scribens acceptissimo filio Timotheo dicit | MANVS *fol* 115 *b* NEMINI CITO INPOSVERIS NEC COMMVNICAVERIS PECCATIS ALIENIS, I Tim v 22 pariter suam erga illum demonstrans prouidentiam, et exemplum ac legem, qu*a* cum omni scripolositate et cautela eligantur ordinand*i*, adnuntia*ns* in posterum. †tui† et regulae tutum et salubre terminum confirmare studetur.

FIN*IS* EPISTVLE EPISCOPORVM

Hanc epistulam postquam suscepit et legit, nec rescripsit nec ad eos perrexit ad carcerem nec ad beatum Petrum iit: omnibus autem his episcopis presbyteris ac diaconibus Alexandriae aput carcerem martyrium passis, ingressus est statim Alexandriam. erat autem in ciuitate quidam Isidorus nomine, moribus

co *cod* 48. que *cod* 49. **dices** *Maffei*: dicis *cod* 50. **desolatis** *Maffei*: desolatus *cod* pastores *cod* substitente *cod* 51. ne multorum incredulitate ne multi *cod* 63. **uidebatur**: + fiebatur *cod* 64. prouitate *cod* 71. **sequentem**: sequenter *cod* 72. **expedire** *Maffei*: expetire *cod* 73. **si**: se *cod* 78. **maioris** *Maffei*: maiore *cod* **patris**, *scilicet episcopi Alexandrini, uide l* 40 *supra*: *nisi malis legere* partis 79. permissione *cod* 82. **prepositos**: propositos *cod* 84. **schismata** *Maffei*: chrismata *cod* 94. **qua** *Maffei*: qui *cod* 95. eligandtur *cod* **ordinandi** *Maffei*: ordinando *cod*, *fortasse recte* 96. **adnuntians** *scripsi*: adnuntias *cod* **tui et** *cod*, *imperfecte*: tibi ut *Maffei* 97. **salubre** *cod*, *et uox* terminum *nonnumquam in neutro genere adhibetur*, *cf ps-Cyprianum* de laude martyrii 4 (*Hartel* iii 28 *l* 17) 'delictorum finis periculi terminum': *fortasse tamen legendum* salubrem *cum Maffei* 98. **studetur** *cod*: studeas *Maffei*
FINIS: FINE *cod*

*Notitiam et epistolam sequentem* (*p* 636) *edidit P. Battifol* Byzantinische Zeitschrift 10, 1901, 131 *f*.—H. G. O.

1. **legit**: egit *cod** 2. **nec**: *praem* et *cod*

## 5. Epistula Petri Alexandrini

turbulentus, doctoris habens desiderium, et Arrius quidam habitum portans pietatis et ipse doctoris desiderium habens. hii postquam cognouerunt cupiditatem Meletii, et quid esset quod requireret, succurrentes ei, inuidentes scilicet pontificatui beati Petri, (*ut* cognoscatur concupiscentia Meletii), presbyteros quibus dederat potestatem beatus Petrus de paroecia uisitare Alexandriam latente*s* Melitio demonstrauerunt Isidorus et Arrius. commendans eis occassionem Meletius sepa|rauit (*fol* 116 *a*) eos et ordinauit ipse duos, unum in carcere et ali*um* in metallo.

INITIVM EPISTVLE DOMINI PETRI EPISCOPI ALEXANDRIAE

His agnitis beatus Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino epistulam hoc modo.

PETRVS IN FIDE DEI STABILITIS DILECTIS FRATRIBVS IN DOMINO SALVTEM.

Quoniam cognoui Meletium nihil pro utilitatem *agere*, cui nec beatissimorum episcoporum ac martyrum epistula non placuit, sed insuper ingressu*m* nostram paroeciam tantum sibi adsumpsisse ut etiam ex*tra* mea*m* auctoritatem presbyteros et quibus permissum erat egentes uisitare conaretur separare, et (indi*c*ium sue cupiditatis in principatu) quosdam sibi ordinasse in carcere: modo illo obseruate ne ei communicetis, donec o*ccu*rram illi cum sapientibus uiris et uideam qu*ae* sunt qu*ae* cogitauit. ualete.

EXPLICIT

---

9. **doctoris**: *scilicet* '*doctoratus*', *cf Gr* διδασκαλεῖον desidesiderium *cod* 15. **ut cognoscatur concupiscentia Meletii** *Maffei*: et cognoscatur concupiscentiā electii *cod* 17. **de paroecia** *cod*: *fortasse legendum* de carcere 18. **latentes** *Maffei*: latente *cod* 22. **alium** *Maffei*: alio *cod*

ALEXALEXANDRIAE *cod*

**cum**: eum *ut uid cod** Alexanderino *cod**

1. **cognoui** *Maffei*: cognouit *cod* 2. **agere** *supplet ad calcem paginae Maffei*: *om cod* 3. **ac**: hac *cod* 4. **ingressum**: ingressus *cod* 6. **extra meam auctoritatem** *scripsi*: ex mea auctoritatem *cod*: ex mea auctoritate *Maffei* 8. inditium *cod* 10. **carcere**: + et *cod* **modo illo obseruate** $cod^2$ (*sed m p*): modo illobseruate *cod** modo illud observate *Maffei*, *fortasse recte* 11. **donec occurram** *Maffei*: donecorram *cod* 13. que sunt que *cod*

EXPLICIT: + INLVSTRO VIRORVM *cod*

### Sylloge Alexandrina

### a Theodosio diacono [Carthaginensi] adseruata

### B. Quae ad concilium Orientalium Serdicense siue Philippopolitanum pertinent

#### 6. Notitia concilii

(*cod* Θ *fol* 71 *b*)

Tunc temporis ingerebantur molestiae imperatoribus synodum conuocare, ut insidiarentur Paulo episcopo Constantinupolitano per sugestionem Eusebii Acacii Theodori Valentis Stephani et sociorum ipsorum, et congregata est synodus consolat. Constantii III et Constantis II aput Sardicam

---

*Notitiam concilii edidit e codice nostro E. Schwartz* Zur Geschichte des Athanasius II. viii (Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philol.-hist. Klasse 1904 iv 378, 1911, 516).—H. G. O.

2 imppbs *cod* 7 consolatu *cod*[2] **Constantii III et Constantis II** *scripsit Schwartz*: Constantini et Constantini *cod.*—H. G. O.

## 7. Eiusdem concilii pseudo-Serdicensis Symbolum fidei et cyclus paschalis

**secundum codicem Θ** *fol* 79 *a*

SANCTA SYNODVS CONGREGATA EST SARDICAE EX DIVERSIS PROVINCIIS DE PARTIBVS ORIENTIS THEBAIDIS AEGYPTI PALESTINAE PHOENICES SYRIAE COELES MESOPOTAMIAE CILICIAE CAPPADOCIAE PONTI PAPHLAGONIAE GALATIAE PHRYGIAE BITHYNIE HELISPONTI ASIAE PISIDIAE INSVLARVM

*Conciliabuli pseudo-Serdicensis formula fidei, graece sine dubio scripta, nihil aliud est ac symbolum Antiochenum quod uocatur quartum* (*Hahn* Bibliothek der Symbole[3] p 187, *textum praebentibus Athanasio* de Synodis 25, *Socrate* H. E. ii 18, *Nicephoro* H. E. ix 10), *additis aliis anathematibus quae etiam in symbolo Macrosticho* (*Hahn p* 192) *inueniuntur: latine adseruatur apud S. Hilarium* de synodis § 34, *cuius interpretationem in col b inuenies, necnon in* Operis historici fragmento (*pseudo-Hilariano*) A IV 2 (Corpus script. eccl. lat. *vol* lxv *p* 69 *Feder*): *interpres noster, siue eius auctores et patroni, ut pro genuina synodi Serdicensis confessione haberent causa erat sine dubio nomen Serdicense; quod tamen heresim ante alia sapit*, τοὺς λέγοντας ὅτι οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει ἐγέννησε τὸν υἱὸν ὁ πατήρ . . . ἀναθεματίζει κ. τ. λ., *omissa* non *particula, in contrarium et orthodoxum sensum seu illi seu priores uerterant, necnon anathemata aduersus Macedonianos directa symbolo ingesserant. neque soli in hunc errorem irrepserunt: inscriptae sunt* 'ad Africam' *secundum* Opus historicum A IV 1 (*p* 48 *Feder*) *epistula et fides pseudo-Serdicensis, et Africanos praecipue fefellerunt, ut Donatistas qui Augustino de hac re suadere nitebantur, uide eius* Epist. *et Vigilium Tapsensem* contra Eutychen v § 3

*Tit praem* INCIP̄ CANOÑ SARDICENS̄ *cod*[2] (*manu recentiore*)

*Symbolum fidei ediderunt e codice nostro fratres Ballerini* Opera S. Leonis iii 615: *cyclum paschalem primus publici iuris facio.* (*interpretationes latinas, utrasque Hilarianas atque unam in Cod* Θ *adservatam, nec non textum syriacum e cod Paris. syr.* 62 *edidit A. Feder* S. Hilarii Pictauensis Opera iv *p* 68, Corpus script. eccl. lat. *vol* lxv.—H. G. O.)

1. sardice *cod* 3. aegyti *cod* 4. coeles *cod**: coelesiriae *cod*[2] (*manu recentiore*) 5. cilicae *cod* pephlagoniae *cod* 7. helisponto *cod* pidiae *cod** (*sed corr m p*)

**secundum S. Hilarium** *de synodis* § 34

FIDES SECVNDVM ORIENTIS SYNHODVM

SANCTA SYNHODVS IN SERDICA CONGREGATA EX DIVERSIS PROVINCIIS ORIENTALIVM PARTIVM, THEBAIDA AEGYPTO PALESTINA ARABIA PHOENICE SYRIA COELE MESOPOTAMIA CILICIA CAPPADOCIA PONTO PAFLAGONIA GALATIA BITHYNIA HELLESPONTO ASIA PHRYGIIS

*Codices contuli Parisinos* lat. 2630 (*saec.* VI *in.*: *fol* 333 *a*) *et* 8907 (*olim Carnotensem: saec.* VI/VII: *fol* 277 *b*)

1. SYNODVM 2630 2. SYNODVS 2630 SERDICO 2630 5. PHYNICE 2630 CYLE 2630 6. GALATHIA 2630 7. BYTHINIA 2630 ASIA 2630, *cf col a: om*

### 7. Symbolum fidei latine redditum

**secundum codicem Θ**

PANPHYLIAE CA*RI*AE LYDIAE EVROPAE THRACIAE HEMIMONTIS PANNONIAE MOESIAE DACIAE, HANC EXPOSVERVNT FIDEM.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem omnium et factorem, ex quo omnia in celo et in terra nominantur:

et in unicum Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia secula ex Patre natum, Deum de Deo, lumen de lumine, per quem omnia et propter quem omnia facta sunt in celo et in terra uisibilia et inuisibilia, uerbum sapientia et potestas, lumen uerum [sempiternum in omnibus]: qui nouissimis temporibus propter nos homo factus est et creatus ex sancta uirgine, crucifixus et mortuus et sepultus, et *re*surrexit a mortuis tertio die, receptum in celis, sedentem a*d* dexteram Patris, et uenientem in finem seculi iudicare uiuos et mortuos et reddere unicuique secundum facta sua, cuius imperium sempiternum manebit in eterna secula, sedens semper ad dexteram Patris non solum in hoc seculo sed etiam in futuro: |

*fol* 79 credimus et in unum Spiritum sanctum Dei, hoc est Paracletum, quem pollicitus apostolis post in celum ascensionem, misit docere eos et monere omnia; per quem et sanctificantur et uiu*u*nt religiosorum animae in eum credentes.

**secundum S. Hilarium *de synodis* § 34**

DVABVS PISIDIA CYCLADVM INSVLARVM PAMPHYLIA CARIA LYDIA: EVROPAE, THRACIA EMIMONTO MOYSIA PANNONIIS DVABVS HANC EXPOSVIMVS FIDEM.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem et factorem uniuersorum, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur:

credimus et in unigenitum Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia saecula ex Patre genitus est, Deum ex Deo lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia quae in caelis et quae in terra, uisibilia et inuisibilia, qui est uerbum et sapientia et uirtus et uita et lumen uerum; qui in nouissimis diebus propter nos incarnatus est et natus ex sancta uirgine, qui cruci fixus et mortuus et sepultus, et surrexit ex mortuis tertia die, et receptus in caelo est, et sedet in dexteram Patris, uenturus iudicare uiuos et mortuos et reddere unicuique secundum opera eius, cuius regnum sine cessatione permanet in inmensa saecula, sedet enim in dextera Patris non solum in hoc saeculo sed et in futuro:

credimus et in Spiritum sanctum, hoc est Paraclytum, quem promittens apostolis post reditum in caelos misit docere eos ac memorari omnia, per quem et sanctificantur sinceres in eum credentium animae.

---

8. CARIAE: camae *cod*

7. *n*atum *in ras* (*corr m p*) 9. **et propter quem omnia** (*cf ll* 12 25 28 31 36 38 40 42–44): *ea in uncinis quadratis inclusi quae a ceteris huius symboli interpretationibus absunt et emendatoris manui tribuenda sunt* 16. rusurrexit *cod* 17. adexteram *cod* 28. uiunt *cod* 29. **in eum**: in seum (*fortasse ex* se *et* eum) *cod*

8907 9. PAMFILIA 8907 THRACIE 8907 EVROPAE 2630 (EVROPE 8907), *ut supra l* ORIENTALIVM PARTIVM: *caue ne mutes in* EVROPA 10. MYSIA 8907

3. **caelis** 2630 (*Gr* ἐν οὐρανοῖς): caelo 8907

5. **filium eius** 8907: *tr* eius filium 2630 9. **omnia** 8907: *add* et 2630 15. **surrexit** 2630: resurrexit 8907 19. operam 2630 20. immensa 2630 22. et 2630: etiam et 8907

24. *post* **apostolis** *add* suis 8907 26. et per quem et 8907 27. **sinceres** 8907: sincere 2630

### 7. Symbolum fidei latine redditum

**secundum codicem Θ**

Dicentes autem ex nihilo esse Filium uel ex alia substantia [Spiritum] et non ex Deo, et erat aliquando tempus uel seculum quando non erat, alienos nouit sancta et catholica Ecclesia. similiter etiam dicentes tres esse Deos; uel Christum non esse Deum [siue Spiritum non esse Dei]; uel ante secula nec Christum nec Filium [nec Spiritum] Dei esse; uel eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum; uel non natum Filium [uel natum Spiritum]; aut uolumtate uel arbitrio Pater genuit Filium [fecit siue creauit uel demonstra*u*it, sed secundum intellectum omnia scientem Verbum Dei]: hos omnes anathematizat sancta catholica Ecclesia.

33. alieno *cod** (*corr m p*) 43. demonstrabit *cod* 44. **intellectum**: *bis cod* omniam scientem *cod*

**secundum S. Hilarium** *de synodis* § 34

Eos autem qui dicunt de non extantibus esse Filium Dei, uel ex alia substantia et non ex Deo, et quod erat aliquando tempus aut saeculum quando non erat, alienos nouit sancta et catholica ecclesia. similiter et eos qui dicunt tres esse Deos; uel Christum non esse Deum; et Ante saecula neque Christum neque Filium eum esse Dei; uel eum ipsum esse Patrem et Filium et sanctum Spiritum; uel Innascibilem Filium; uel quod neque consilio neque uoluntate Pater genuerit Filium: anathematizat sancta et catholica ecclesia.

41. **filium**: *om* 2630
42. *post* **ecclesia** *add* ita dicentes 2630.

## 7. Cyclus paschalis
### secundum codicem Θ

De pascha autem scribsimus sub̄ xxx annos quoniam xxx annos fecit dn̄s nr̄ in carne super terram; pascha autem facta est xxx anno xxv die martii mensis; conputatur autem primus annus triginta annorum scriptorum in comp*u*tationibus, in quibus faciunt Iudei phascha, prima indictione qu*a*e facta est sub Constantino | [*fol.* 80 *a*] (quo tempore conueni*t* magna synodus in ciuitate Nicaea cum diu quererent ep̄i de pascha), ut conputetur prima indic*ti*o primo anno conputationis, et prima indictio inputata post quintam decimam est xvi anno. positus in conputatione annorum paschae a primo anno conputatur numerus iste usque ad xxx*i* annum qui est primus [mensis aprilis]. possiti autem sunt distinction*i*s numeri iudeorum n̄b sic, quibus supputationibus faciunt iudei pascha.

---

*Cyclum paschalem una cum disquisitionibus subtilibus de cyclis paschalibus Iudaeorum ac Christianorum primus edidit E. Schwartz* Jüdische u. Christliche Ostertafeln *p.* 122 (Abhandlungen der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philol.-hist. Klasse *N.F.* 1905.)—H. G. O.

5. **primus**: *bis cod* 6. comptationibus *cod* 8. que *cod* conueni *cod* 12. **indictio** *scripsi*: indicia *cod* 16. **XXXI annum qui est primus** *scripsi*: XXX annum qui est primus mensis aprilis *cod*, *sed uoces* mensis aprilis *additas esse conicio a scriba aliquo indocto* 18. distinctiones *cod* 19. **n̄b**: *sc* nobis, *ut alibi in codice nostro*

**7. Cyclus paschalis**
**secundum cod Θ**

| | | | |
|---|---|---|---|
| i an̄ | xi mar̄ | v an̄ | xxiii mar̄ |
| ii an̄ | xxx mar̄ | vi an̄ | xvi mar̄ |
| iii an̄ | xviiii mar̄ | vii an̄ | v mar̄ |
| iiii an̄ | xviii mar̄ | viii an̄ | xxiiii mar̄ |
| viiii an̄ | xvi mar̄ | xi an̄ | xxi ap̄ |
| x an̄ | ii mar̄ | xii an̄ | viiii mar̄ |
| xi an̄ | xxi mar̄ | xiii an̄ | xxviiii ap̄ |
| xii an̄ | x mar̄ | xiiii an̄ | xvi mar̄ |
| xiii an̄ | xxv mar̄ | xv an̄ | vi ap̄ |
| xiiii an̄ | xviiii mar̄ | xvi an̄ | xvi ap̄ |
| xv an̄ | v mar̄ | xvii an̄ | xiiii mar̄ |
| xvi an̄ | [x]xxvi mar̄ | xviii an̄ | xiii ap̄ |
| et reliq' qui xiiii an̄ quo | | xviiii an̄ | xxiii ap̄ |
| numero facim̄ | | xx an̄ | xi mar̄ |
| nos christiani | | xxi an̄ | xxx ap̄ |
| i an̄ | x ap̄ | xxii an̄ | xviiii mar̄ |
| *fol* 80*b*] ii an̄ | xxx ap̄ | xxiii an̄ | viii ap̄ |
| iii an̄ | xvi mar̄ | xiiii an̄ | xxviii ap̄ |
| iiii an̄ | vi ap̄ | xv an̄ | xvii mar̄ |
| v an̄ | xvi mar̄ | xxvi an̄ | v ap̄ |
| vi an̄ | xv ap̄ | xxvii an̄ | xxv ap̄ |
| vii an̄ | iiii ap̄ | xxviii an̄ | xvi mar̄ |
| viii an̄ | [x] xiiii mar̄ | xxviiii an̄ | ii ap̄ |
| viiii an̄ | xi ap̄ | xxx an̄ | xxii ap̄ |
| x an̄ | ap̄ | | |

22. (*col d*). xvi : xiii *ut uid cod** 23. (*col b*). xxiiii *cod*² : . . iiii *cod** 24. (*col b*). xi *in ras cod* (xii *ut uid cod**)

### Idem in ordinem uerum redactus

positi autem sunt distinctionis numeri Iudeorum $\overline{\text{nb}}$ sic, quibus supputationibus faciunt Iudei pascha.

| | |
|---|---|
| I annus | XI |
| II annus | XXX |
| III annus | XVIIII |
| IIII annus | VIII |
| V annus | XXVII |
| VI annus | XVI |
| VII annus | V |
| VIII annus | XXIIII |
| VIIII annus | XIII |
| X annus | II |
| XI annus | XXI |
| XII annus | X |
| XIII annus | XXVIIII |
| XIIII annus | XVIII |
| XV annus | VII |
| XVI annus | XXVI |

et reliqui XIIII anni quo numero facimus nos christiani

in conputatione annorum paschae a primo anno conputatur numerus iste usque ad XXXI qui est primus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| I annus | $X^{mus}$ | dies mensis | aprilis |
| II annus | XXX | ,, | martii |
| III annus | XVIII | ,, | aprilis |
| IIII annus | VII | ,, | aprilis |
| V annus | XXVII | ,, | martii |
| VI annus | XV | ,, | aprilis |
| VII annus | IIII | ,, | aprilis |
| VIII annus | XXIIII | ,, | martii |
| VIIII annus | XII | ,, | aprilis |
| X annus | I | ,, | aprilis |
| XI annus | XXI | ,, | martii |
| XII annus | VIIII | ,, | aprilis |
| XIII annus | XXVIIII | ,, | martii |
| XIIII annus | XVII | ,, | aprilis |
| XV annus | VI | ,, | aprilis |
| XVI annus | XXVI | ,, | martii |
| XVII annus | XIIII | ,, | aprilis |
| XVIII annus | III | ,, | aprilis |
| XVIIII annus | XXIII | ,, | martii |
| XX annus | XI | ,, | aprilis |
| XXI annus | XXXI | ,, | martii |
| XXII annus | XVIIII | ,, | aprilis |
| XXIII annus | VIII | ,, | aprilis |
| XXIIII annus | XXVIII | ,, | martii |
| XXV annus | XVI | ,, | aprilis |
| XXVI annus | V | ,, | aprilis |
| XXVII annus | XXV | ,, | martii |
| XXVIII annus | XIII | ,, | aprilis |
| XXVIIII annus | II | ,, | aprilis |
| XXX annus | XXII | ,, | martii |

## Sylloge Alexandrina
## a Theodosio diacono [Carthaginensi] adseruata

### C. Quae ad concilium Serdicense pertinent

### 8. Hosii Cordubensis et Protogenis Sardicensis ad Iulium papam epistula

(*cod* Θ *fol* 80 *b*)

DEFINITIONES APVT SARDICAM

DILECTISSIMO FRATRI IVLIO OSIVS ET PROTOGENES.

Meminimus et tenemus et habemus illam scripturam quae continet catholicam fidem factam aput Niceam: et consenserunt omnes qui aderant episcopi. sed quoniam post hoc discipuli Arrii blasphemias conmouerunt; tres enim questiones motae sunt: quod erat quando non erat; . . . ratio quaedam coegit, ne quis ex illis tribus argumentis circumuentus rennuerit fidem et excludatur eorum spolium et ne fiat, latiorem et longiorem exponere priori consentientem ut igitur nulla reprehensio fiat, haec significamus tuae bonitati, frater dilectissime. priora placuerunt firma esse et fixa, et haec plenius cum quadam sufficientia ueritatis dictari: ut omnes docentes et caticizantes clarificentur et repugnantes obruantur, et teneant catho|licam et apostolicam fidem. *fol* 81 *a*

---

*Ediderunt e codice nostro fratres Ballerini* Opera S. Leonis iii 597: *graece non exstat epistula, sed cf Soz.* H. E. iii 12 § 6
**et Protogenes**: et pro et protogenes *cod** 2. que *cod* 5. **sed quoniam . . . conmouerunt** *transposui: habet post uerba* tres enim . . . quando non (*ll* 6–8) *cod* 6 **blasphemias** *scripsi*: blasphemiae *cod* 7. mote *cod* **quod**: quad *cod* 8 **quando non erat**: *post haec uerba lacunam significaui, duarum enim ex illis tribus 'quaestionibus' uel 'argumentis' adhuc deficit mentio* 8. quedam *cod* 10. circummentus *cod** (*corr m p*) **rennuerit** *scripsi*: renouent *cod*; renouet *Ball*: *totius loci uera lectio in incerto manet* 11. **ne fiat** *Ball*: nefia *cod* (*sub quibus latet fortasse uel nomen uel adiectiuum*) **latiorem et longiorem . . . consentientem** *scripsi*: latior et longior . . . consentientes *cod* 13. reprehentio *cod* hec *cod* 14. tue *cod* 15. **priora** *conieci*: plura *cod* 19. **repugnantes** *scripsi*: prepugnantes *cod* propugnantes *Ball*

## 9. Concilii Serdicensis

### Epistola Synodica cum expositione fidei

(*cod* Θ *fol* 81 *a*)

Sancta synodvs secvndvm Dei gratiam apvt Sar*di*cam collecta ex Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Moesia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Ep*i*ro, Thracia, Europe, Palestina, Ar*a*bia: vbiqve episcopis et conministris catholic*ae* et apostolic*ae* ecclesi*ae*, dilectissimis fratribus.

Multa quidem et sepius ausi sunt Arriani aduersus seruos Dei fidem seruantes rectam; adulterinam enim submittentes doctrinam, orthodoxos persequi temptauerunt. in tantum enim insurrexerunt aduersus fidem, ut etiam bonitatem piissimorum imperatorum non lateat. igitur gratia Dei subueniente ipsi piissimi imperatores congregauerunt nos ex diuersis prouinciis et ciuitatibus, et sanctam hanc synodum aput Sardicam fieri permiserunt, ut omnis discordia pertollat*ur*; tota uero mala fide expulsa, in Christo religio sola aput omnes seruetur. uenerunt enim et de Oriente episcopi, cohortati et ipsi a religiosissimis imperatoribus precipue ob ea qu*ae* rumigerabantur frequenter dilectissimis fratribus nostris et conministris Athanatio episcopo | *fol* 81 *b* Alexandriae, et Marcello episcopo Ancyrae Galatiae, et As*cle*pa. forte enim ad uos peruenerunt de his accusationes; forte et uestras aures temptauerunt mouere, ut ea qu*ae* aduersus innocentes dicunt maledici, cre*d*antur, ac suae molestissim*ae* heresis suspectionem abscondant. sed non diu haec perpetrare permissi sunt. est enim qui prestat patrocinium ecclesiis Dominus, qui pro his et nobis omnibus mortem sustinuit et propterea ascensum ad celos nobis omnibus dedit.

Ol*im* itaque scribentibus Eusebio Mari Theodoro Theo*gnio* Vrsacio Valente Minophanto et Stephano Iulio consacerdoti Romanae ecclesi*ae* episcopo aduersus predictos conministros nostros, hoc est Athanasium episcopum Alexandri*ae* et Marcellum episcopum Ancyrae Galatiae nec non etiam Asclepam episcopum Gazae, scripserunt et de aliis

---

*Epistulam Synodicam habent graece Athanasius* Apologia secunda 42–7 (Athanasius' Werke II 119 *Opitz*) *et Theodoretus* H. E. ii 8, *latine Hilarius* fragm. ex opere historico B ii 1 (Corpus script. eccl. lat. *vol.* lxv *p* 103 *Feder*) *et Theodoreti interpretatio apud Historiam Tripartitam* iv 24: *Athanasius tamen et Hilarius formulam fidei* (*pp* 651–3) *omittunt* (*Hilarium huius epistulae textum authenticum conservasse nemo non intelliget qui textum graecum cum latino Hilariano contulerit. At interpretationem cod* Θ *graecam formam latine reddere constat.*—H. G. O.)

*Ediderunt e codice nostro fratres Ballerini* Opera S. Leonis iii 598 *et novis curis A. Feder loco citato*

2. **Sardicam**: Sarsacam *cod* 3. Italiae Campaniae Calabriae (*fortasse e genetiuo graeco*) *cod* 7. Epero *cod* **Europe** *cod*: *legendum ut uidetur cum gr* Rhodope 8. Arbia *cod* 9. catholice et apostolice ecclesie *cod*

1. Multam *cod* 9. imp͞p *cod* no*s in ras cod* (*corr m p*) 10. **ex diuersis**: exaudiuersis *cod** 13. pertollator *cod* 14. **Christo**: C͞R͞O *cod*, *compendium ut ita dicam inauditum passim in his epistulis adhibens* so|sola *cod* 17. que *cod* 21. **Asclepa**: As|pa *cod* 24. que *cod* 25. **credantur** *Ball cum gr* (*Thdt* πιστεύηται: *Ath* πιστεύσητε): creantur *cod* 26. **ac** *scripsi*: haec (*scilicet pro* hac) *cod* molestissime *cod*

33. **olim itaque** *Ball*: olitaque *cod* 34. **Theodoro Theognio** *scripsi cum gr* (*Thdt*: *nomina praeter Eusebium om Ath*): theodorotheo *cod* theodoro dorotheo *Ball* 36. eccle *cod* 38. hoest cod* (*corr m p*) Alexandrie *cod*

**9. Concilii Serdicensis epistula Synodica**

partibus episcopi, ad*h*ibentes quidem testimonium sinceritati conministri nostri Athanasii, fact*a* autem Eusebii et eius sociorum nihil aliud nisi mendacium et calumniis plena. et licet ex eo quod uocati [sunt] a d*il*ecto nostro et consacerdote Iulio noluerunt occurrere, et ex *h*is qu*ae* scripta sunt ab eodem Iulio, manifesta sit ipsorum calumnia (uenissent enim, si confidissent operibus suis et factis aduersus fratres nostros et conministros); tamen ex his qu*ae* fecerunt in hac sancta et magna synodo, manifestiore*m* suam factionem demonstrauerunt. | *fol 82 a*

Occurrentes etenim aput Sardicam, ac uidentes fratres nostros Athanasium Marcellum et Asclepium, timuerunt ad iudicium uenire; et non solum semel et bis sed sepius uocati, non responderunt uocationibus, uidelicet episcopis conuen*ien*tibus (et precipue bonae senectutis Osio, qui propter tempus et confessionem et tan*t*um laborem omne reuerentia dignus uidetur) et expectantibus et ad*h*ortantibus eos ingredi, quo ea qu*ae* de absentibus conministris rumiger*ar*unt et scripserunt, h*a*ec presentes conuincant. sed uocati non uenerunt, sicut diximus, *de*monstrantes ex hoc calumniam suam, et non solum insidias et factiones fecerunt clamantes per excusationem. qui enim confidunt suis dictis, hii et in presentia ad esse potuerunt.

Quia igitur non occur*r*erunt, extimamus iam nullum ignorare (etsi iterum illi uoluerint astute agere) quoniam nihil habentes aduersus conministros nostros arguere, hos accusant absentes, presentes uero subterfugiunt. fugierunt enim, dilectissimi fratres, non solum propter calumniam quam illis ingerebant, sed etiam propter eos qui diuersis criminibus ipsos appetebant, | quos uidebant occurrisse. *fol 82 b* uincula enim et *c*atenae proferebantur ab hominibus de exilio reuersis, et ab his qui a*d*huc tenebantur in exilio: uenerunt comministri parentes, et amici mortuorum propter ipsos: et, quod maius est, aderant episcopi, et quidam ferrum et catenas offerebant quas propter ipsos po*r*tauerant, alii ex ipsorum insimulationibus mortem contestati sunt. in tanta*m* enim peruenerant inmanitatem, ut etiam auderent episcopos

---

42. adibentes *cod* 44. **facta** *Ball* (*cf gr* τὰ δὲ . . . γενόμενα): facte *cod* 46. plenam *cod* 47. **sunt** *cod*: *uncinis inclusi* delicto *cod* et adconsacerdote *cod* 49. is *cod* que *cod* 50. **manifesta sit** *scripsi* (*cf gr* φανερά): manifestat sit *cod* manifestata sit *Ball* 53. que *cod* 55. manifestiore *cod*

63. **conuenientibus** *scripsi cum gr* συνελθόντων: conuentibus *cod* 65. tanum *cod* **omne** (*gr* πάσης): ex omnem *cod* (*nisi fortasse sub* ex *latet interpretatio uocis* ὑπομεμενηκέναι, *quam post* κάματον *habet gr*) 97. **et adhortantibus**: et adortantibus *bis cod* **quo ea quae de** (*sc* ἵν' ἃ περί, *sed gr* ἵν' ἅπερ): q̊aeaque de *cod* 69. **rumigerarunt** *scripsi*: rumigerunt *cod* hec *cod* 71. **diximus demonstrantes** *scripsi*: diximus sedmonstrantes *cod* 72. **non solum** *cod*: *sed gr* μονονουχί 75. **in praesentia ad esse** *scripsi* (*gr* καὶ εἰς πρόσωπον συστῆναι δύνανται): ad in praesentia esse *cod*, *fortasse ad instar praepositionum* ab ante, de sub *etc*, *de quibus uide Roensch* Itala und Vulgata *p* 234

77. occurerunt *cod* 79. **illi** *cod* ut uid et Ball cum gr* ἐκεῖνοι ibi *cod*[2] (*sed m p*) cum *Theodoreti cod* B G F Cass ἐκεῖ 82. **fugierunt** *cod*, *quasi e* fugire, *cf Roensch op cit p* 285 87. fatenae *cod* 89. abhuc *cod* 90. **comministri** *scripsi cum gr* ἐλθόντες ἦσαν συλλειτουργοί: enim ministri *cod* 94. **portauerant**: potauerant *cod* 96. in tanta *cod*

**9. Concilii Serdicensis epistula Synodica**

uelle interficere; et interfecissent, nisi effugissent manus eorum. surrexit itaque conminister noster beatus Theudulu*s* fugiens eorum insimulationes, iussus enim fuerat ex eorum insimulationibus interire; et alii gladiorum uulnera demonstrantes: nonnulli famem sustinuisse ab ipsis inplorabant. et h*a*ec nobiles homines testabantur. sed ecclesiae omnes erant, pro quibus occurrentes et al*l*egantes d*o*cebant milites cum gladiis, popul*o*s cum fustibus, iudicum minas, falsarum litterarum submissiones (nam lect*a*e sunt litterae Theogenis aduersus conministros nostros Athanasium Marcellum et Asclepam, ut etiam imperatores mouerentur | *fol* 83 *a* contra ipsos: et h*a*ec conprobauerunt qui tunc fuerunt diacones Theogenio), nam et uirginum nudationem, ecclesiarum incendia, carcerem aduersus conministros, et h*a*ec omnia ob aliam nullam causam nisi ob inmemorabilem heresim Arrianorum: excusantes enim horum ordinationem et communionem, necessario h*a*ec sustinebant.

H*a*ec itaque considerantes perducti sunt ad suae uolumptatis interitum; erubescebant enim sua confiteri delicta. et quoniam omnibus patefacta celari non poterant, Sardicam peruenerunt, quo per suum aduentum sinceritatis opinionem adquirant. uisi*s* itaque his quibus calumnias ingerebant, et a se *in*flicti*s*, accusatoribus, testibus, ante oculos inspectis, uocati uenire non poterant; conministris uidelicet nostris Athanasio Marcello et Asclepa multa usis confi*d*entia, inplorantibus et urguentibus adque prouocantibus, et pollicentibus quoque non solum eorum arguere calumniam sed insuper demonstrare qu*a*e *d*eliquerint in ecclesiis ipsorum. illi autem tanto timore percussi sunt conscientiae, ut etiam uerterentur in fugam ac per eam suam calumniam demonstrarent et delicta faterentur.

Et licet ex hoc quod noluerint, et non solum | *fol* 83 *b* ex prioribus sed etiam ex presentibus, ipsorum uersatio conprobata est; tamen ne ex fuga quandam occassionem alterius malitiae ualeant inuenire, cogitauimus secundum ueritatis rationem ab his conmissa uentilare. quo facto, reperimus eos et ex actitatis calumniatores et nihil aliut nisi conministris nostris insidias praeparasse. quem enim dicebant ab Athanasio interfectum Arsenium, uiuit et moratur inter uiuos. ex quo apparet etiam illa qu*a*e de aliis uerbosabantur f*i*cta fuisse. quoniam uero de calice fracto a Macari*o* Ath*an*asii presbytero mentionem fecerunt,

---

99. surrexit *cod cum Thdt* ἀνέστη: ἀπέθανεν *Ath* 100. Theudulu° *cod* (o *e correctura script post*) 104. samem *cod** (*sed corr m p*) 105. hec *cod* **nobiles** *cod*: *fortasse legendum* non ignobiles *cum gr* οὐχ οἱ τυχόντες 108. **allegantes** *Ball*: aligantes *cod* **docebant** *Ball* (*cf gr*): ducebant *cod* 109. populus *cod* 111. lecte *cod* 114. mouerent̄ *cod* hec *cod* 116. **nam** *cod*: *fortasse legendum* etiam 118. hec *cod* 120. excussantes *cod* 122. hec *cod* 123. hec *cod* 124. uoluptatis *cod*[2] 125. enī|enim *cod* 129. **uisis itaque** *Ball cf gr*: uisitaque *cod* 130. **a se inflictis** *scripsi*: asemflicti *cod** adsemflicti *cod*[2] a se afflictis *Ball*; *fortasse legendum* a semet adflictis (*gr* παρ᾽ αὐτῶν παθόντας) 131. inspecti *cod** (*corr m p*) 134. **confidentia** *Ball cum gr* παρρησίᾳ: confitentia *cod* 135. **et urguentibus**: *bis cod* 136. pollicemtibus *cod** (*sed corr m p*) 138. que *cod* **deliquerint** *scripsi cum gr* ἐπλημμέλησαν: reliquerint *cod* 152. preparasse? *cod** 156. que *cod* **uerbosabantur** *cod*: *uide Roensch* Itala und Vulgata *p* 171 *et Forcellini-de Vit ad loc* **ficta** *Ball cf gr*: facta *cod* 157. de calicem fracto *cod* Macaris *cod* 158. Anathasii *cod* presb' *cod*

**9. Concilii Serdicensis epistula Synodica**

adhybuerunt testimonium hi qui de Alexandriae et Mareotae locis ipsis uenerunt nihil tale esse conmissum: etiam episcopi scribentes de Aegypto ad consacerdotem nostrum Iulium sufficienter firmauerunt ne suspect*i*onem quidem talem fuisse. deinde acta qu*a*e dicebant se aduersus *eum* habere, constitit ex una parte confecta: et in ipsis gestis gentiles et catichumeni interrogati sunt; ex quibus unu*s* catichumenus interrogatus dicebat se intus fuisse quando Macarius ad locum superuenit, et alius interrogatus aiebat Ischiram egrotum in cella iacuisse quem dicunt; ut ex hoc | *fol 84 a* appareat nihil de mysteriis fuisse celebratum, et ex *e*o quod cathechumeni intus consistebant, et *Isch*yram non adfuisse sed egrotum fuisse. nam et ipse pessimus Ischyras, qui mentitus est dicendo A*than*asium ussisse qu*o*sdam diuinos codices, et in hoc suum mendati*um* demonstrauit: nam confessus est illo tempore quo Macarius aduenerat se egrotasse et iacuisse, ut etiam ex hoc calumniator demonstraretur. unde ob hanc calumnia*m* ipsi Ischyr*a*e mercedem dederunt episcopi nomen: qui nec presbyter est, occurrentes enim duo presbyteri qui *qu*ondam cum Melitio fuerunt, postmodum autem a beato Alexandro tunc episcopo Alexandr*ia*e suscepti et nunc cum Ath*an*asio constituti, testimonium prebuerunt hunc numquam Melitii fuisse presbyterum, et omnino non habuisse Melitium aput Mareotam ecclesiam uel ministrum. et tamen eum qui nec esse*t* presbyter nunc prò episcopo produxerunt, ut hoc nomine obstupefaciant audientes eorum calumnias.

Lectus est autem liber conministri nostri Marcelli, et inuenta est Eusebii commen*t*atio. qu*a*e enim proposita questione Marcellus dicebat, h*a*ec tamquam ab ipso confessa fingebant. lecta sunt igitur et h*a*ec et sequ*e*ntia et preterita questionum, et recta fides uiri reperta est; neque enim a sancta Maria, sicut ipsi firmarunt, initium dedit Verbo Dei, | *fol 84 b* nec finem ei in regno, sed imperium sine initio et fine Saluatoris esse conscripsit. Asclepas etiam conminister protulit gesta aput Anthiochiam confecta presentibus accusatoribus et Eusebio de Cesarea; et ex sententiis iudican*ti*um episcoporum ostendit se esse innocentem.

Merito igitur, fratres dilectissimi, frequenter uocati non responderunt, merito fugerunt: conscientia enim coacti, per fugam suas calumnias firmauerunt et credi d*e* se fecerunt qu*a*e presentes

164. **suspectionem** *scripsi cf l* 26: suspectonem *cod* 165. que *cod* 166. **eum** *suppleui cum gr* κατ' αὐτοῦ: *om cod* 169. unum *cod* 173. **quem dicunt**: *fortasse transponendum post* Ischiram (*l* 172) *cum gr* τὸν θρυλλούμενον παρ' αὐτῶν 'I. 175. **ex eo**: exo *cod* 176. consistebat *cod** Escyram *cod* 178. Hischyras *cod* 179. Anathasium *cod* **ussisse** *scripserunt Ball*: iussisse *cod* qusdam *cod* 180. mendatio *cod* 185. hanc calumnia *cod* Hischyre *cod* 186. prb *cod* 187. prbi *cod* 188. **quondam**: condam *cod* 190. Alexandre *cod* 191. Anathasio *cod* 193. prbm *cod* 196. esse *cod* prb *cod*

201. **commentatio** *scripsi* (commenticius *enim idem est ac* fictus): commendatio *cod* que *cod* 202. hec *cod* 204. hec *cod* sequantia *cod* 213. **iudicantium** *scripsi, cf gr* τῶν δικασάντων: iudicandum *cod*

215. **fratres dilectissimi**: FF DD *cod*, *quod utrum* dilecti *an* dilectissimi (*uterque graeco* ἀγαπητοί *satis respondet*) *significet nescio* 219 **credi de se** *scripsi, cf gr*:

**9. Concilii Sardiensis epistula Synodica**

accusatores dicebant ac demonstrabant. qui*d* itaque? super his omnibus etiam depossitos et eiectos ab ecclesia Arrianos non solum susceperunt, sed etiam ad maiorem gradum perduxerunt, diaconum quidem in presbytera*t*um, ex presbiterato uero episcopum, ob nullam aliam causam, nisi ut inpietatem spargant et latitent, piam uero fidem corrumpant.

Sunt autem post Eusebium et eius soci*o*s nunc primates Theodorus de Eraclea, Narcissus Marona Ciliciae, Stephanus Antiochi*ae*, Acacius Cessareae Palestin*ae*, Narcissus Marmie, Minophantus Ephesi Asi*ae*, Vrsacius Singiduno Moesi*ae*, Valens Morsa Pannoniae; qu*i* illos cum quibus de Oriente uenerunt neque aput Asiam in concilio uenire nec ad ecclesiam Dei penitus accedere permittebant. etiam Sardica*m* uenientes per singula qu*ae* | que loca conuentus (*fol* 85 *a*) inter se faciebant, et cum interminationibus possuerunt pactiones sibi, ut cum Sardica*m* uenissent omnino non ingrederentur in iudicio nec cum sancta synodo conuenirent, sed tantum uenientes imaginarie aduentum suum demonstrarent ac uelociter fuger*e*nt. h*a*ec autem scire potuimus a conministris nostris Macario Palestin*ae* et Asterio de Arabia, qui cum ipsis uenerunt et ab eadem incredulitate recesserunt. isti enim ad sanctam synodum uenientes uiolentiam *quam* passi sunt cum lacrimis expossuerunt, nihil autem rectum aput eos fieri dicebant. etiam hoc addebant, esse quosdam rect*ae* fidei, et interminationibus adque accusationibus prohiber*i uenir*e ad nos: hac de caus*a et* in una domo conmanere studuerunt, nullo momento eos separ*ar*i permittentes.

Quoniam igitur non oportebat tacere, et inultas eorum relinquere calumnias uincula homicidia plagas falsas epistulas mulcationes uirginum nudationes exilia ecclesiarum destructiones incendia, translationes de minimis ad

---

credidisse *cod* que *cod* 220. dicebat *cod** **quid itaque** *Ball, quasi cum gr* τί τοίνυν; (*Theodoretus* ἔτι τοίνυν, *Athanasius* ἐπεὶ τοίνυν): qui itaque *cod* 225. **presbyteratum** *scripsi, cf gr*: presbytera|rum *cod* ex presbiterat*o* uero *cod in ras* (*sed m p*) 228. **latitent** *cod*: *gr* πλατῦναι, *unde* latitare (*si lectio codicis recipiatur*) *idem ac* dilatare *significet necesse est; cuius rei exempla aliunde frustra petii* corrumppant *cod*

229. socius *cod* 231, 233. **Narcissus Marona Ciliciae** *et* **Narcissus Marmie** *unius episcopi duo nomina sunt* (*quem etiam infra l* 288 de Maroniae Ciliciae . . Narcissum *appellauerunt*)*: unus tamen omissus est, ut e graeco patet,* Georgius Laodiciae 232. Antiochie *cod* Palestine *cod* 234. Asie *cod* Moesie *cod* **qui**: que *cod* 237. **apud Asiam** *cod*: *gr* οὔτε εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον εἰσελθεῖν, *ubi pro* ΑΓΙΑΝ *legit* ΑCΙΑΝ *interpres noster* 239, 243. **sardicam** *scripsi*: sardica *cod* 240. queque *cod* 241. interminatonibus *cod** (*corr m p*) 247. **fugerent** *scripsi*: fugerunt *cod* hec *cod* 249. Palestine *cod* 250. Arauia *cod** 251. **eadem** *cod*: *fortasse legendum* eorum *cum gr* αὐτῶν 253. **quam** *suppleui cum gr*: *om cod* 256. recte *cod* 257. **prohiberi uenire** *scripsi, cf gr* κωλυόμενοι παρ᾽ αὐτῶν ἐλθεῖν: prohibere *cod* 258. **causa et** *scripsi cum gr* τούτου γοῦν ἕνεκα καί: cause *cod* 259. **conmanere** *cod*: *fortasse legendum* omnes manere *cum gr* πάντας (πάντες Thdt) μεῖναι 260. **separari** *Ball, cf gr* ἰδιάζειν: separi *cod*

262. **inultas** *scripsi, cum lectione Sismondi* ἀνεκδικήτους (ἀνεκδιηγήτους *cett*): inocultas *cod* 264. **mulcationes** *cod*: *uocabulum alibi inusitatum a* mulcare *quod est* uerberare (*uide Forcellini-de Vit ad loc*) *deriuatur, unde graeco* αἰκίας *bene*

### 9. Concilii Sardiensis epistula Synodica

maiores ciuitates, et ante omnia insurgentem per ipsos aduersus rectam fidem maledicam Arrianorum *h*eresim: hac de causa dilectissimos fratres nostros et consacerdotes, Athanasium Alexandri*ae* *fol* 85 *b* episcopum | et Marcellum Ancyr*ae* Galati*ae* et Asclepam Gaz*ae* et eos qui cum ipsis ministrant Domino, innocentes et sinceros esse pronuntiamus, scribentes ad singulorum prouincias ut cuiusque cognoscant ecclesi*ae* populi sui episcopi sinceritatem et hunc habere episcopum *et* expectare: adgressos uero ecclesiarum ipsorum iudicium luporum, G*reg*orium Alexandriae, Basilium, et Quincianum Gaz*ae*, nec episcopos nominari nec Christianos penitus apellari, nec aliquam cum his habere communionem uel eorum litteras suscipere uel ad ipsos scri*b*ere. Theodorum Heracleat*e*m Europ*ae* cum suis, de Maroniae Ciliciae et Cessareae Palestin*ae* Narcissum et Acatium, Stefanum Antiocensem, Vrsaciu*m* Singidunensem Moesiae, et Valentem Mursensem Panoni*ae*, Minophantum Ephesium, Georgium Laudeci*ae* (licet timens non adfuerit de Oriente, tamen eo quod a beato Alexandro episcopo Alexandri*ae* depositu*s* sit) propter se ac suos col*l*egas Arri*a*nos, et ob e*i*s inlata crimina, omni*s* sancta synodus deposuit episcopatu; et statuimus non solum eos episcop*os* non esse, sed nec communionem cum fidelibus mereri. separantes enim Filium a su*b*stantia Patris ac dealitate *a*tqu*e* alienantes Verbum a Patre, segregari oportet catholica ecclesia et alienari nomin*e* Christianorum. | sint *fol* 86 igitur omnibus uobis anathema propter quod NEGOTIATI sunt VERBVM ueritatis: 2 Cor ii 17 apostolica etenim est preceptio: SI Gal i 9 QVIS VOBIS A*N*NVNTIAVERIT PRETERQVA*M* QV*A*E ACCEP*IS*TIS, SIT ANATHEMA. nullum his communicare precipite, nulla enim COMMVNIO TENEBRIS CVM LVCE: longe 2 Cor vi 14 15 omnes facite; nec enim est aliqua con-

---

*respondet* 269. erresim *cod* 271. Alexandrie *cod* 272. Ancyre Galatie *cod* 273. Gaze *cod* 274. **ministrant**: nistrant *cod** (*corr m p*) 275. **scribentes ad singulorum prouincias** *cod*: *om Ball* 277. ecclesie *cod* 279. **et** *suppleui e gr*: *om cod* **adgressos uero ecclesiarum** *cod* (*gr* τοὺς δὲ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἐπελθόντας): *legendum suspicor uel* adgressos uero ecclesias *uel potius* adgressores uero ecclesiarum 280. **iudicium luporum** *cod*, *e gr* δίκην λύκων 281. **Gregorium** *scripsi cum gr* (*Ath et Thdt*): Georgium *cod*, *sed non ante* A. D. 356 *introductus est Georgius in locum S. Athanasii*; *uide etiam* S. *Athanasii uitam*, *infra pp* 665 *sq* **Basilium**: *fortasse supplendum* Ancyrae *cum gr* 282. Gaze *cod* 284. **aliquam** *cod*: *fortasse legendum* aliquem 286. scriuere *cod* 287. **Heracleatem** *scripsi*: Heracleatum *cod* Europe *cod* 288. **de Maroniae . . . et Acatium** *cod*: *fortasse transponendum* Narcissum de Maroniae Ciliciae et Acatium Cessareae Palestinae Palestine *cod* Narcissimum *cod* Accatium *cod* 290. Vrsacius *cod* 291. Moaesiae *cod* 292. Panonie *cod* 293. Laudecie *cod* 295. Alexandrie *cod* 296. depositum *cod* 297. colegas *cod* Arrionos *cod* **eis** *scripsi cum gr*: eos *cod* 298. **omnis sancta** *scripsi cum gr* παμψηφεί: omnisancta *cod* omnes sancta *Ball* 299. **episcopos** *Ball*: epm̄ *cod* 302. **a substantia**: ad sustantiam *cod* hac *cod* **dealitate atque alienantes** *scripsi cum gr* οὐσίας καὶ θεότητος τὸν υἱὸν καὶ ἀπαλλοτριοῦντας: de et qualitate alienantes *cod* de aequalitate alienantes *Ball*; *de uoce* dealitas *uide infra p* 668ᵃ 16 305. **nomine** *Ball cum gr* ὀνόματος: nomina *cod* 306. nathema *cod** (*corr m p*) 309. anuntiauerit *cod* preterquan *cod* 310. que *cod* acce-

**9. Concilii Sardiensis epistula Synodica**

VENTIO CHRISTO CVM BELIAB. et obseruate, fratres dilecti, eorum litteras suscipere uel hii*s* scribere. stude*t*e etiam uos, fratres dilecti et conministri, SPIRITV PRESENTES in synodo nostra, consentire et pronuntiare prescriptione uestra, quo aput omnes ubique conministros nostros seruetur adsensus.

1 Cor v

Illos abdicamus et deportamus a catholica ecclesia, qui adfirmant quod Deus quidem est Christus, sed uerus Deus non est quia filius es*t*; sed et uerus filius non est, quod natu(*s*) est simul et factus, sic enim intellegere consuerunt natum qui fatentur, sicut supra dixerunt quia quod natum est factum est; et Christo, cum sit ante secula, dant initium et finem, quod non ex tempore sed ant*e* omne tempus habet. et in presenti du*a*e serpentes ex Arriana aspide nat*a*e sunt | Valens et Vrsacius qui gloriantur et non dubitant dicere se esse christ*ian*os, et quod Verbum et Spiritus uulneratus est et occisus et mortuus et resurrexit, et (quod adsolet hereticorum conuentus contendere) diuersas esse substantias Patris et Filii et Spiritu*s* sancti, et esse separabiles.

fol 86 b

Nos autem hanc suscepimus et edocti sumus, hanc habemus catholicam et apostolicam traditionem et fidem et confessionem: unam esse substantiam, quam ipsi graeci *u*sian appellant, Pat*ris* et Fili et Spiritus sancti; et si qu*a*erit quis Fili substantiam, est pro certo h*a*ec quam solius *Patris esse confitemur, neque Pater sine Filio umquam fuit, neque Filius* sine Patre, quod est Verbum, Spiritus. absurdu*m* enim est

---

**pistis** *Ball*: acceptis *cod* 314. **Beliab** *cod, cf cod Z Can Apost* xlv *l* 5 (*supra p* 30 *col a*): Beliar *gr* (*Ath et Thdt*) 316. hiiscribere *cod* **studete** *Ball, cf gr* σπουδάσατε: studere *cod* 319. **prescriptione uestra** *scripsi, cf gr* δι᾽ ὑπογραφῆς ὑμετέρας: p̄scriptiones uestras *cod* per scriptiones uestras *Ball*; *fortasse legendum* perscriptione uestra

*Formulam fidei recensuit et notis ad doctrinam episcoporum pertinentibus instruxit F. Loofs* Das Glaubensbekenntnis der Homousianer von Sardica (aus den Abhandlungen der k. Preuss. Akademie der Wissenschaften vom Jahre 1909).—H. G. O.

3. **sed uerus deus non est, quia filius est; sed et uerus filius non est, quod natus est simul et factus**: *ita distinguit, ut uidetur, interpres noster, sed iniuria, uide gr* 4. **est** 2°: es *cod* et *add sup lin m p* 5. **natus**: *margine exeso littera extrema non iam legi potest* 7. **consuerunt** *cod, e* consuesco (*pro gr* ἑαυτοὺς νοεῖν, *legit fortasse interpres* εἰωθὸς *uel* εἰώθασι νοεῖν): censuerunt *Ball* **natum qui fatentur**: *has uoces minime distinguendas esse suspicor, sed idem ualere ac* qui fatentur natum, *cf gr* τὸν γεγεννημένον ὁμολογοῦσιν 11. antomne *cod* 12. due *cod* 13. nate *cod* 15. **christianos** *Ball, cf gr*: x̄pos (*scilicet* christos) *cod fortasse recte* 20. spūscī *cod*

25. **graeci** *cod, recte ut uidetur quoad interpretem nostrum, ineunte enim saeculo quinto omnes orthodoxi uoce* οὐσία *potius quam* ὑπόστασις *usi sunt: qui uero hanc formulam synodo Sardicensi obtulerunt, non* graeci *sed* heretici *scripserunt, Athanasiani enim* μία ὑπόστασις *potius quam* μία οὐσία *usurpare solebant* **usian** *scripsi* (usiam *Ball*): sian *cod* 26. pater *cod* 27. querit *cod* sub|substantiam *cod* 28. hec *cod* **patris esse confitemur, neque pater sine filio umquam fuit, neque filius** *suppleui e gr*: *om cod, fortasse per homoeoteleuton* (*uox enim* solius *lineam claudit*) solius filius 31. absurdus *cod*

### 9. Concilii Sardiensis epistula Synodica

nunc dicere Patrem *Patrem* non fuisse; quoniam quod intellegitur Pater sine Filio nec nuncupari nec esse posse, est ipsius Io xiv 10 Filii testimonium: ET EGO IN PATRE, ET Io x 30 PATER IN ME; et: EGO ET PATER VNVM SVMVS. nemo nostrum negat natum, sed quibusdam; natum omnino, sicut uisibilia et inuisibilia appellantur nata, artifice*m* archangelorum et angelorum, mundi et Sap vii 22 generis humani, sicut ait: OMNIVM ARTI- Io i 3 FEX DOCV*I*T ME SAPIENTIA; et: OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT. numquam enim 'esse' poterit accipere initium: quoniam qui semper est initium non habet, Ver- *fol* 87 *a* bum Deus, nec susci | piens finem. non dicimus Patrem Filium esse, nec igitur Filium Patrem esse; sed Pater Pater est, et Filiu*s* Patris Filiu*s*. confitemur potentiam Patris esse Filium, confitemur Verbum Dei Patris, preter quem alter non est: et Verbum uer*um* Deum, et Sapientiam, et Virtutem, uerum tamen Filium tradimus; sed non secundum quod ceteri filii appel*l*antur, Filium dicimus: quoniam illi aut propter adoptionem uel ob natiuitate*m* uel quod merentur filii uocari, non propter unam substantiam qu*a*e est Patris et Filii. confitemur unicum et primogenitum: sed unicum Verbum, quod semper fuit *et* est in Patre; primogenitum sane a*d* hominem, adtinet autem ad communem creaturam quod PRIMOGENITVS Col i 18 DE MORTVIS. confitemur Patris et Fili unam Deitatem; nec negauit quis aliquando Patrem Filio maiorem, non propter alia*m* substantiam nec differentiam, sed nomen ipsut Patris maius e*s*t Filio.

H*a*ec autem est maledica eorum et corrupta interpretatio contendentium quod EGO ET PATER VNVM SVMVS propter Io x 30 consensum dixerit et concordiam. inpro*b*emus omnes catholici stultum ipsorum sensum ac uilem. sicut homines mortales differunt, ut adsolent, inter se, et offendent*e*s concordant et in gratia reuertuntur; sic separationes et discordiae inter | Patrem Deum omnipo- *fol* 87 *b*

---

32. **patrem patrem non fuisse** *scripsi cum Theodoreti codd* πατέρα μὴ γεγενῆσθαι πατέρα (*Epiph* patrem non fuisse patrem): patrem 2° *om cod, nimirum ob homoeoteleuton* 35. pater *ut uid cod** patre *cod*² 38. **quibusdam** *cod, cum Theodoreti cod* B τισιν; *pro quo legendum esse suspicor* κτισιν, *quod uertas* nemo nostrum negat natum sed (negamus) creatum; *sed totum comma uix et aegre sanandum* 39. artifice *cod.* 42. docut *cod* sapientiam *cod* 43. periipsum *cod* 44. ⁎esse⁎ *cod, significans* (*ut uid*) *in hoc loco* esse *pro uerbo substantiuo* τὸ εἶναι *habendum esse; cuius ad exemplar emendare licet textum graecum et legere* οὐ πάντοτε γὰρ ΕΙΝΑΙ ἠδύνατο ἀρχὴν λαβεῖν **poterit**: *fortasse legendum* poterat *cum gr* 46. **suscipiens**: suscipiaens *cod* (*primis curis scribere uoluerat* suscipiat; *corr m p*); *fortasse legendum* suscipiet 47. **igitur**: *fort leg* iterum *cum gr* 49. filium patris filium *cod* 52. **uerum** *Ball, cf gr*: uero *cod* 55. appelantur *cod* 56. **propter adoptionem** *cod*: *unde emendandum est in gr* διὰ υἱοθεσίαν *pro* διὰ τοῦτο θεοὶ εἶεν 57. ob natiuitate *cod* 59. que *cod* 62. et *Ball, cf gr*: *om cod* 63. **ad hominem** *scripsi, scilicet* quantum ad hominem, *ut uertit Epiph*: at hominem *cod*: *fortasse malis* ut hominem **adtinet** *cod*: *quo uerbo melius interpretatus est noster gr* διαφέρει τῇ κοινῇ κτίσει, *quam Epiph* sed tamen differt creatura communi 68. alia *cod* 69. ip*sut *cod* 70. **est** *scripsi cum gr*: et *cod*

71. hec *cod* 74. inprouemus *cod* 76. hac *cod* 78. offendentis *cod* **gratia**: *margine exeso conicere licet* gratiam 79. **discordiae** *scripsi cum gr* discordia *cod*:

**9. Concilii Sardiensis epistula Synodica**

tentem et eius Filium esse potuerunt. hoc absurdum est et intellegere et sentire. nos autem credimus et adfirmamus et ita sentimus, quod sacra uoce locutus est dicens: EGO ET PATER VNVM SVMVS: (Io x 30) propter substanti*ae* unitatem, qu*ae* est una Patris et Fili, hoc credimus, semper sine principium sine fine hunc cum Patre regnare, ac nullum tempus habere nec minui regnum eius: quoniam quod semper est numquam accipit initium nec minui poterit. credimus et suscipimus Paracletum Spiritum sanctum, quem nobis ipse Dominus promisit et misit. et hunc credimus passum, sed homo, quem se induit, quem adsumpsit ex Maria uirgine, hominem qui potuit pati, quoniam homo mortalis Deus autem inmortalis. credimus tertia die non Deus in homine surrexit, sed homo in Deo surrexit, quem etiam optulit Patri suo munus, quem liberauit, credimus quod tempore oportuno et statuto omnes ac de omnibus ipse iudica*b*it. tanta est uero eorum stultitia ut non uideant lucem ueritatis, nec intellegant ut uer*b*o dictum est VT IPSI IN NOBIS VNVM SINT. (Io xvii 21) manifestum es*t* cur VNVM: quoniam apostoli Spiritum sanctum Dei acceperunt. sed tamen ipsi non sunt uocati spiritus, nec quisquam ipsorum sol uel sapientia siue uirtus erat, nec unicum erat, QVEMADMODVM | ait EGO ET TV VNVM SVMVS, SIC ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT. (Io xvii 21; *fol* 88 *a*) sed diligenter distincxit uox diuina: IN NOBIS SINT dicit; non dixit QVEMADMODVM NOS VNVM SVMVS, EGO ET PATER, sed discipuli IN SEMETIPS*I*S equales et coniuncti VNVM SINT fide confessione, et ut in gratia et pietate Patris et Domini Saluatoris nostri permissione ac dilectione unum ualeant esse.

---

discordiae *Ball* 86. sustantie *cod* 87. que *cod* 88. **principium**: *ita cod* 89. hac *cod* 92. peterit *cod** (*corr m p*) 104. hac *cod* 105. iudicauit *cod* stultitia *cod* 107. **ut** *Ball*: aut *cod* **uerbo** *scripsi, e gr* λόγῳ: uero *cod*; uere *Ball* 108. **est**: es *cod** 112. **sol** *cod*: *errore legit interpres noster* ἥλιοc (ἤλειοc) *pro* ἢ λόγοc 118. unus *cod** (*corr m p*) 119. **in semetipsis** (in semetipsos *cod*) *scilicet e gr* ἐν αὐτοῖς *cum cod* B *Theodoreti*; *potior tamen lectio* ἐν αὐτοῖς, *in Patre enim et Filio discipuli unum sunt* 122. **permissione** *cod cum gr* συγχωρήσει: promissione *Ball* hac *cod*

## 11. S. Athanasii ad clerum Alexandriae et Paremboles epistula

(*cod* Θ *fol* 99 *b*)

EPISTVLA

ATHANASIVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS OMNIBVS ECCLESIAE SANCTAE APVT ALEXANDRIAM ET PAREMBVLAM CATHOLICAE DILECTISSIMIS FRATRIBVS SALVTEM.

Haec scribentes oportet epistul*ae* principium gratiarum Christi actionibus facere, fratres dilectissimi; nunc autem maxime decet hoc fieri, quoniam et facta multa aput Dominum et magna habent gratiam, et oporte*t* credentes in eum non esse ingratos tot eius beneficiis. gratias igitur agimus Domino, qui nos semper omnibus palam facit in fide, qui etiam in presenti magna et mirabilia fecit ecclesi*ae*: qu*ae* enim rursum a*d*firmauerunt diuulgantes heretici Eusebiani et Arrii heredes, h*ae*c omnes qui conuenerunt episcopi pronuntiauerunt falsa esse et fincta. et i*i* ipsi qui aput multos putantur esse *terr*ibiles, tam*quam* gigantes nominati, pro nihilo habiti sunt; et merito: quemadmodum enim adueniente luce tenebr*ae* arguuntur, sic per a*d*uentum iustorum iniquitas reuelatur, et presentibus egregiis | [*fol 100 a*] debiles conuincuntur. qu*ae* enim fecerunt maledica*e* heresis Eusebii successores, Theodorus Narcissus Valens Vrsacius et in omnibus pessimus Georgius Stephanus Acacius Minophantus et eorum colleg*ae*, nec uos ignoratis, dilecti, nam eorum dementia omnibus patefacta est; qu*ae* *ue*ro contra ecclesias conmiserunt, uestram nec hoc latuit sollertiam. primum enim uobis nocuerunt; primum uestram ecclesiam corrumpere temptauerunt; sed hii qui tot ac tanta fecerunt et apud omnes terribiles estimati sunt, sicut predixi, tantum timuerunt, ut omnem exsuperent cogitatione*m*. neque enim solum Romanam synodum timuerunt, nec solum *se* ibi uocati excusauerunt; sed et nunc cum Sardicam aduenissent, sic infirmati sunt conscientia ut, cum uidissent iudices, mirarentur: sic mente conciderunt, ut uere quis posset aduersum eos dicere: VBI EST STI*M*VLVS TVVS, MORS? VBI EST VICTORIA TVA, MORS? [1 Cor xv 55] nec enim illis proficiebat, ut uelint iudicare; iam non p*o*ter*a*nt circumuenire quos uolebant; sed uidebant uiros fideles curantes iustitiam, immo magis ipsum

---

*Hanc et duo quae sequuntur epistulas e graeco in latinum sermonem uersas solus memoriae tradidit codex noster, e quo publici iuris fecit uir clarissimus, et ipse Veronensis, Scipione Maffei* Osservazioni letterarie iii (*Veronae* A.D. 1738) *pp* 29, 34, 40, *uide etiam appendicem libri cui titulus* Istoria Teologica (*Tridenti,* A.D. 1742) *pp* 258, 259, 261). *nota tamen epistulas inuerso ordine posuisse Maffei: apud codicem enim epistula haec primum tenet locum, apud Maffei tertium*

PAREMBVLAM (PAREAMBVLAM *cod*): *cf Ath.* Apologia contra Arianos 71 *ad fin* οἱ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ οὗτοι· τῶν δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ . . . καὶ Μακάριος πρεσβύτερος τῆς παρεμβολῆς, *necnon Euagrium apud Socratem* H.E. iv 23 μοναχὸς τῆς Παρεμβολῆς. *uidetur parochia fuisse Alexandriae suburbicaria* CATHOLICE *cod*

1. epistule *cod* 3. ff̄ dd̄ *cod* 4. factammulta *cod* (*fortasse legendum* multam . . . magnam) 6. oporte *cod* 11. ecclesie que *cod* afirmauerunt *cod* 13. hec *cod* 14. **esse**: essa esse *cod* 15. **ii**: is *cod* 16. **terribiles** (*cf l* 34): ettibiles *cod* **tamquam**: tam *cod* 19. tenebre *cod* auentum *cod* 21. que *cod* 22. maledica *cod* eusebiissuccessores *cod* 23. **Valens**: *praem* et *cod* 26. college *cod* 28. **quae uero**: quero *cod* 33. hac *cod* 36. cogitatione *cod* 38. **se ibi** *scripsi*: sibi *cod* 40. **ut**: *praem* sic *cod* 43. stipulus *cod* 46. **poterant**: peterunt *cod*

**11. S. Athanasii ad clerum Alexandriae et Paremboles epistula**

Dominum nostrum uidebant in e*i*s, quemadmodum tunc demones de sepulchris; filii enim cum essent mendacii, non ferebant ueritatem uidere. sic Theodorus Narcissus | et Vrsacius cum suis uerba diceba*nt*: OMITTE, QVID NOBIS ET uobis hominibus Christi? NOVIMVS quod ueri estis, et timemus conuinci; ueremur in personam recognoscere calumnias. nihil est nobis et uobis: christiani enim uos estis, nos uero Christo repugnantes; et apud uos quidem ueritas pollet, nos uero circumuenire didicimus. putauimus abscondi nostra; non iam crede*b*amus in iudicium uenire: QVID ANTE TEMPVS nostra conuincitis, et ante diem nos conuincentes uexatis? et licet sint moribus pessimi et IN TENEBRIS AMBVLENT, tamen cognouerunt uix tandem, quoniam *n*ulla est COMMVNIO LVCIS ET TENEBRARVM, nec est aliqua CONSEN*S*IO CHRISTO CVM BELIAL. unde, fratres dilectissimi, *c*um scirent qu*a*e fecerint qu*a*eque c*o*mmise*rint*, uidentes accusatores, testes pr*a*e oculis habentes, imitati sunt Cain et illius more fugerunt, quoniam granditer errauerunt; nec enim eius fugam sunt imitati et condemnatione*m non* habuerunt. cognouit enim opera eorum sancta synodus; audiuit nostrum sanguinem proclamantem, audiuit uoces l*a*esorum ab ipsis. cognouerunt omnes episcopi qu*a*e peccauerunt et quanta aduersus ecclesias nostras et alias operati sunt; et ideo hos quemadmodum Cain ecclesiis eiecerunt. quis enim non lacrimatus est dum uestr*a*e litter*a*e legerentur? quis non ingemuit aspiciens quos exiliauerunt isti? | quis non existimauit uestras suas esse tribulationes, fratres dilectissimi? *qu*ondam uos patie*b*amini, cum hii delinquerent aduersum uos, et forte iam tempore mult*o* bellum quieuit: nunc uero episcopi conuenientes omnes et audientes qu*a*e passi estis, si*c* dolebant, sic gemebant, quemadmodum tollerantes iniuriam tunc dolebatis, et illis †hac uerberat† dolor communis illo tempore quo processistis. ob h*a*ec igitur et alia omnia qu*a*e contra ecclesias conmiserunt, cunctos uniuersa synodus sancta deposuit, et non solum eos alienos iudicauit ab ecclesia, sed nec dignos uocari christianos estimauit. qui enim abnegantes Christum, quemadmodum christiani uocentur? et qui contra ecclesias delinqu*u*nt, hii quemadmodum poterunt adesse ecclesiis? unde mandauit sancta synodus ubique ecclesiis, ut aput omnes notentur; ut hii qui ab ipsi*s* decepti sunt iam ad plenitudinem et ueritatem reuertantur. nolite igitur deficere, fratres dilectissimi; tamquam Dei serui et fidem Christi confitentes proue*hi*mini in Domino, et non deiciat uos tribulatio, neque ab

Marginal references: Luc viii 27 (l. 50); *fol* 100 *b* (l. 53); Luc iv 34 (Mc i 24) (l. 54); Matt viii 29 (l. 64); 1 Io i 6 (l. 67); 11 Cor vi 14, 15 (l. 69); *fol* 101 *a* (l. 88)

---

49. **eis**: eos *cod**: eis *cod*[2] (*corr p m*) 54. dicebat *cod* omitte: *scilicet Gr* ἔα 57. ueremus *cod** 63. credeuamus *cod* 69. **nulla**: ulla *cod* 70. **consensio**: consentio *cod*, *quod* consensio *potius commendat quam* conuentio 71. ff̅ dd̅ (*ut l* 3 *supra*) *cod* **cum**: eum *cod* 72. **quae fecerint quaeque commiserint** *scripsi*: quem fecerint quecumque miserrimos *cod* 73. pre *cod* 77. condemnatione *cod* **non** *scripsi*: *om cod* 80. lesorum *cod* 81. que *cod* 86. uestre littere *cod* 90. condam *cod* patieuamini *cod* 92. multum *cod* **quieuit** *cod*: non quieuit *scripsit Maffei*, *fortasse recte* 94. **sic**: si *cod* 96. **†hac uerberat†** *cod*: *num legendum* acerbus erat? 98. hec *cod* 99. que *cod* 100. uniuersassynodus *cod* 102. eccllesia *cod** 103. aabnegantes *cod* 106. delinqunt *cod* **poterunt** *Maffei*: potuerunt *cod* 109. ab ipsi *cod* 113. **prouehimini** *scripsi*: proueemini *cod* probemini *Maffei*

## 11. S. Athanasii ad clerum Alexandriae et Paremboles epistula

hereticis aduersum uos qui exerc*en*tur dolores contristent. habetis enim mundum uniuersum condolentes uobis, et, quod maius est, habentes omnes uos in mentem. puto autem iam deceptos ab illis, uidentes correptionem factam a synodo, illos | *fol* 101 *b* auerti et ex ore ipsorum inpietatem. si uero post h*ae*c adhuc manus est eorum excelsa, ne stupeatis uos neque formidetis si illi saeuiunt; sed orate et manus ad Deum leuate et confidete quoniam non tarda*b*it Dominus sed omnia uobis faciet pro uestra uoluntate. uellem quidem adhuc pluribus epistulam uobi*s* scribere, et ut singula facta sunt significare; *sed* quoniam presbyteri et diacones idonei sunt nuntiare uobis presentes de omnibus q*uae* uiderunt, multa quidem scribere cessaui, illud tantum significo necessarium putans, ut pr*ae* oculis habentes timorem Domini *eum* preponatis et omnia cum uestra concordia celebretis intellegentes et sapientes. orate pro nobis, habentes in mente uiduarum necessitates, maxime quoniam ad ea*s* pertinentia inimici ueritatis abstullerint; se*d* Dilectio uestra uincat hereticorum malitia*m*: credimus enim quod secundum orationes uestras Dominus adnuens da*b*it mihi uelocius uos uidere. interim tamen aput synodum ac*t*itata cognosc*e*tis ex scriptis ad uos ab omnibus episcopis, et de subiectis litteris depositionem The*o*dori Narcissi Stephani Acacii Georgii Minophanti *Vr*sacii et Valentis: nam *G*regori mentionem facere noluerunt, qui enim penitus episcopi nomen non habuit, hunc nominare superfluum putauerunt. | sed tamen *fol* 102 *a* propter deceptos ab eo eius nominis mentionem fecerunt, non quia *d*ignum erat eius nomen memorare, sed ut ab eo decepti cognoscant eius infamiam et erubescant quod tali communicauerunt. †tamen et hoc cum illis.† incolumes uos in Domino oro, dilectissim*i* et deside*r*abiles fratres.

---

115. aduersūsuos *cod*: *scilicet* aduersus *cod** aduersum *cod*[2] (*sed corr m p*) exercuntur *cod* 116. contristrent *cod** 117, 118. **condolentes . . . habentes**: *ita cod* 122. hec *cod* 126. **confidete**: *ita cod, et formam* fidēre *habes apud S. Cyprianum* Testimonia iii 6, ad Fortunatum 11 (Io. xvi 33), Test. iii 10 (Hier. xvii 7) **non**: N̄ *cod, sc secundum archetypi usum quinto uel sexto saeculo descripti* tardauit *cod* 129. uobiscribere *cod* 130. **sed** *suppleuit Maffei*: *om cod* 132. q' *cod* 133. cessauit *cod* 135. $\overset{s}{\text{p}}$ *cod* 136. **eum** *suppleuit Maffei*: *om cod* 140. **eas**: ea *cod* 141. **abstullerint**: obtulerunt *nescio quam ob causam, scripsit Maffei* sedilectio *cod* 142. malitia *cod* 144. dauit *cod* 146. **actitata** *Maffei* (*cf p* 657 *l* 37): acitata *cod* cognoscitis *cod* 148. Thodori *cod.* 150. **Vrsacii**: sacii *cod* **Gregori**: regori *cod* 155. quiaignum *cod* 157. deceptis *cod* 159. **†tamen et hoc cum illis** *cod*: *lacunam ante* tamen *significauit Maffei*: *fortasse scribendum* tamen et hunc cum illis depositum esse sciatis 160. dilectissim *cod* desidelabiles *cod* 161. ff *cod*

### 12. Concilii Serdicensis ad Mareoticas ecclesias Epistula

(*cod* Θ *fol* 102 *a*)

SANCTA SYNODVS SECVNDVM DEI GRATIAM COLLECTA SARDIC*AE* ECCLESIIS DEI APVT MAREOTAM CVM PRESBYTERIS ET DIACONIBVS IN DOMINO SALVTEM.

Etiam ex his, fratres dilectissimi, qu*ae* ad Alexandriam per fratres directa sunt, scire potestis *quae* aput sanctam et magna*m* synodum secundum Dei gratiam Sardic*ae* collectam sunt actita*ta*. sed quia et uos scripsistis intolerabilia sustinuisse ab impiissimis hereticis, quorum est princeps pessimus Gregorius; hanc ob causam scribere et ad uestram Reuerentiam necessarium sancta synodus estimauit: ut hiis consolati, magis a*c* magis habente*s* in Deo †promotitionem †, spem futuram ac repositam diligentibus Christum consequamini. si igitur passi estis mala, nolite contristari sed magis gaudete, quoniam et uos meruistis pro nomine Domini iniurias tolerare. si uero carceres et uincula et functiones tolerastis, h*a*ec uos non contristabunt: h*a*ec enim et ante uos patres sustinuerunt, quorum unus est beatus Paulus, propter quod et VINCTVS uocatus. audiuimus quanta et Ingenius presbyter passus est, et doluimus quidem propter iniurias, libenter autem accepimus sacra*m* | eius uoluntatem, quoniam propter Christum cuncta su*stinu*it. si igitur adhuc uos premunt, qu*ae* putatur TRISTITIA esse IN GAVDIVM CONVERTATVR. scribsimus enim piissimis imperatoribus ut ne de cetero talia conmittantur aduersum ecclesias; et credimus quod Dominus faciet per eorum religionem humanissimorum imperatorum, ut et nos cum solatio et libertate Deo gratias agentes et placentes inueniamur in die iudicii. qu*ae* autem sunt actitata, sicut prediximus, cognoscitis ex dilectissimis fratribus nostris qui uestras litteras portauerunt, hoc est presbyteris et diaconibus Alexandrinis: episcopum enim uestrum, dilectissimum fratrem et nostrum conministrum, Athanasium innocentem et sincerum ab omni calumnia pronuntiauit sancta et magna synodus; Th*e*odorum uero Narcissum Stephanum Acacium Georgium Vrsacium Valentem et Minophantum episcopatu deposuit ob ea qu*ae* deliquerunt et ob impiissimam heresim cuius socii et patroni uidentur. de Gregorio autem nec tantum credimus necessarium esse scribere; olim enim depositus est, immo magis episcopus penitus non est aestimatus: quale enim

Eph iii 1 *etc* · *fol* 102 *b* · Io xvi 20 · *uide ll* 1–5

---

SARDICE *cod* MARETAM *cod* PRĒ *cod* DIACNIB *cod*
1. ff̄ dd̄ *cod*, *cf p* 654 *l* 3 3. **quae** *Maffei*: *om cod* 4. magna *cod* 5. Sardice *cod* **actitata** *cf l* 37, *et* acitata *p* 656 *l* 146: actita *cod* 6. scriptis *cod** (*corr ut uid m p*) 12. **ac**: agn *cod** ag *cod*$^2$ habente *cod* **promotitionem** *cod*: *fortasse scribendum* promotionem; *tr* in deo spem futuram promissionem repositam *Maffei* 19. **functiones** *cod*: factiones *Maffei*; *num* punitiones *scribendum*? hec *cod* 20. hec *cod* 22. peatus *cod** (*corr m p*) 24. prb *cod* 26. sacra *cod* 27. **sustinuit** *Maffei* (*cf l* 7 *supra*): suit *cod* 28. que *cod* 33. **eorum** *cod*: *om Maffei* 37. que *cod* 38. **cognoscitis** *cod*: cognoscetis *fortasse melius Maffei* ff̄b, *cod*, *cf p* 658 *l* 27 42. ff̄ *cod* **fratrem et nostrum conministrum** *cod*: *tr* fratrem nostrum et conministrum *Maffei*, *fortasse recte* 45. Thodorum *cod* 48. que *cod* 50. **patroni** *Maffei*: patrocini *cod* 54. **quale enim eius opus** *cod*: eius enim opus

**12. Concilii Serdicensis ad Mareoticas ecclesias Epistula**

eius opus, simile est eius ordinationi. si quis igitur ab eo deceptus es*t*, erudiatur et ueritatem cognoscat; sin uero resistet eius inpietat*i*, gaudeat quod et ipse aduersatus est hunc quem sancta synodus | *fol 103 a* nec episcopum aestimauit: nec enim nos latuit qu*ae* aduersus uos conmiserit et quantum uos presserit. sed gaudete quoniam pro Christo patimini ab his qui Christum blasphemant. estimamus autem quod iam omnis insolentia cessa*b*it, increpatis ac depositis noxiis qui heresim non nominandam defendebant. incolumes uos esse in Domino opto.

1 Ego Osius episcopus incolumes uos in Domino oro, dilectissimi fratres.
2 Athanasius episcopus uester incolumes uos in Domino opto, dilectissimi fratres.
3 Eliodorus similiter.
4 Iohannes similiter.
5 Ionas similiter.
6 Dionisius similiter.
7 Paregorius similiter.
8 Aetius similiter.
9 Valens *similiter*.
10 Arrius *similiter*.
11 Porphyrius similiter.
12 Athenodorus similiter.
13 Alysius similiter.
14 Gerontius similiter.
15 Lucius similiter.
16 Asterius similiter.
17 Basus similiter.
18 Dioscorus similiter.
19 Dometianus similiter.
20 Calapodius similiter.
21 Alexander similiter.
22 Plutarchus similiter.
23 Vincentius similiter.
24 Vitalis similiter.
25 Seuerus similiter.
26 Res*ti*tutus similiter.
27 Vincentius episcopus incolumes uos in Domino opto, dilectissimi fratres: iussus a fratribus meis et coepiscopis scripsi et subscripsi pro ceteris.

---

*Maffei, sed tolerabilia sunt quae praebet codex* 56. **ab eo**: habeo *cod* **est**: es *cod* 57. **sin uero**: si noluero *cod*, si uero *Maffei* **resistet** *cod*: resistit *Maffei, fortasse melius* 58. inpietate *cod* 59. **aduersatus est hunc** *cod, cf p* 656 *l* 121 illos auerti: *fortasse scribendum* auersatus 61. **quae**: q' *cod* quid Maffei 65. cessauit *cod* 66. **noxiis** *Maffei*: nox hiis *cod, unde conici potest archetypum* iis *dedisse ubi codex noster* hiis *praebet* 67. heresit (*sic*) *cod*

1. **oro** *cod*: opto (*rectius, ut suspicor*) *Maffei* 3. **similiter**: sim̄ *cod, et ita usque in l* 96, *exceptis ll* 9, 10 9, 10. **Valens similiter, Arrius** similiter: Valens Arrius *uno tractu* (*sine* similiter *utrobique*) *cod, siue ob breuitatem nominum, siue quia scriba* Arrius *pro* Arrianus *accepit* 13. **Alysius** *cod*: *scribas* Alypius, ut *cod*[2] (*corr m rec*), *cf supra p* 468 *l* 43 *et Ath* Apologia secunda § 48 *nomen* 38 26. Restitutus, *cf* Ath. *loc cit* nomen 41 ʽΡεστιτοῦτος: Restutus *cod* 27. **Vincentius**: *sc* de Capua, *uide p* 550 *nomen* 14, *et secundum codices nostros* J **S v** (*p* 546) legatus sanctae ecclesiae Romanae; *idem fortasse iam apud concilium Nicaenum* presbyter urbis Romae subscripsit *uices agens Siluestri papae, cf pp* 36 37 *supra* dilectissimis *cod* ff̄ ... ff̄b, *cod*

### 13. S. Athanasii ad easdem apud Mareotam ecclesias epistula

(*cod* Θ *fol* 103 *a*)

EPISTVLA

ATHANASIVS PRESBYTERIS, ET DIACONIBVS, ET POPVLO CATHOLIC*AE* ECCLESIAE APVT MAREOTAM, DILECTISSIMIS AC DESIDERABILIBVS FRATRIBUS IN DEO SALVTEM.

Sancta synodus laudauit in Christo uestram religionem. | omnes acceptos *fol* 103 *b* tulerunt in omnibus animum et fortitudin*e*m, quoniam minas non timuistis, quod t*o*llerantes iniurias et persecutiones aduersum pietatem preualuistis. litter*ae* itaque uestr*ae* dum legerentur omnibus lacrimas commouerunt et omnes ad uestrum protraxerunt affectum; dilexerunt uos et absentes, ac uestras persecutiones suas estimauerunt: indicio namque caritatis eorum sunt litter*ae* ad uos dat*ae*; et licet sufficere*t* uos connumerare sanct*ae* per Alexandria*m* ecclesiae, tamen separat*i*m uobis scripsit sancta synodus, ut ad*h*ortati non deficiatis ob h*ae*c qu*ae* patimini, sed gratias agatis Domino quod uestra patientia bonum fructum habebit. olim itaque latebant hereticorum mores, nunc tamen omnibus expansi sunt et patefacti: nam sanct*a* synodus aduertit ab his concinnatas aduersus uos calumnias et eos habuit odio, adque omnium consensu deposuit Theod*o*rum Valentem Vrsacium: *quae enim* in Alexandria et Mareota, eadem etiam per alias ecclesias facta sunt. et quoniam intollerabilis est iam crudelitas eorum et tyrannia aduersus ecclesias celebrata, ideo episcopatu deiecti sunt omnique communione alienati. ceterum de Gregorio nec mentionem facere uoluerunt: qui enim penitus episcopi nomen nec habuit, hunc nominare superfluum estimauerunt; sed propter | decepto*s* ab eo *fol* 104 *a* nomin*i*s eius mentionem fecerunt, non quia dignus memoria uidebatur, sed ut ex hoc qui ab illo decepti sunt eius cognoscant infamiam et erubescant cuiusmodi factis homini communicauerunt.

Cognoscitis uero super eos scripta ex supera*d*nexis; et licet non omnes scribere episcopi occur*r*erunt, a*t*tamen *quae* ab omnibus scripta sunt pro omnibus scripserunt. INUICEM SALUTATE IN OSCULO *Rom* xvi 16 *etc* SANCTO. salutant uos omnes fratres.

---

CATHOLICE *cod* DILECTISSIMIS: $\overline{\text{DD}}$; *cod* $\overline{\text{FFB}}$ *cod* IN DEO *cod*: IN DOMINO (*cf praecedentis epistulae titulum*, *p* 65) *Maffei* 1. $\overline{\text{scam}}$ (sanctam) *cod* 3. fortitudinam *cod* 5. tellerantes *cod* 6. littere *cod* 7. uestre *cod* 9. **protaxerunt** *cod*: pertraxerunt *Maffei* 10. hac *cod* 11. **indicio . . . sunt** *cod*, *bene ac latine*: indicium . . . sunt *Maffei* 13. littere . . . date *cod* sufficere *cod* 14. sancte *cod* per Alexandria *cod* 15. separatum *cod* 16. **adhortati** (adortati *cod*): *sensu passiuo*, *Formenlehre*[3] iii 48 *uide Neue-Wagener* 17. hec *cod* que *cod* 22. $\overline{\text{sce}}$ (sancte) *cod* 25. consensum *cod* Theoderum *cod* 26. **quae enim** *suppleuit Maffei*: *om cod* 31. **omnique** *cod*: *num legendum* omniumque? 36. decepto *cod* **ab eo**: habeo *cod*, *cf p* 658 *l* 56 *supra* 37. nomines *cod* 40. cuiusmodis *cod* 42. cognoscitis *cod*, *ut p* 657 *l* 38: cognoscetis (*et hic et illic*) *Maffei*, *fortasse recte* 43. superatnexis *cod* 44. occurerunt *cod* adtamen *cod* **quae ab omnibus scripta sunt pro omnibus** *scripsi*: ab omnibus scripta sunt et pro omnibus *uix grammatice Maffei*; ab omnibus scripta sunt pro omnibus *cod*

### 13. S. Athanasii ad easdem apud Mareotam ecclesias epistula

1 Protogenes episcopus incolumes uos in Domino opto, dilectissimi et desiderabiles.

2 Athenodorus episcopus incolumes uos in Domino opto, fratres dilectissimi.

3 Iulianus episcopus similiter.

4 Ammonius similiter.

5 Aprianus similiter.

6 Mar*c*ellus similiter.

7 Gerontius similiter.

8 Porphyrius similiter.

9 Zosimus similiter.

10 Asclepius similiter.

11 Appianus similiter.

12 Eulogius similiter.

13 Eugenius similiter.

14 *D*iodorus similiter.

15 Martyrius similiter.

16 Eucarpus similiter.

17 Lucius similiter.

18 Caloes similiter.

19 Maximus similiter per epistulas de Galliis incolumes uos in Domino opto, dilectissimi.

20 Arcidamus et Philoxenus presbyteri et Leo diaconus de Roma incolumes uos optamus.

21 Gaudentius Naisitan*us* episcopus incolumes uos in Domino opto.

22 Florentius Merie Panoniae similiter.

23 Ammianus de Castello Pannonie similiter. |

24 Ianuarius de *B*eneuento similiter. *fol* 104 *b*

25 Praetextatus de Narcidono Pann̄. similiter.

26 Hypeneus de Hypato Thessaliae similiter.

27 Castus de Augusto Cesareae similiter.

---

2. f̄f̄ d̄d̄ *cod, cf pp* 654 *l* 3, 659 *l* 1

3. similit̄ *cod*

3–18. *Cum ex his sedecim nominibus, non minus octo* (*scilicet ll* 3, 5, 9, 13, 15, 16, 17, 18) *et fortasse nouem* (*uide ad l* 4) *locum habeant et infra, uide ll* 29, (23 ?), 47, 32, 31, 40, 54, 30, 37, *et solus* Lucius *bis apud Athanasium* loc cit *recenseatur, pro certo habendum est sylloges nostrae archetypum duos catalogos* (*uel catalogorum partes*) *in unum coniunxisse. unde non de quinquaginta octo nominibus sed de quadraginta nouem, uel quam plurimum quinquaginta diserte testatur epistula. aderant concilio, teste catalogo Athanasii* Apologia secunda § 48 (*cf annotationes* Athanasius' Werke ii 124 *Opitz*), *episcopi circiter octoginta, quibus adiciendi sunt ex aliis fontibus paucissimi* (*fortasse quinque uel sex*)*: cumque in ipsa nostra epistula, uide ll* 43-46 *supra, moneat Athanasius non adeo magnum esse subscribentium epistulae episcoporum numerum, potius de quinquaginta* (*ex octoginta uel octoginta quinque*) *quam de sexaginta cogites*

4. **Ammonius :** *eundem suspicor esse atque* Ammianus, *uide ad l* 23 *infra* ; *nullus enim* Ammonius *apud Athanasium* Apol. secunda § 48 *recensetur*

4. sim̄, *et ita* (*pro* similiter) *ad finem catalogi, cod*

6. Marellus *cod* ; *pro* Marcellus, *uide supra p* 548 *nomen* 10

14. Liodorus (*e confusione* Λ *et* Δ) *cod*: *pro* Diodorus, *supra p* 552 *nomen* 25, *et* Ath. Apol. secunda § 48 *nomen* 31

19. **Maximus :** *scilicet* Maximinus Treuerensis, *notus ille Athanasii fautor ac defensor. cum* per epistulas de Galliis *salutationes suas transmittat, uidetur concilio non adfuisse*

20. prbb *cod* diac̄ *cod*

22. **Merie Panneniae :** *scilicet* Emerite Spaniae, *uide supra p* 546 *nomen* 3

23. **Ammianus de Castello Pannoniae :** *lege* Annianus de Castelona Spaniae, *p* 546 *nomen* 2

24. ueneuento *cod*

25. **de Narcidono Pann̄ :** *sc* de Barcilona Spaniae, *p* 548 *nomen* 6

26. **Hypeneus :** *lege* Hymeneus, *p* 550 *nomen* 18 **de Hypato :** *cum constet episcopum* Hymenaeus *ad Thessaliam pertinere* (*pp* 550, 551), *olim conieceram* Oparata *ex* (H)ypata, Ὕπατα, *corruptum esse, inscius adhuc lectionis codicis nostri. coniecturam confirmat codex*: *codex hic tandem lucem ueritatis catalogo adportat*

### 13. S. Athanasii ad easdem apud Mareotam ecclesias epistula

28 Seuer*us* de Calciso Thessaliae similiter.
29 Iulianus de Thebis eptapolis similiter.
30 Lucius de Verona similiter.
31 Eugenius de Heclea Lychynis similiter.
32 Zosimus Lychnis
33 Sunosio Apuliae similiter.
34 Hermogenes de Syceono similiter.
35 Thrypho de Magara similiter.
36 Paregorius Capinus similiter.
37 Caloes Castromartis similiter.
38 Ireneus Syconeus similiter.
39 Macedonius Lypianensis similiter.
40 Martyrius Naupactis similiter.
41 Palladius de Diu similiter.
42 Broseus Ludonensis Galliae similiter.
43 Vrsacius Brixensis similiter.
44 Amantius Viminacensis per presbyterum Maximum similiter.
45 Alexander Gyparensis Acha*ia*e similiter.
46 Eutychius de Mothona similiter.
47 Aprianus de Petabione Pannoniae similiter.

---

28. Seuero *cod* **de Calciso Thessaliae**: *non idem igitur* Seuerus *noster ac* Seuerus Rauennensis, *uide p* 556 *nomen* 49. *Athanasius* Apol. secunda § 48 *inter eos qui de Serdica scripserunt nomen*, Ζευῆρος *semel tantum recenset*: *sed cum inter eos qui* 'in canali Italiae' *synodo adsenserunt connumeret etiam* Σεβῆρος, *iure colligas hunc esse Seuerum Rauennensem, illum Seuerum* de Calciso Thessaliae; *quamuis* Chalcis *ciuitas, Euboeae insulae caput, non* Thessaliae *sed* Achaiae *prouinciae ab Hierocle tribuatur*

29. **Iulianus de Thebis eptapolis**: *iterum probe codex noster, corrupte Hilarius* (*ut iam memoriae traditur*), *uide p* 551 *nomen* 22, *ubi ipse conieceram* Iulianus de Thebis eptapulis

31. Eugrenius *cod* **de Heclea Lychynis**: *conferas p* 551 *nomen* 21, *ubi pro* Eraclialineo *conieceram* Heraclea Lyncesti, *quod partim confirmat codex noster*

32, 33. **Zosimus Lynchnis, Sunosio Apuliae** *uno tractu cod*: Zosimus Lychnis *eundem esse patet ac* Zosimus ab Achaia de Lignedon, *pp* 552, 553 *nomen* 23, *ubi* de Lychnido *reponere uolueram item* Sunosio Apoliae *nihil aliud esse certum est atque* ab Apulia de Canusio, *p* 557 *nomen* 44: *praemisso igitur nomine episcopi* Stercorius, *habemus S*[tercorius de C]anosio Apoliae

34. **de Syceono** *cod, cf* 96 **Syconeus**: *utrum* Hermogenes *uel* Irenaeus *episcopus sit* de Sicyone *prope Corinthum, dubium*; *tamen cum pp* 556, 557 *nomen* 46, *habeamus* Ierenius de Secoro, *potius credam illum fuisse* de Sicyone, *hunc* de Scyro

35. **Thrypho de Magara** *cod*: *sed apud Hilarium, p* 554 *nomen* 34 Alypius ab Achaia de Magari, *p* 552 *nomen* 30 Trifon ab Acaia de Marcarce; *uter eorum re uera episcopus fuerit* Megarensis? *malim cum Hilario in partes ire*

36. **Capinus**: *melius Hilarius, p* 553 *nomen* 29, de Scupis. *lege igitur Scu*pinus; *nisi alius hic* Paregorius, *alius* Paregorious *p* 658 *l* 7, *quod uix ueri simile uidetur*

39. **Lypianensis**: *scilicet* Vlp*i*anensis, *cf p* 554 *nomen* 35

40. **Martyrius Naupactis**: *Hilarius p* 556 *nomen* 47, Martyrius ab Acaia de Neapoli: *sed nulla* Neapolis, *quod sciam*, in Achaia, Naupactus *uero* (*hodie* Lepanto) *oppidum in sinu Corinthiaco notissimum*

42. **Broseus**: *mire e* Βηρίσιμος (*sc* Verissimus a Gallia de Ludono, *pp* 558, 559 *nomen* 53) *corruptum*

44. Viminacensus *cod* prb *cod*

45. **Gyparensis**: *cf pp* 558, 559, *nomen* 57 Alexander ab Acaia de Ceparisma; *lege Cyparis*ensis Achaie *cod*

46. **Eutychius de Mothona**: *cf p* 558, *ubi nomina* 58, 58 *b*, *iure in unum contexueram, sed iniuria de ciuitate* Μαντίνα *potius quam* Μοθώνη *uel* Μοθόνη (*ita enim scribit Hierocles pro* Μεθώνη), *ciuitate in Messenia sita non longe a* Cyparissia

47. Pannoñ *cod*

### 13. S. Athanasii ad easdem apud Mareotam ecclesias epistula

48 Antigonus Pallenensis Macedoniae similiter.

49 Dometius de Acaria Constantias similiter.

50 Olympius de Eno Rodope similiter.

51 Zosimus Orreomargensis similiter.

52 Protasius Mediolanensis similiter. |

*fol 105 a* 53 Marcus Siscensis Sauiae similiter.

54 Eucarpus Oponsius Achaiae similiter.

55 Vitalis Vertarensis Africae similiter.

56 Helianus de Tyrtanis similiter.

57 Synphorus de Herapythis Cretae similiter.

58 Mosinius Heracleae similiter.

59 Eucissus Chisamensis similiter.

60 Cydonius Cydonensis.

---

48. **Pallenensis**: *scribendum uidetur cum Ballerini fratribus* Pellensis, *nisi cum paeninsula* Pallene *aequipares* Macedonie *cod*

49. **Dometius de Acaria Constantias**: Dometius *eundem esse credo ac* Δομετιανός *Athanasii* Apol. secunda § 48 *nomen* 48: *num* Acaria Constantias *ad* Ἄκραι *et* Κωνσταντία (= Tomi) *prouinciae Scythiae referendum*?

50. **Olympius**: *deest nomen apud Athanasium* loc cit, *sed cum canoni* XIII *nonnulla* 'suggerente fratre ... Olympio' (*supra p* 485 *l* 15) *adderentur, certum est eum fuisse praesentem, et nomen eius suspicor per incuriam de catalogo Athanasii excidisse* **de Eno Rodope** (*lege* **de Aeno Rhodopes**): *ipse Athanasius* Hist. Arrian. § 19 *mentionem ciuitatis facit* Ὀλύμπιον τὸν ἀπὸ Αἴνων

51. **Zosimus Orreomargensis**: *nomen* Ζώσιμος *ter laudat Athanasius* Apol. secunda § 48 *nomina* 25. 27. 75, *quorum unus erat* de Lychnido, *uide l* 9 *supra, alter* Orreomargensis; *probe in comparationem ducunt Ballerini*, Antonini Itinerarium, *ubi* Horrea Margi 'inter Viminacium et Sardicam collocantur' *apud Hieroclem* ἐπαρχία Μυσίας ... Ὀρθεμάρχος

54. **Oponsius Achaiae**: *lege* Opuntius (*e ciuitate* Opus)

55. **Vitalis Vertare(n)sis Africae**: *nomen* Οὐιτάλιος *bis inuenitur apud Athanasium* loc cit, *quorum alter* a Dacia ripensi de Aquis (*uide supra p* 553 *nomen* 28), *alter* Vertarensis Africae, *de quo neque Ballerini inueniebant quod dicerent, neque ego quod suppleam. certe cum ad caput epistulae synodicae* (*Ath* op cit § 37) *recenseatur* Ἀφρικῆς *inter prouincias ibi enumeratas, non est cur* Africae *immutes*

56. **Helianus de Tyrtanis**: Αἰλιανός *apud Ath* op cit § 48 *nomen* 68, *sed quis aut unde fuerit plane nescimus*

57. **Synphorus de Herapythis Cretae**: Σύμφορος *apud Ath* loc cit *nomen* 70; Κρήτης ... Ἱεραπύδνα *apud Hieroclem, unde legendum* de Hierapythnis

58. **Mosinius**: *lege* Musonius *cum Ath* loc cit *nomen* 71

59. **Eucissus Chisamensis** (-mensus *cod*): *item* Cretensis *de* Κίσαμος. Eucissus *forte idem atque Athanasii* Εὔτυχος

60. **Cydonius Cydonensis**: *ciuitas item Cretensis* Κυδωνέα. *deest apud Ath* loc cit *nomen episcopi* Κυδώνιος, *et fortasse corruptus est apud codicem nostrum e* Cydonensis

## D. Quae ad S. Athanasii vitam pertinent

### 14. Vitae Athanasii Historia Acephala

cod. Θ fol. 105 a

[1] Scripsit autem et imperator Constantius de reditu Athanasii: et inter imperatoris epistulas haec quoque habentur. et [illegible] est post Gregorii mortem Athanasius reversus est ex urbe Roma et partibus Italiae, et ingressus est Alexandriam Phaophi xxiiii, consulibus Constantio iiii et Constante iii. hoc est post annos [illegible] et remansit quietus apud Alexandriam annis [illegible] et mensibus [illegible].

Iun. 21 A.D. 346

[2] Secundum autem [illegible] eius consulibus Hypatio et Catullo Theodorus Nicaenus Georgius cum ceteris venerunt Constantinopolim [illegible] suscipere Pauli communionem sibi, [illegible] eos suscepit, etiam eorum ordinationem anathematizans. adsumentes itaque secum Eusebium Nicomediensem insidiati sunt beatissimo Paulo: et interponentes calumniam illi de Constante et Magnentio expulerunt Constantinopoli, [illegible] et Arrianam heresem seminare. populus [illegible] autem Constantinopolitanus desiderans beatissimum Paulum persequentes seditionibus ne [illegible] ex urbe, amantes [illegible] imperator [illegible] Hermogenem [illegible] ut eum [illegible] quo [illegible] populus [illegible] Hermogenem. ex qua re occasione [illegible] episcopum [illegible] Armeniae [illegible] Arrianae socium et participem. Theodorus cum ceteris [illegible] imponere [illegible] Germaniae. populo

A.D. 350

---

Historiam vitae S. Athanasii quam 'acephalam' [illegible] primus [illegible] (Veronae A.D. 1738) [illegible] librum ipse non [illegible] Teologica p. 263 [illegible] Opera S. Athanasii [illegible] Bibliotheca Veterum Patrum v (A.D. 1769) p. 222: Mai Noua Patrum Bibliotheca vi 161: Migne P. G. xxvi 1443: [illegible] Zeitschrift für historische Theologie [illegible] Select Works and Letters (A Select Library of Nicene and Post-Nicene Fathers of the Christian Church IV, A.D. 1892) p. 495. [illegible] Mélanges . . . à l'occasion du jubilé épiscopal de Mgr. de Cabrières, évêque de Montpellier (A.D. 1899) p. 99. [illegible]

[illegible] E. G. O.)

[illegible]

[1] 1. Athanasii [illegible] Constantius [illegible] 3. post annos [illegible] annis vi et mensibus vii scripsi: annis xvi et mens vi [illegible]

[2] [illegible] Constantinopoli [illegible] 18. Hermogenem [illegible] 20. [illegible] 24. Arrianae [illegible] 26. Germaniae [illegible]

## 14. Vitae Athanasii Historia Acephala

uero moto ad seditionem et non permittente quemquam sedere in throno beati Pauli, adsumentes Macedonium Pauli presbyterum ordinauerunt episcopum Constantinupolitane ciuitati; quem omnis episcoporum conuentus damnauit, quoniam aduersus suum patrem inpositionem manus hereticorum impie suscepit. Macedonius tamen postquam communicauit illis et subscripsi*t*, occassiones ingesserunt nullius momenti, et amouentes de ecclesia constituunt Eudoxium supradictum Antiochensem. unde in hac secessione Macedoniani ap*p*ellantur, [1 Tim. i 19] CIRCA Spiritum sanctum NAVFRAGANTES.

[3] Post hoc tempus Athanasius audiens aduersum se turbam futuram, imperatore Constant*io* in Mediolano constituto, direxit ad comitatum nauigium cum [*fol* 106 *a*] episcopis v, Serapionem | T*hm*uitanum, Triadelphum Niciotanum, Apollonem Cynopolitanum superioris, Ammonium Pachemonensem, et presbyteros Alexandriae iii, Petrum medicum, Astericum et Phileam. post *qu*orum nauigationem de Alexandria, consolato Constanti VI Aug. [*A.D.* 353] et Constant*i* Caes. II, Pachom xxiiii die, [*Mai.* 19] mox post iiii dies Montanus palatinus ingres*sus* est Alexandriam Pachom xxviii: [*Mai.* 23] eiusdem Augusti littera*s* Constanti dedit episcopo Athanasio, per quas u*et*abat eos occurre*re* ad commitatum. ex qua re nimis uastatus est episcopus, et omnis popul*us* fatigatus est ualde. ita Montanus nihil agens profectus est, relinquens episcopum Alexandriae.

[4] Postmodum autem Diogenes imperialis notarius uenit Alexandria*m*, mense Mens*o*re consolatus Arbitionis et [*A.D.* 355] Loliani, hoc est post annos ii et menses *ii* ex profectione Montani de Alexandria. et incubuit omnibus Diogenes expellens egredi episcopum ciuitatem, et omne*s* satis adstrixit. vi autem die Toth mensis [*Septemb.* 4] acriter incumbens expugnabat ecclesiam. et fecit insistens menses iiii, hoc est ex mense Mensore siue ex die intercalariorum usque Cya*c* xxvi die. populo uero resi- [*Decemb.* 23] stente Diogeni uehementer et iudicibus, reuersus est Diogenes sine effectu, predicti mensis Cyac die xxvi, consolato Arbitionis et Loliani, post menses iiii sicut dictum est.

[5] Itaque dux Syrianus | et notarius [*fol* 106 *b*]

---

30. prb *cod* 33. aduesus *cod** (*sed corr m p*) 36. subscripsi *cod* 40. apellantur *cod*

[3] 3. **Constantio**: Constante *cod* 5. **Thmuitanum** *Maffei*: Tuitanum *cod* 10. **quorum** : corum *cod* 11. **Constanti**: Constantini *cod* Constantio *Maffei* 12. **Constanti Caes.**: Constante Caesare *cod* pachum *cod** 14. **ingressus est**: ingresest *cod*, ingressus (*sine* est) *Maffei fortasse recte* 15. littera *cod* Constantis *cod* 16. **uetabat** *Maffei*: uicabat *cod* 17. occurre *cod* 19. populos *cod*

[4] 2. alexandriamense *cod* 3. mensure *cod* 5. ii *scripsi*: v *cod, sed cum Montanum die* 23 *Maii* A.D. 353 *Alexaudriam ingressum esse constet* (*cap* 3 *ll* 12 14), *sequitur non amplius annis* ii *mensibus* ii *uel* iii *inter profectionem eius et aduentum Diogenis* (*mense Augusto* A.D. 355) *intercessisse* 7. ciuitati *cod** (*sed corr forte m p*) omnesatis *cod* 8. **adstrixit** *cod*: adflixit *Maffei* vi **autem die Toth** (*Septemb.* 4): *errauerunt et Maffei et Sievers Toth* 6=*Septemb.* 3 *scribentes* (*cf l* 12, *cap* 5 *ll* 3 8 21, *cap* 6 *l* 5); *ignorauerunt enim Aegyptios annis bissextilibus intercalauisse diem ante sex menses quam Romani, ad finem dierum intercalariorum mense Augusto: scilicet anno* 355 (*et* 359, 363, 367) *post Christum mensis Thoth non a* XXIX *sed a* XXX *die Augusti supputari debet* mens̄ *cod* 11. mensure *ut uid cod** (*sed corr m* ) 12. cya *cod* 13. **Diogeni** *Maffei*: Diogeniūm *cod*

**14. Vitae Athanasii Historia Acephala**

Illarius de Egipto Alexandria*m* uenerunt, *Ianuar.* 6 *A.D.* 356 Tybi x die post consolato Arbitionis et Loliani, ac p*re*mittentes omnes per Egiptum ac Lybiam militum legiones ingressi sunt dux et notarius per nocte*m* cum omni manu militari ecclesiam *Februar.* 8 Theon*ae* Methyr xiii die, per noctem superuenientem xiiii, et frangentes ost*i*a ecclesi*ae* Theon*ae* ingressi sunt cum infinita manu militari. episcopus autem Athanasius effugit manus eorum et saluatus es*t* die predicto Methyr xiiii. hoc tamen factum est post annos viiii et menses iii ac dies xviiii quam Italia reuersus est episcopus. li*b*erato autem episcopo presbyteri ipsius et populus remanserunt optinentes ecclesias et colligentes mensibus iiii, donec ingrederetur Alexandriam Cataphronius prefectus et *Iun.* 10 Eraclius comes mense Pahyni xvi die, *A.D.* 356 consolato Constanti VIII et Iuliani Cessaris primo.

[6] Et post dies iiii quam sunt ingressi, Athanasiani eiecti sunt ecclesiis et tradit*ae* sunt ad G*eorg*ium pertinentibus et episcopum expectantibus. *Iun.* 15 susceperunt autem hii ecclesias die xxi mense Pahyni. aduenit etiam G*eorg*ius *A.D.* 357 *Februar.* 24 Alexandriae consolato Constanti VIIII et Iuliani Cessari*s* II Methyr xxx die, hoc est post mense*s* octo et dies xi quando susceperunt ecclesias ad eum pertinentes. ingressus itaque G*eorg*ius Alexandriam tenuit ecclesias mensibus xviii integris, et tunc plebs adgressa est illum in dominico Dionisii. | et uix cum periculo *fol* 107 *a* et magno certamine li*b*eratus est die primo mensis Tot, consolato Tatiani et *August.* 29 Cerealis. eiectus est autem G*eorg*ius *A.D.* 358 de Alexandria *post mensem i* dies *v* fact*ae* seditionis, hoc est Phaoph die v. ad *Octob.* 2 Athanasium uero episcopum pertinentes post dies viiii profectionis Georgii, hoc est xiiii die mensis Pha*oph*, eicientes *Octob.* 11 G*eorg*ii homines tenuerunt ecclesias mensibus duobus et diebus xiiii, donec aduenit dux Sebastianos de Egipto et eiecit eos, et iterum ad Georgium pertinentibus ecclesias consignauit, mense Cyac die xxviii. post mense*s* autem viiii *Decemb.* 24 integros profectionis Georgii de Alexand*r*ia, Paulus notarius aduenit Pahyni *Iun.* 23 xxviiii consolante Eusebio et Hypathio et *A.D.* 359 proposuit imperiale preceptum pro Georgio, et domui*t* multos ob eius uindicta.

[7] Et post *annos ii et* menses v Georgius uenit Alexandria*m* Athyr xxx die, *Nouemb.* 26 consolato Ta*u*ri et Florenti, de comitatu, *A.D.* 361

---

[5] 2. Alexandria *cod* 3. x *scripsi*: dece *cod* 4. **ac**: hac *cod* **premittentes**: permittentes *cod* 5. **ac**: hac *cod* 6. nocte *cod* 8. Theone *cod* 9. ostea *cod* 10. ecclesie *cod* Theone *cod* 11. manummilitari *cod* 13. es *cod* 15. meñ *cod* hac *cod* 16. liuerato *cod* 17. presb̄y *cod* 20. **prefectus**: p̄rf *cod* 22. cons̄ *cod* **Constanti** *cod*: Constantis *Maffei*

[6] 3. tradite *cod* **Georgium** *scripsi*: Gregorium *cod* (*sed habet* Georgii *ll* 21 29, Georgium *l* 26, *etc.*) 6. Gregorius *cod* 7. cons̄ *cod* **Constanti** *scripsi*: Constantis *cod* 8. Iulianis Cessari *cod* II *scripsi*: duo *cod* 9. mense *cod* quando *cod*: *fortasse legendum* quam 11. Gregorius *cod* 12. xviii *Maffei*: xviiii *cod* 15. liueratus *cod* 16. cons̄ *cod* 17. eėctus *cod** Gregorius *cod* 18. **post mensem i dies** v *scripsi*: dies x (*tantum*) *cod* die x *Maffei* facte *cod* 19. **ad** *cod*² (*sed m p*): an *cod** 22. **die** *scripsi*: dies *cod* **Phaoph**: phac *cod* 23. Gregorii *cod* 26. Geor∗gium *cod* 28. **die** *scripsi*: dies *cod* mense *cod* 29. Alexandia *cod* 31. Hypachio *cod** (*sed corr m p*) 32. preceptom *cod** 33. domui *cod*

[7] 1. **annos** ii **et** *scripsi*: *om cod* 2. Alexandria *cod* **die**: dies *cod* 3. **consolato** *scripsi*: consolante *cod* Taori *cod*

**14. Vitae Athanasii Historia Acephala**

hoc est post annos iii et menses duos quam fugerat. et aput Antiochiam Arrian*ae* ereseos eicientes Paulin*um* de ecclesia Melitium constituerunt: *quo* nolente eorum mal*ae* menti consentire, Euzoium presbyterum Georgii Alexandrini eius loco ordinauerunt.

[8] Ingressus autem, sicut predictum est, Georgius Alexandriam Athy*r* die xxx, degess*i*t in ciuitate securus dies iii, *Nouemb.* 30 hoc est dies iii Cyac. nam iiii die mensis eiusdem prefectus Gerontius nontiauit mortem Constanti imperatoris, et quod solus Iulianus tenuit uniuersum imperium. *fol* 107 *b* quo audito ciue[s] | Alexandrini et omnes contra Georgium clamauerunt, eodemque momento sub custodia illum constituerunt. et fecit in carcere ferro u*i*nctus ex predicto die Cyac iiii usque ad xxvii *Decemb.* 24 eiusdem mensis die*s* xxiiii. nam xxviii die eiusdem mensis mane pene omnis popul*us* illius ciuitatis produxit de carcere Georgium, necnon etiam comitem qui cum ipso erat, insistentem fabric*ae* dominic*ae* qu*ae* dicitur Cesarium: et occiderunt ambos, et eorum corpora circumduxerunt per mediam ciuitatem, Georgii quidem super camelum, Dracontii uero homines funibus trahentes, et sic iniuriis adfectos circa horam vii diei utriusque corpora combus*s*erunt.

[9] Proximo autem *anno*, Methir x die *Februar.* 4 mensis post consolatum Tauri et Florenti, *A. D.* 362 Iuliani imperatoris preceptum propositum est, quo iubebatur reddi idoli*i*s et neochoris et public*ae* rationi qu*ae* preteritis temporibus illis ablata sunt. post dies autem iii, Methir xiiii, datum est *Februar.* 8 preceptum Gerontio prefecto eiusdem Iuliani imperatoris, necnon etiam uicarii Modesti, precipiens episcopos omnes functionibus antehac circumuentos et exiliatos reuerti ad suas ciuitates et prouincias. *h*ae autem litter*ae* sequenti die, Methir xv, propossit*ae* sunt. postmodum *Februar.* 9 autem et prefecti Gerontii edictum propositum est, per quod uoca*b*atur episcopus Athanasius ad suam reuerti ecclesiam.

[10] Et post dies xii huius edicti propositionis Athanasius | uisus est aput *fol* 108 *a* Alexandriam, ingressusque est ecclesiam eodem mense Methir die xxvii, ut sit ex *Februar.* 21 eius fuga temporibus Syriani et Hilarii facta usque ad reditum eius †Iuliano Methir xxvii†. remansit in ecclesia usque Phaophi xxvi, consolato Mamertini et *Octob.* 23 *A. D.* 362 Neuitt*ae*, mensibus viii integris.

---

6. Arriane *cod* **Paulinum** *scripsi*: Paulino *cod*, sed corr m p in* Paulinō (*scilicet* Paulinum?) *uel* Paulinos, *unde forsitan legendum* Paulinianos 7. **quo**: co *cod* eo *Maffei* 8. male *cod* 9. p̄rb *cod*

[8] 2. **athyr die**: athy dies *cod* 3. **degessit**: degessunt *cod* degit *Maffei* 5. **prefectus**: prf *cod* 6. imp̄ *cod* 8. **ciues**: *ob laesum marginem* s *non amplius legi potest* 11. **fecit** *cod*: fuit *Maffei* **uinctus**: unctus *cod* 12. **die**: d^s^ *cod* 13. **dies**: diebus *cod* 14. **die**: d, *cod* 15. **populus**: populo *cod* **produxit** *cod*: perduxit *Maffei* 17. fabrice dominice que *cod* 24. cōbuserunt *cod*

[9] 1. **anno** *scripsi*: die *cod* **die**: d^s^ *cod* 2. post cons̄ *cod* 3. imper̄ *cod* 4. **quo iubebatur** *scripsi*: quod iubebatur *cod* (*fortasse legendum* quod iubebat) **idoliis** *scripsi*: idolis *cod* 5. publice *cod* que *cod* 6. **ablata**: ab|alata *cod* sublata *Maffei* 8. preptum *cod** (*sed corr m p*) prf *cod* 9. imp̄ *cod* 11. **functionibus** *cod*: factionibus *Maffei* 12. etetexiliatos *cod* 13. **hae autem**: eautem *cod* littere *cod* 14. propossite *cod* 15. prfi *cod* 16. uocauatur *cod*

[10] 4. **mense**: m̄ with s above *cod* **die**: d' *cod* **ex eius**: exius *cod** (*sed corr m p*) fugae *cod* 5. **Hilarii**: + temporibus *cod* 6. **†Iuliano Methir** xxvii†: *locus corruptus*: *supplendum est, ut uidetur,* anni vi dies xiiii: *excidit fortasse etiam mentio Pythiodori, uide infra cap* 11 *l* 8 8. cons̄ *cod* 9. Neueitte *cod.*

### 14. Vitae Athanasii Historia Acephala

[11] Predicto autem die Phaoph xxvii proposuit Iuliani imperatoris edictum, ut Athanasius episcopus recederet de Alexandria. et eodem momento quo propositum est ed*i*ctum episcopus egressus est ciuitatem, et conmoratus est circa Thereu. quo mox egresso Olympus prefectus, obtemperans eidem Pythiodoro et his qui cum ipso erant hominibus difficillimis, misit ad exilium Paulum et Astericium presbyteros Alexandri*ae*, et direxit eos habitare Andropolitanam ciuitatem.

*August.* 19 *A. D.* 363

[12] Olympus autem idem prefectus mense Mensore xxvi die, consulibus Iuliano Aug. IIII et Salustio, nuntiauit Iulianum imperatorem esse mortuum et Iouianum christianum imperare. et *Septemb.* 16 sequente mense Toth xviii imperatoris Iouiani litter*ae* aduenerunt ad *O*lympum prefectum, ut tantum Deus excelsus colatur et Christus, et ut in ecclesiis colligentes populi celebrent religionem. Paulus uero et Astericius predicti presbyteri reuersi sunt de exilio Andropolitanae ciuitatis, et ingressi sunt Alexandriam *Septemb.* 8 Toth x die post menses x. episcopus *fol* 108 *b* autem Athanasius moratus, | sicut predictum est, aput Thereon ascendit ad superiores partes Egipti usque ad Ermopolim superiorem Thebaidos et usque Antinoum. q*u*o in his locis degente cognitum est Iulianum imperatorem mortuum et Iouianum christianum imperatorem. ingressus igitur Alexandriam latenter episcopus, aduentu eius non pluribus cognito, occurrit nauigio ad imperatorem Iouianum. et post, ecclesiasticis rebus conpositis, accipiens littera*s* uenit Alexandriam et intrauit in ecclesia Methir *Februar.* 14 xviiii die, consolato Iouiani et Varroniani, *A. D.* 364 ex quo exiit Alexandria secundum preceptum Iuliani usquedum aduenit predicto die Methir xviiii, post annum unum et menses iii et dies xxii.

[13] Aput Constantinupolim autem Eudoxius Germanic*i*ae tenebat ecclesiam. et erat inter eum et Macedonium heresis. per Eudoxium autem exiit alia peior heresis adulterina Arrianorum Aetii et Patricii Niceni communicantium Eunomio Heliodoro et Stephano. et hoc accipiens Eudoxius cum Euzoio Arrian*ae* hereseos episcopo Antiocheno communicauit. et deposuerunt per occassiones Eleusium et Macedonium et Hypatianum et alios xv; ad se pertinentes episcopos (quoniam non suscipiebant 'non similem' neque 'facturam non facti') transferentes. quorum expositio h*a*ec est.

---

[11] 2. imp̄ *cod* 4. eodedem *cod* 5. eductum *cod* 8. prf̄ *cod* obtemperant ? *cod* (*sed corr m p*) 11. prbb *codd* Alexandrie *cod*

[12] 1. prf̄ *cod* 2. **die** : d' *cod* 4. imp̄ *cod* 7. littere *cod* **ad Olympum** : ad lympum *cod* 8. prf̄ *cod* 9. **Christus** : chs (*quod compendium alibi nusquam uidi*) *cod* 20. imp̄ *cod* 23. **aduentu** : aduentum *cod* 24. imp̄ *cod* 26. **litteras** : littera *cod* 27. **ecclesia Methir** *cod uel* ecclesiam Ethir : ecclesiam Athir *Maffei* 28. **consolato** : coñ *cod* 31. **Methir** *cod* : Athir *Maffei* 32. **dies** : d$^{ss}$ *cod*

[13] 2. Germanice *cod* 5. **adulterina** : ababulti*rini *ut uid cod** abadulterina *cod*$^{2}$ (*sed m p*) 8. Arriane *cod* 10. **occassiones Eleusium** *scripsi* : occassionem Seleusium *cod* occasionem Seleucium *Maffei* 12. **ad se pertinentes episcopos** : *fortasse transponenda sunt haec uerba in l* 14, *post* facturam non facti 15. **haec** : ec *cod** hec *cod*$^{2}$ (*sed corr m p*)

### 14. Vitae Athanasii Historia Acephala

EXPOSITIO PATRICII ET *AET*II
*fol* 109 *a* QVI EVNOMIO COMMVNICA|VERVNT HELIODORIO
ET STEPHANO:
SIC

[14] Quae sunt aput deum—non natum, sine principio, senpiternum, ut non imperetur, inmutabilem, omnia uidentem, infinitum, inconparabilem, omnipotentem, sine prouisione futura scientem, sine dominio—h*a*ec non sunt filii. imperatur enim, sub imperio est, ex nihilo est, finem habet, [non] conparatur, transit eum pater, i*ma*go Christ*us* repperitur quantum pertinet ad patrem, futurum ignorat. non erat deus sed Dei filius, deus eorum qui post eum sunt. et in hoc pos*s*idet inuariabilem aput patrem similitudinem, quod omnia uidet, quod omnia p*o*te*st*, quod non mutatur bonitate; non similem dealitatem nec natur*am*. si autem dixerimus quod ex dealitate natus est, tanquam serpentinam germinationem eum dicimus, et est dictum impium: et quemadmodum statua eruginem ex *s*e facit et ex ips*a* erugine consumetur, sic et filius, ex natura patris si factus est, consumet patrem. sed ex opere et nouitate operis filius naturaliter deus, et non ex natura sed ex alia natura; similiter ut pater, nec ex ipso, IMMAGO enim DEI factus est. Col i 15
et nos EX DEO et A DEO: si OMNIA A DEO, 1 Cor i 30, 1 Cor viii 6
et filius, tamquam ex alico negotio. quemadmodum ferrum ferruginem habens minuetur; quemadmodum corpus uermes faciens commeditur, quemadmodum uulnera ex se mittens consumetur ex ipsis; sic qui dicit filium | 'ex patris naturam.' *fol* 109 *b*
'similem' autem filium patri qui non dicit, extra ecclesia fiat et sit anathema. si dixerimus 'deum' Dei filium, duos sine initio inducimus; IMAGINEM dicimus DEI. qui dicit 'ex Deo' sabellizat: et qui dicit se ignorare dei natiuitatem manichizat. et si quis dixerit substantiam fili 'similem substanti*ae*' patris non nati blasphemat: sicut enim nix et simithium quantum ad albidinem simil*es*, ad speciem autem non similes, sic et fili substantia alia est preter patris substantia. nix autem alia*m* habet albidinem. †esterno autem conni*u*entes oculos egr*os*. si† uultis audire filium patri similem in operationibus: sicut angeli ar*c*hangelorum naturam non possunt conprehendere uel intellegere, nec archangeli naturam cherubin, ne*c* cherubin natura*m* spiritus sancti, nec spiritus sanctus naturam unici, nec unicus naturam non nati Dei.

[15] Cum autem episcopus Atha-

---

ET AETII *Maffei*: ETII (*tantum*) *cod*

[14] 1. **Quae**: q' *cod* 5. **sine prouisione** *cod in ras* (*sed corr m p*): sine praeuisione *Maffei*; infini *ut uid cod** 6. hec *cod* 8. **non** *cod*: *sed omittendum puto, uoci enim* inconparabilem (*l* 4) *opponitur* 9. **imago** *conieci*: igo *uel* ico *cod*; *malis fortasse* echo **Christus** *scripsi*: xpi *cod* 12. posidet *cod* 14. **potest** *scripsi*: pater *cod* 16. **naturam**: nature *cod* (dealitate nec natura *Maffei*, *fortasse recte*) 20. statuat *cod* **ex se**: exe *cod* 21. **ex ipsa erugine**: expseruginem *cod* consummetur *cod* **sic**: si *cod** (*sed corr m p*) 27. **a deo . . . a deo**: ad dō . . . ad dō *cod* 31. facies *cod** 32. **ex se**: exe *cod** (*sed corr m p*) consummetur *cod* 36. sineineinitio *cod* 41. substantie *cod* 42. **simithium**: *scilicet Gr* ψιμίθιον (ψιμύθιον) 43. similis *cod* 46. alia *cod* 47. **conniuentes**: connibentes *cod* **egros si** *scripsi*: egressi *cod* 48. patrissimilem *cod* 49. arghangelorum *cod* 51. **uel intellegere** *cod*: uelint eligere *Maffei* 52. necherubin *cod* natura *cod*

### 14. Vitae Athanasii Historia Acephala

nasius uenire*t* de Antiochia Alexandriam, consilium fecerunt Arriani Eudoxius Theodorus Sophronius Euzoius et Ilarius † pertinentem †, et constituerunt Lucium presbyterum Georgii interpel*l*are imperatorem Iouianum in palatio et dicere qu*ae* in exemplaribus *h*abentur.

HIC AVTEM MINVS NECESSARIA INTERMISSIMVS

[16] Post Iouianum autem citius ad imperium uocatis Valentiniano et Valente, ipsorum preceptum ubique manauit
*fol* 110 *a* (quod etiam reddi|tum est Alexandriae
*Mai.* 5 *A.D.* 365 Pachom die x consolato Valentiniani et Valentis), continens ut episcopi sub Constantio depositi et eiecti ecclesiis, Iuliani autem imperii tempore sibi uindicauerunt et receperunt episcopatum, nunc denuo eiciantur ecclesiis, interminatione posita curiis mult*ae* auri librarum ccc, nisi scilicet ecclesiis et ciuitatibus episcopos minauerint. ex qua re aput Alexandriam magna est confusio et turba exorta, ut ecclesia uniuersa fatigaretur: cum etiam principales essent numero exigui cum prefecto Flauiano et eius officio, et ob imperiale preceptum et auri multam inminebant egredi episcopos ciuitate, multitudine christiana resistente et contradicente principalibus et iudici et adfirmante episcopum Athanasium non esse subiectum huic defenitioni et precepto imperiali, quod nec Constantiu*s* eum persecutus est sed et restituit, similiter et Iulianus persecutus est; uniuers*os* e*ni*m reuocauit et propter idolatria denuo eiecit; a*t* Iouianus reduxit. remansit h*ae*c contradictio et turba usque
ad sequentem mensem Payni die xiiii: *Iun.* 8
hoc enim die prefectus Flauianus relatione facta declarauit cons*u*luisse principes de hoc ipso quod aput Alexandriam motum est. et ita omnes exiguo tempore quieuerunt.

[17] Post menses iii et die*s* xxiiii,
hoc est Phaophi viii, episcopus Athana- *Octob.* 5
sius noct*u* latenter | egressus ecclesiam *fol* 110 *b*
recessit in uilla iuxta fluuium nouum. p*re*fectus autem Flauianus et dux Victorinus, ignari recessiss*e* eum, eadem nocte ad ecclesiam peruenerunt Dionysii cum manu militari; ac fractis posterulis ingressi atrium et partes superiores domus, *o*spitium episcopi qu*ae*rentes, non inuenerunt eum, nam paulo ante recesserat. et remansit degens in predicta possessione a memorato die Phaoph viii *us*que
Mechir vi, hoc est mensibus iiii integris. *Ianuar.* 31

---

[15] 2. **ueniret**: uenire *cod* 5. **pertinentem**: *om Maffei* 6. prb *cod* interpelare *cod* imp̄ *cod* 8. que *cod* abentur *cod*

[16] 5. cons *cod* 7. **eiecti** *od*: eiectis *cod* eiecti ab *Maffei* 11. multe *cod* 13. **minauerint** *cod*: '*forte* eliminauerint' *Maffei*, *sed sine causa*, *uerbi enim* minari *de gregibus per pastores actis frequens usus est; necnon de hominibus apud Vulgatam habes* 'et ancillae eius minabantur gementes' *Nahum* ii 7, 'et minauit eos a tribunali' *Act. Apost.* xviii 16 (*Forcellini-de Vit*) 17. pr̄f *cod* 19. **inminebant** *cod*: '*forte* interminabant' *Maffei* **episcopos** *cod*: *fortasse legendum* episcopum (*ex exemplari* epis̄c) 24. **Constantius**: Constantium *cod* (Constantius *cod** ?) 26. **uniuersos enim** *scripsi*: uniuersus eum *cod* 28. **at**: as *cod* 29. hec *cod* 31. pr̄f *cod* 32. consoluisse *cod*

[17] 1. iii *scripsi*: iiii *cod* die *cod* 3. nocto *cod* 5. **prefectus**: perf *cod* 6. recessisseum *cod* noctem *cod* 7. Dionisii *cod** ? 10. opitium *cod* querentes *cod* 13. **usque** *scripsi*: inque

**14. Vitae Athanasii Historia Acephala**

post h*ae*c notarius imperialis Bresida eodem Mechir mense uenit Alexandriam cum litteris imperialibus iubentibus eundem episcopum Athanasium reuerti ad ciuitatem et consuete tenere ecclesias.
*Februar.* 1 *A. D.* 366 et vii die Mechir mensis post consolatum Val*en*tiniani et Valentis, hoc est in consolato Gratiani et Dagalaifi, idem notarius Bresidas cum duce Victorino et prefecto Flauiano conuenientes in palatio nuntiauerunt presentibus curialibus et populo quod preceperant imperatores episcopum reuerti ad ciuitatem. et eodem momento idem Bresida notarius egressus cum curialibus et multitudine ex populo christianorum a*d* predictam uillam, et adsumens episcopum Athanasium, cum precepto imperiali induxit in ecclesia quae dicitur Dionysii, mensis Mechir die vii, consolatu Gratiani et Dagalaifi.

*fol* 111 *a* *A. D.* 367 *A. D.* 368 *Iun.* 8 [18] Vsque ad se|quentem Lupicini et Iouini consuolatum et Valentis secundi Payni xiiii in consuolatu, finiuntur Athanasii anni xl: ex quibus mansit Triberis Gallias [*menses xxviii et dies xi: aput* . . .] menses xc et dies iii: aput Alexandriam in incertis locis latens, quando ab Hilario notario et *Syriano* duce fatigabatur, menses lxxii et dies xiiii:
*cap* 12 *l* 31 aput Egyptum et Antiochiam in itineribus mens*es* xv et dies xxii: in possessione
*cap* 17 *l* 14 iuxta nouum flu*u*ium menses iiii: fient pariter menses vi et anni xvii et dies xx. remansit autem quietus aput Alexandriam anno*s* xxii et mens*es* v die*s* x: sed e*x* his cessauit modicum tempus extra Alexandriam in nouissima profectione et Tyro et Constantinupolim. fiunt ergo episcopatus Athanasii, sicut predixi, usque ad consolatum Valentiniani et *A. D.* 368
Valentis Payni *x*iiii, anni xl: et sequenti consolatu Val*en*tiniani et Victoris Payni *A. D.* 369
xiiii ann*us* i: et sequentis consolatus Valentiniani et Valentis III Payni xiiii, *A. D.* 370
*annus i*: et sequenti consolatu Gratiani *A. D.* 371
et Probi *Payni xiiii, annus i*: et ali*o* consolat*o* Valentiniani et Valentis IIII, *A. D.* 373
Pachon viii, dormiit. *Mai.* 3

[19] Predicto autem consolato Lupicini *A. D.* 367
et Iouini Lucius Arrianorum specialiter sibi uolens uindicare episcopatum, post profectionem de Alexandria multo tempore, aduenit consolato predicto, et ingressus est ciuitatem latenter per noctem, *Septemb.* 24
xxvi die Toth mensis. | et, sicut *fol* 111 *b*
dictum est, mansit in quamdam domunculam latens diem illum: postero autem die intrauit domum *u*bi mater eius conmanebat. cognitoque statim eius aduentu per ciuitatem, uniuers*us* populus collectus incusabant eius ingressum. et Tr*a*ianus dux et p*re*fectus nimis moleste tulerunt inrationabilem eius et audacem aduentum, et miserunt principales ut eum eicerent de ciuitate. aduenientes itaque principales ad Lucium, et considerantes omne*m* populum iratum

---

*cod* 15. hec *cod* 20. **die**: d$^{s}$ *cod* cons̄ *cod* 21. Valtiniani *cod* cons̄ *cod* 24. prf̄ *cod* 28. **Bresida**: Bresidam *cod* 30. **ad**: a *cod* 33. q' *cod* 34. cons̄ *cod*

[18] 5. **menses xxviii et dies xi: aput** *suppleui*: *om cod* 6. **dies**: d$^{ss}$ *cod* 8. **Syriano** *suppleui*: *om cod* 9. men *cod* **dies**: d$^{ss}$ *cod* 11. **menses**: mensibus *cod* **dies**: d$^{ss}$ *cod* 12. fluium *cod* 13. **dies**: d$^{ss}$ *cod* 15. anno *cod* mensibus *cod* diebus *cod* **ex his** *scripsi*: et his *cod* et bis *libri editi* 19. Athanasiis-sicut *cod* predixit *cod* 21. xiiii: iiii *cod* 22. Valtiniani *cod* 23. anno *cod* 24. iii: tert̄ *cod* 25. **annus i** *suppleui*: *om cod* consolatus *cod* 26. **payni xiiii annus i** *suppleui*: *om cod* alium consolatum *cod*

[19] 1. con̄$^{s}$ *cod* 4. Alexandriam multo *cod* 5. consol̄ *cod* 7. **die**: d' *cod* 10. **die**: d, *cod* **ubi**: ibi *cod* 12. uniuers *cod* 14. Trianus *cod* **prefectus**: perfectus *cod* 19. onsiderantes *cod** (*sed*

**14. Vitae Athanasii Historia Acephala**

et ualde tumentem aduersus illum, timuerunt eum per se producere de domo ne a multitudine occideretur: et hoc ipsum nuntiauerunt iudicibus. et paulo post ipsi iudices, dux Traianus, e*t* prefectus Tatianus, ad locum cum multis militibus ingressi domum produxerunt per semetipsos Lucium hora diei vii Toth die xxvii. Lucius autem cum sequeretur iudices, omnis populus ciuitatis post eum Christianorum ac paganorum ac diuersarum religionum cuncti pariter uno *s*piritu et ex una sententia et eodem decreto non cessauerunt ex domo qu*a* ductus est per mediam ciuitatem usque ad domum ducis uociferantes, ac turpia et scelerata eidem ingerentes, et clamantes 'Extra ciuitate ducatur.' tamen dux introduxit eum in domum suam, | et aput eum mansit et *fol* 112 *a*
custodiebatur reliquis horis diei ac tota nocte: et sequenti die, xxviii mensis *Septemb.* 26
predicti dux manicans et habens eum usque Nicopolim tradidit militibus Egypto deducend*u*m.

[20] Defuncto autem Athanasi*o* viii *Mai.* 3
Pachym mensis, ante die*s* v dormitionis suae ordinauit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum. post quem Timotheu*s* frater suus suscepit episcopatum anni*s* iiii. post hunc Theophilus ex diacono est episcopus ordinatus.

EXPLICIT

---

*corr m p*) **omnem**: omnes *cod* 25. **et**: e *cod* prf̄ *cod* 29. **omnis**: *praem* et *cod* 32. **spiritu**: ēpu (*pro* s̄pu) *cod* 34. **qua** *scripsi*: que *cod* 41. meñ *cod* 44. deducendom *cod*

[20] 1. Athanasiū *cod* 2. **dies**: die *cod* 6. Timotheum *cod* **frater**: f̄ *cod* 7. **annis**: anni *cod*

EXPLICIT: *praem* P *cod*